

SS. PATRUM
APOSTOLICORUM

BARNABAE, HERMAE, CLEMENTIS, IGNATII, POLYCARPI,

OPERA GENUINA;

UNA CUM

IGNATII & POLYCARPI MARTYRIIS:

Versionibus antiquis ac recentioribus, Variantibus Lectionibus, selectisque Variorum Notis illustrata.

Accesserunt S. IGNATII EPISTOLAE, tum Interpolatae, tum Suppostitiae.

Curâ RICHARDI RUSSEL, A. M.

VOLUMEN SECUNDUM.

LONDINI:
Apud GULIELMUM RUSSEL, prope *Temple-Bar*.
M.DCC.XLVI.

S. JO. CHRYSOSTOMI
In S. IGNATIUM Martyrem
HOMILIA.

MONITUM AD HOMILIAM.

HANC Homiliam Antiochiæ habuit Chrysostomus paucis post Concionem in S. Pelagiam diebus. De anno ne conjecturâ quidem quidvis statuere possumus, cùm nulla hinc temporis nota erui possit. Festum S. Ignatii celebratur apud nos 1. *Februarii, apud Græcos autem vigesimâ die Decembris. Quia verò ea ipsa dies* 20. *Decembris notatur etiam in Mss. antiquissimis, verisimile prorsus videtur eâ ipsâ die habitam fuisse hanc Homiliam : non autem* 17. *Decembris, quâ die translatio ejus celebratur in Ecclesia Romana, ut rectè notat Fronto Ducæus, qui tres ejus translationes commemorat ; primam quâ Româ Antiochiam, ut putabatur, à discipulis qui ejus Acta scripserunt, reliquiæ ejus translatæ sunt : nam Chrysostomo in hac Homilia atque Hieronymo testibus, ossa ejus Antiochiæ quiescebant, & quidem extra portam Daphniticam in Cæmeterio, ait Hieronymus de Scriptoribus Ecclesiasticis. Secunda translatio imperante Theodosio* II. *facta est, cùm ejus jussu ex Cæmeterio in templum Fortunæ ejus ossa translata sunt, & templum olim dæmonibus dicatum, Martyri consecratum est, inquit Evagrius. Tertiam translationem Antiochiâ Romam memorat Martyrologium Romanum, cùm in Ecclesia S. Clementis recondita sunt.*

Ex Editione Benedictin. *Tom.* II. *p.* 592. &c.

Interpretationem Francisci Zini passim emendatam è regione Græci textûs edimus.

Collata cum duobus Codicibus Regiis 1832. & 2345. *Edit. Benedict.*

a Titulum sic habent Savil. & unus Codex Regius; atque ita legit Interpres: In Morel. verò postrema verba non habentur. *ibid.*

[a] ΕΓΚΩΜΙΟΝ εἰς τὸν ἅγιον ἱερομάρτυρα ΙΓΝΑΤΙΟΝ τὸν Θεοφόρον, ἀρχιεπίσκοπον γενόμενον Ἀντιοχείας τῆς μεγάλης, εἰς Ῥώμην ἀπενεχθέντα, καὶ αὐτόθι μαρτυρήσαντα, κἀκεῖθεν αὖθις εἰς Ἀντιόχειαν κομισθέντα.

Οἱ πολυτελεῖς καὶ φιλότιμοι τῶν ἑστιατόρων πυκνὰς καὶ ἐπαλλήλους ποιοῦνται τὰς ἑστιάσεις· ὁμοῦ μὲν τὴν οἰκείαν περιουσίαν ἐπιδεικνύμενοι, ὁμοῦ δὲ τὴν περὶ τοὺς ἐπιτηδείους φιλοφροσύνην ἐμφαίνοντες. οὕτω καὶ ἡ τοῦ πνεύματος χάρις τῆς οἰκείας δυνάμεως τὴν ἀπόδειξιν ἡμῖν παρεχομένη, καὶ πολλὴν τὴν φιλοφροσύνην περὶ τοὺς τοῦ Θεοῦ φίλους ἐπιδεικνυμένη, συνεχεῖς ἡμῖν καὶ ἐπαλλήλους τὰς τῶν μαρτύρων παρατίθεται τραπέζας. Πρώην γοῦν ἡμᾶς κόρη κομιδῆ νέα καὶ ἀπειρόγαμος ἡ μακαρία μάρτυς Πελαγία μετὰ πολλῆς τῆς εὐφροσύνης εἱστίασε· σήμερον πάλιν τὴν ἐκείνης ἑορτὴν ὁ μακάριος οὗτος καὶ γενναῖος μάρτυς Ἰγνάτιος διεδέξατο. διάφορα τὰ πρόσωπα, ἀλλὰ μία ἡ τράπεζα· ἐνηλλαγμένα τὰ παλαίσματα, ἀλλ' εἷς ὁ στέφανος· ποικίλα τὰ ἀγωνίσματα, ἀλλὰ τὸ αὐτὸ βραβεῖον. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν ἔξωθεν ἀγώνων, ἐπειδὴ σωμάτων εἰσὶν οἱ πόνοι, εἰκότως ἄνδρες ἐγκρίνονται μόνοι· ἐνταῦθα δὲ, ἐπειδὴ τῆς ψυχῆς ὁ ἀγὼν ἅπας ἐστὶν, ἑκατέρᾳ τῇ φύσει τὸ στάδιον ἀνέωγεν, ἑκατέρῳ τῷ γένει τὸ θέατρον κάθηται. καὶ οὔτε ἄνδρες ἀπεδύσαντο μόνον, ἵνα μὴ πρὸς τὴν τῆς φύσεως ἀσθένειαν αἱ γυναῖκες καταφεύγουσαι δόξωσιν ἔχειν εὐπρόσωπον ἀπολογίαν· οὔτε γυναῖκες ἠνδρίσαντο μόναι, ἵνα μὴ τὸ τῶν ἀνδρῶν [b] „καταισχύνηται" γένος. ἀλλὰ

b γρ. καταισχύνωσι. Edit. Savil.

In S. *Martyrem* IGNATIUM *Deiferum, magnæ Antiochiæ Archiepiscopum, Romam abductum, ibique Martyrio affectum, atque inde rursus Antiochiam translatum, Laudatio.*

QUI sumtuosis ac splendidis conviviis delectantur, ea crebrò & frequenter celebrant, tum ut divitias ostentent suas, tum ut benevolentiam in amicos præ se ferant. Talis est etiam Spiritûs gratia, quæ nobis & proprias opes ostendit, atque exhibet, & magnam erga amicos Dei caritatem declarat, cùm frequentes nobis Martyrum mensas apponit. Nupèr puella planè adolescens & virgo, beata martyr Pelagia, magna cum lætitia convivium nobis exhibuit: hodie celebritatem illius beatus hic, ac generosus martyr Ignatius vicissim excepit. Diversæ quidem personæ, sed una mensa: variæ pugnæ, sed corona eadem: disparia certamina, sed idem bravium. In certaminibus enim externis, quia labores sunt corporum, meritò viri tantùm admittuntur: hìc autem quoniam totum certamen ad animum spectat, utrique sexui stadium aperitur, utrique generi consident spectatores. Nec viri tantùm accingunt se, ne ad naturæ infirmitatem feminæ confugientes probabilem habere videantur excusationem: nec solæ feminæ se fortiter gerunt, ne virorum genus rubore perfundant:

ἀλλὰ καὶ ἐντεῦθεν, κἀκεῖθεν πολλοὶ οἱ ἀνακηρυττόμενοι καὶ στεφανούμενοι· ἵνα μάθῃς διὰ τῶν ἔργων αὐτῶν, ὅτι Ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ οὐκ ἄρσεν, οὐ θῆλυ· ὅτι οὔτε φύσις, οὔτε σώματος ἀσθένεια, οὔτε ἡλικία, οὔτε ἄλλο οὐδὲν τῶν τοιούτων ἐμποδίσαι δύναιτ' ἂν τοῖς τὸν τῆς εὐσεβείας τρέχουσι δρόμον, ἐὰν προθυμία γενναία, καί φρόνημα διεγηγερμένον, καὶ φόβος Θεοῦ θερμὸς καὶ διάπυρος ἐῤῥιζωμένος ἡμῶν ἐν ταῖς ψυχαῖς ᾖ. Διὰ τοῦτο καὶ κόραι, καὶ γυναῖκες, καὶ ἄνδρες, καὶ νέοι, καὶ γέροντες, καὶ δοῦλοι, καὶ ἐλεύθεροι, καὶ πᾶσα ἀξία, καὶ ἡλικία ἅπασα, καὶ φύσις ἑκατέρα πρὸς τοὺς ἀγῶνας ἀπεδύσαντο τούτους· καὶ οὐδαμόθεν οὐδὲν παρεβλάβησαν, ἐπεὶ προαίρεσιν γενναίαν εἰσήνεγκαν εἰς τὰ παλαίσματα ταῦτα.

Ὁ μὲν οὖν καιρὸς ἡμᾶς ἤδη πρὸς τὴν διήγησιν τῶν τοῦ μακαρίου τούτου κατορθωμάτων καλεῖ· ὁ [λο]γισμὸς δὲ ταράττεται καὶ θορυβεῖται, οὐκ ἔχων τί πρῶτον, τί δεύτερον εἰπεῖν, τί τρίτον· τοσοῦτον περιῤῥεῖ πάντοθεν ἡμᾶς ἐγκωμίων πλῆθος. καὶ ταὐτὸν πάσχομεν, οἷον ἂν εἴ τις εἰς λειμῶνα εἰσελθὼν, καὶ πολλὴν μὲν τὴν ῥοδωνιὰν ἰδὼν, πολὺ δὲ τὸ ἴον, καὶ τὸ κρίνον τοσοῦτον, καὶ ἕτερα δὲ ἠρινὰ ἄνθη ποικίλα τε καὶ διάφορα, ἀπορήσειε τί πρῶτον ἴδῃ, τί δεύτερον, ἑκάστου τῶν ὁρωμένων πρὸς ἑαυτὸ καλοῦντος τὰς ὄψεις. [c] καὶ γὰρ" καὶ ἡμεῖς εἰς τὸν πνευματικὸν τοῦτον λειμῶνα τῶν Ἰγνατίου κατορθωμάτων εἰσελθόντες, καὶ οὐχὶ ἄνθη ἠρινὰ, ἀλλ' αὐτὸν τοῦ πνεύματος τὸν καρπὸν ποικίλον τε καὶ διάφορον ἐν τῇ τούτου ψυχῇ θεώμενοι θορυβούμεθα, καὶ διαποροῦμεν, οὐκ ἔχοντες ποῦ πρῶτον τὸν λογισμὸν ἀπερείσομεν, ἑκάστου τῶν ὁρωμένων ἀπὸ [d] τῶν" πλησίον ἀνθέλκοντος, καὶ πρὸς τὴν τῆς οἰκείας εὐπρε-

[c] γρ. οὕτω. ibid.

[d] τοῦ ibid.

ſed & hinc, & inde multi publicantur victores, & coronas aſſequuntur; ut ex operibus intelligas, *in Chriſto Jeſu neque maſculum, neque feminam eſſe*, nec ſexum, nec corporis imbecillitatem, neque ætatem, nec aliud quidquam ejuſmodi pietatis curſum conficientibus impedimentum afferre poſſe, modò generoſa alacritas, & promtus animus, & Dei timor ardens atque inflammatus in cordibus noſtris radices egerit. Idcirco & virgines, & puellæ, & viri, & juvenes, & ſenes, & ſervi, & liberi, & omnis ordo, atque ætas omnis, & ſexus uterque ad hæc certamina accinguntur; nec ulli omnino ſuâ fruſtrantur ſpe, qui ſtrenuum animi propoſitum ad has pugnas attulerint.

Gal. iii. 28.

Tempus igitur jam ad præclara hujuſce viri facinora declaranda nos vocat: ſed deterretur animus, ac perturbatur, dum in tanta, quæ nos undique circumfluit, laudum copia, hæſitat quid primum, quid ſecundum, quid tertium dicere aggrediatur. Atque idem nobis evenit, ut ſi quis in pratum ingreſſus, & multas roſas, violas multas, ac lilia, & alios vernos flores varios ac diverſos intuitus, ambigat quem primo loco, quem ſecundo perſpexerit, dum ſinguli flores oculos ad ſe rapiunt. Eodem modo nos item afficimur, dum hoc ſpirituale pratum Ignatii virtutum ingreſſi, & non vernos flores, ſed ipſos Spiritûs fructus varios ac diverſos in ejus anima contemplantes commovemur, ac dubitamus unde potiſſimùm exordiamur, dum ſingula quæ conſpeximus ab aliis nos avocant, & ad proprium

εὐπρεπείας θεωρίαν ἐπισπωμένου τὴν τῆς ψυχῆς ὄψιν. Σκοπεῖτε γάρ· προέστη τῆς παρ' ἡμῖν ἐκκλησίας γενναίως, καὶ μετὰ τοσαύτης ἀκριβείας, μεθ' ὅσης ὁ Χριστὸς βούλεται· ὃν γὰρ μέγιστον ὅρον καὶ κανόνα τῆς ἐπισκοπῆς ἔφησεν εἶναι ἐκεῖνος, τοῦτον οὗτος διὰ τῶν ἔργων ἐπεδείξατο. καὶ [e] γὰρ" τοῦ Χριστοῦ λέγοντος ἀκούσας, ὅτι Ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τίθησιν ὑπὲρ τῶν προβάτων, μετὰ πάσης ἀνδρείας αὐτὴν ἐπέδωκεν ὑπὲρ τῶν προβάτων. Συνεγένετο τοῖς ἀποστόλοις γνησίως, καὶ τῶν πνευματικῶν ναμάτων [f] ἀπήλαυσεν". ὁποῖον οὖν [g] εἶναι" εἰκὸς τὸν [h] συντραφέντα" ἐκείνοις, καὶ πανταχοῦ συγγενόμενον, καὶ ῥητῶν καὶ ἀποῤῥήτων αὐτοῖς κοινωνήσαντα, καὶ τοσαύτης εἶναι δόξαντα αὐτοῖς ἀρχῆς ἄξιον; Ἐπέστη πάλιν καιρὸς ἀνδρείαν ἐπιζητῶν, καὶ ψυχὴν τῶν παρόντων ὑπερορῶσαν ἁπάντων, καὶ τῷ θείῳ ζέουσαν ἔρωτι, καὶ τὰ μὴ βλεπόμενα τῶν ὁρωμένων προτιμῶσαν· καὶ μετὰ τοσαύτης εὐκολίας τὴν σάρκα ἀπέθετο, μεθ' ὅσης ἄν τις ἱμάτιον ἀποδύσαιτο. Τί οὖν πρότερον εἴπομεν; τῶν ἀποστόλων τὴν διδασκαλίαν, ἣν ἐπεδείξατο διὰ πάντων; ἢ τῆς παρούσης ζωῆς τὴν ὑπεροψίαν; ἢ τὴν ἀκρίβειαν τῆς ἀρετῆς, μεθ' ἧς τὴν προστασίαν τῆς ἐκκλησίας ᾠκονόμησε; τίνα πρότερον ἀνυμνήσομεν; τὸν μάρτυρα, ἢ τὸν ἐπίσκοπον, ἢ τὸν ἀπόστολον; τριπλοῦν γὰρ στέφανον ἡ τοῦ πνεύματος πλέξασα χάρις, οὕτω τὴν ἁγίαν ἐκείνην ἀνέδησε κεφαλήν, μᾶλλον δὲ πολλαπλοῦν. τῶν γὰρ στεφάνων ἕκαστον εἴ τις [i] αὐτοὺς" μετὰ ἀκριβείας ἀναπτύξειεν, εὑρήσει καὶ ἑτέρους ἡμῖν βλαστάνοντας στεφάνους.

Καὶ εἰ βούλεσθε, πρότερον ἐπὶ τὸν τῆς ἐπισκοπῆς ἔπαινον ἔλθωμεν· οὐ δοκεῖ εἷς οὗτος εἶναι στέφανος [k] μόνος"; φέρε οὖν αὐτὸν ἀναπτύξωμεν τῷ λόγῳ, καὶ ὄψεσθε

e deest, *ibid.*

f ἀπέλαυσεν. ibid.

g γρ. ὑπάρχειν, ibid.

h Sic Savil. & unus Reg. atque ita legisse videtur Interpres: Morel. ἐντραφέντα. Edit. Benedict.

i deest in Savil.

k μόνος. ibid.

prium decoris ſplendorem oculos animi, & mentis aciem invitant. Vos enim ipſi conſiderate: Eccleſiam noſtram hic rexit tam generoſè, & tanta cum diligentia, quantam Chriſtus requirit. Quam enim ille maximam normam, & regulam Epiſcopis ſtatuit, eam hic factis ipſis expreſſit. Nam cùm Chriſtum audiviſſet dicentem, *Bonus paſtor animam ſuam ponit pro ovibus*; omni fortitudine eam pro ovibus profudit. Cum Apoſtolis ſtrenuè verſatus eſt, & fluenta hauſit ſpiritualia. Qualem igitur eum eſſe par fuit, qui cum illis educatus eſt, & ubique vixit, & omnium quæ ab illis vel dicta, vel non dicta ſunt, particeps fuit, & tanto principatu dignus ab ipſis eſt judicatus? Rurſum adfuit tempus, quod fortitudinem exigebat, & animum omnia præſentia deſpicientem, quique amore divino ferveret, & inviſibilia viſibilibus anteferret: & tam facilè carnem depoſuit, quàm quivis alius veſtem exuiſſet. Quid igitur primùm perſequemur? Apoſtolorum doctrinam, quam in omnibus exhibuit, an preſentis vitæ contemtum? an virtutis præſtantiam, quâ Eccleſiam adminiſtravit? Quem laudabimus? Martyrem? Epiſcopum? an Apoſtolum? Triplicem enim coronam gratia Spiritûs contexuit, quâ ſanctum illius caput redimivit, imò verò multiplicem. Si quis enim diligenter coronas ſingulas conſideret, inveniet & alias nobis germinantes.

Joan. xi. 14.

Ignatius cum Apoſtolis verſatus.

Ac principio, ſi vobis placet, ab Epiſcopatûs laudibus incipiamus. Videturne vobis hæc ſimplex corona? Age igitur conſideremus, & duas,

Laudes Epiſcopatûs.

ὄψεσθε καὶ δύο, καὶ τρεῖς, καὶ πλείους ἐξ αὐτοῦ τικτομένους ἡμῖν. οὐ γὰρ μόνον, ὅτι τοσαύτης ἀρχῆς ἄξιος εἶναι ἔδοξε, θαυμάζω τὸν ἄνδρα ἐγὼ, ἀλλ' ὅτι καὶ παρὰ τῶν ἁγίων ἐκείνων τὴν ἀρχὴν ταύτην ἐνεχειρίσθη, καὶ αἱ τῶν μακαρίων ἀποστόλων χεῖρες τῆς ἱερᾶς ἐκείνης ἥψαντο κεφαλῆς. Οὐδὲ γὰρ μικρὸν τοῦτο εἰς ἐγκωμίου λόγον· οὐκ ἐπειδὴ πλείω τὴν ἄνωθεν ἐπεσπάσατο χάριν, οὐδ' ὅτι δαψιλεστέραν ἐπ' αὐτὸν ἐποίησαν ἐλθεῖν τὴν τοῦ πνεύματος ἐνέργειαν μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ πᾶσαν αὐτῷ τὴν ἐν ἀνθρώποις ἐμαρτύρησαν ἀρετήν. τὸ δὲ πῶς, ἐγὼ λέγω. Τίτῳ γράφων ὁ Παῦλός ποτε· ὅταν δὲ Παῦλον εἴπω, οὐ τοῦτον μόνον λέγω, ἀλλὰ καὶ Πέτρον, καὶ Ἰάκωβον, καὶ Ἰωάννην, καὶ πάντα αὐτῶν τὸν χορόν. καθάπερ γὰρ ἐν λύρᾳ μιᾷ διάφοροι μὲν αἱ νευραὶ, μία δὲ ἡ συμφωνία· οὕτω καὶ ἐν τῷ χορῷ τῶν ἀποστόλων διάφορα μὲν τὰ πρόσωπα, μία δὲ ἡ διδασκαλία· ἐπειδὴ καὶ εἷς ὁ τεχνίτης ἦν, τὸ πνεύμα τὸ ἅγιον τὸ κινοῦν τὰς ἐκείνων ψυχάς. καὶ τοῦτο ἐμφαίνων ὁ Παῦλος ἔλεγεν· Εἴτε οὖν ἐκεῖνοι, εἴτε ἐγὼ, οὕτω κηρύσσομεν. Γράφων τοίνυν οὗτος τῷ Τίτῳ, καὶ δεικνὺς ὁποῖόν τινα τὸν ἐπίσκοπον εἶναι χρὴ, φησι· Δεῖ γὰρ τὸν ἐπίσκοπον ἀνέγκλητον εἶναι, ὡς Θεοῦ οἰκονόμον, μὴ αὐθάδη, μὴ ὀργίλον, μὴ πάροινον, μὴ πλήκτην, μὴ αἰσχροκερδῆ, ἀλλὰ φιλόξενον, φιλάγαθον, σώφρονα, δίκαιον, ὅσιον, ἐγκρατῆ, ἀντεχόμενον τοῦ κατὰ τὴν διδαχὴν πιστοῦ λόγου, ἵνα δυνατὸς ᾖ καὶ ἑτέρους παρακαλεῖν ἐν τῇ διδασκαλίᾳ τῇ ὑγιαινούσῃ, καὶ τοὺς ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν. Καὶ Τιμοθέῳ πάλιν περὶ τῆς [1] ὑποθέσεως ταύτης" ἐπιστέλλων, οὕτω πως φησίν· Εἴ τις ἐπισκοπῆς ὀρέγεται, καλοῦ ἔργου ἐπιθυμεῖ. δεῖ οὖν τὸν ἐπίσκοπον ἀνεπίληπτον εἶναι, μιᾶς γυναικὸς ἄνδρα,

[1] γρ. αὐτῆς ὑποθέσεως. ibid.

duas, & tres, atque adeò plures inde nobis partas conſpicietis. Neque enim ego virum hunc tantummodo, quòd tanto honoris gradu dignus ſit habitus, admiror, ſed quòd à Sanctis illis dignitatem obtinuerit, quódque beatorum Apoſtolorum manus ſacrum illud caput attigerint. Nec modicum id ad ejus laudem confert: non ſolùm quòd majorem è cœlo gratiam ſit aſſequutus, aut quòd in ipſum illi majorem vim Spiritûs induxerint: ſed quòd omnes, quæ in hominibus ſunt, in eo virtutes eſſe teſtati ſint. Hoc autem quid ſibi velit, expono. Paulus ad Titum ſcribens: cùm autem Paulum dico, non hunc ſolum intelligo, ſed & Petrum, & Jacobum, & Joannem, atque omnem ipſorum chorum. Quemadmodum enim in lyra cùm diverſæ ſint chordæ, unus tamen concentus eſt: ſic etiam in Apoſtolorum choro, quamvis ſint diverſæ perſonæ, una tamen doctrina eſt, quia & unus artifex erat Spiritus Sanctus, qui ipſorum animos movebat; idque Paulus oſtendens, *ſive igitur*, 1 Cor. xv. 11.
inquit, *illi*, *ſive ego*, *ſic prædicamus*. Hic ergo ſcribens ad Titum, & docens qualis Epiſcopus eſſe debeat: *Oportet enim*, inquit, *Epiſcopum ſine crimine eſſe*, Tit. i. 7, 8, 9.
ſicut Dei diſpenſatorem, *non ſuperbum*, *non iracundum*, *non vinolentum*, *non percuſſorem*, *non turpis lucri cupidum*: *ſed hoſpitalem*, *benignum*, *prudentem*, *ſobrium*, *juſtum*, *ſanctum*, *continentem*, *amplectentem eum*, *qui ſecundùm doctrinam eſt*, *fidelem ſermonem*, *ut potens ſit*, *& alios exhortari in doctrina ſana*, *& eos*, *qui contradicunt*, *arguere*. Et ad Timotheum eadem de re ſcribens: *Si quis*, inquit, 1 Tim. iii. 1,2,3.
Epiſcopatum deſiderat, *bonum opus deſiderat*: *oportet enim Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe*, *unius uxoris virum*,

δρα, νηφάλιον, σώφρονα, κόσμιον, φιλόξενον, διδακτικὸν, [m] μὴ πλήκτην, μὴ πάροινον, ἀλλ' ἐπιεικῆ, ἄμαχον, ἀφιλάργυρον". εἶδες πόσην ἀκρίβειαν ἀρετῆς ἀπαιτεῖ τὸν ἐπίσκοπον; Καθάπερ γάρ τις ζωγράφος ἄριστος ποικίλα κεράσας χρώματα, ἣν ἂν μέλλῃ βασιλικῆς μορφῆς πρωτότυπον κατασκευάζειν εἰκόνα, μετὰ πάσης ἐργάζεται τῆς ἀκριβείας, ὥστε τοὺς μιμουμένους αὐτὴν ἅπαντας καὶ γράφοντας ἐξ αὐτῆς διηκριβωμένην ἔχειν εἰκόνα· οὕτω δὴ καὶ ὁ μακάριος Παῦλος, καθάπερ τινὰ εἰκόνα βασιλικὴν γράφων, καὶ τὸ ἀρχέτυπον αὐτῆς κατασκευάζων, τὰ ποικίλα τῆς ἀρετῆς κεράσας χρώματα, ἀπηρτισμένους ἡμῖν τοὺς χαρακτῆρας ὑπέγραψε τῆς ἐπισκοπῆς· ἵν' ἕκαστος τῶν εἰς τὴν ἀρχὴν ταύτην ἀναβαινόντων εἰς ἐκείνην ὁρῶν μετὰ τοσαύτης ἀκριβείας τὰ καθ' ἑαυτὸν ἅπαντα οἰκονομῇ. Θαῤῥῶν τοίνυν εἴποιμι ἂν, ὅτι πᾶσαν αὐτὴν μετὰ ἀκριβείας ὁ μακάριος Ἰγνάτιος ἀπεμάξατο ἐν τῇ ἑαυτοῦ ψυχῇ· καὶ ἀνεπίληπτος ἦν, καὶ ἀνέγκλητος, καὶ οὔτε αὐθάδης, οὔτε ὀργίλος, οὔτε πάροινος, οὔτε πλήκτης, ἀλλ' ἄμαχος, ἀφιλάργυρος, δίκαιος, ὅσιος, ἐγκρατὴς, ἀντεχόμενος τοῦ κατὰ τὴν διδαχὴν πιστοῦ λόγου, νηφάλιος, σώφρων, κόσμιος, καὶ τὰ ἄλλα ἅπερ ὁ Παῦλος ἀπήτησε. Καὶ τίς τούτων ἀπόδειξίς, φησιν; αὐτοὶ οἱ ταῦτα εἰρηκότες αὐτὸν ἐχειροτόνησαν. καὶ οὐκ ἂν οἱ μετὰ τοσαύτης ἀκριβείας παραινοῦντες ἑτέροις τὴν δοκιμασίαν ποιεῖσθαι τῶν μελλόντων ἐπὶ τὸν θρόνον τῆς ἀρχῆς ἀναβαίνειν [n] ταύτης", αὐτοὶ παρέργως τοῦτο ἐποίησαν ἄν. ἀλλ' εἰ μὴ πᾶσαν εἶδον τὴν ἀρετὴν ταύτην ἐν τῇ ψυχῇ τοῦ μάρτυρος τούτου πεφυτευμένην, οὐκ ἂν αὐτῷ ταύτην ἐνεχείρισαν τὴν ἀρχήν. καὶ γὰρ [o] ᾔδεισαν" ἀκριβῶς, ὅσος κίνδυνος κεῖται τοῖς ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχε τὰς τοιαύτας ποιουμένοις

m Desunt ibid.

n τοῦτον Edit. Benedict.

o ἴσασιν ibid.

rum, ſobrium, prudentem, ornatum, hoſpitalem, doctorem, non vinolentum, non percuſſorem, ſed modeſtum, non litigioſum, non cupidum. Vides quantam virtutis excellentiam in Epiſcopo requirat? Quemadmodum enim pictor egregius colores varios commiſcet, ut exemplar imaginis regiæ, quam expreſſurus eſt, ita diligenter conficiat, ut qui eam depicturi ſunt, omnes habeant quod imitentur: ſic & ſanè beatus Paulus tamquam regiam quamdam effigiem pingens, & exemplar ipſius conficiens, varios virtutis miſcet colores, nobiſque formam Epiſcopalem ad imitandum propoſuit; ut qui ad hanc dignitatem provehuntur, ad illam reſpicientes, eâdem accuratione actiones ſuas omnes moderentur. Auſim igitur affirmare totam hanc formam in animo ſuo beatum Ignatium expreſſiſſe: nam & irreprehenſibilis fuit, & ſine crimine, non autem ſuperbus, neque iracundus, nec vinolentus, nec percuſſor, nec litigioſus, nec cupidus, ſed juſtus, ſanctus, continens, amplectens eum, qui ſecundùm doctrinam eſt, fidelem ſermonem, ſobrius, prudens, ornatus, & cætera, quæ Paulus exegit. Et quinam ſunt horum teſtes? Iidem ipſi qui hæc dixerunt, qui hunc etiam elegerunt. Neque enim qui tam diligenter cæteros monuerunt, ut probarent eos, qui in hunc dignitatis thronum eſſent aſcenſuri, obiter ipſi aut negligenter id peregiſſent; ſed niſi cunctas in Martyris animo virtutes conſpexiſſent, non hanc in illum dignitatem contuliſſent. Nôrant enim planè quàm periculosè agerent, qui in iis ordinationibus ſeſe gererent

 negli-

ουμένοις χειροτονίας. Καὶ τοῦτο αὐτὸ πάλιν ἐμφαίνων ὁ Παῦλος, τῷ αὐτῷ Τιμοθέῳ γράφων ἔλεγε· Χεῖρας ταχέως μηδενὶ ἐπιτίθει, μηδὲ κοινώνει ἁμαρτίαις ἀλλοτρίαις. τί λέγεις; ἄλλος ἥμαρτε, κἀγὼ κοινωνῶ τῶν ἐγκλημάτων καὶ τῆς τιμωρίας; ναί, φησιν, ὁ τῇ πονηρίᾳ τὴν ἐξουσίαν παρασχών. καὶ καθάπερ τις μαινομένῳ καὶ παραπαίοντι ξίφος ἐγχειρίσας ἠκονημένον, ὃν ἂν ἐργάσηται φόνον ὁ μεμηνὼς, ἐκεῖνος ὑφίσταται τὴν αἰτίαν ὁ τὸ ξίφος δεδωκώς· οὕτω καὶ ἀνθρώπῳ τις πονηρίᾳ συζῶντι τὴν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ταύτης ἐξουσίαν παρασχὼν, τὸ πῦρ ἅπαν τῶν ἁμαρτημάτων ἐκείνου καὶ τῶν τολμημάτων ἐπὶ τὴν οἰκείαν ἕλκει κεφαλήν. ὁ γὰρ τὴν ῥίζαν παρασχὼν, πανταχοῦ οὗτος τῶν ἐξ αὐτῆς φυομένων ἐστὶν αἴτιος. Εἶδες πῶς διπλοῦς ἡμῖν ὁ στέφανος ἐφάνη τῆς ἐπισκοπῆς τέως, καὶ λαμπροτέραν ἐποίησε τὴν ἀρχὴν τὸ τῶν χειροτονησάντων αὐτὸν ἀξίωμα, πᾶσαν ἀπόδειξιν ἀρετῆς αὐτῷ [p] μαρτυρῆσαν;

[p] μαρτυροῦσαν ibid.

Βούλεσθε καὶ ἕτερον ὑμῖν ἐκκαλύψω στέφανον ἀπ' αὐτοῦ τούτου βλαστάνοντα; ἀναλογισώμεθα τὸν καιρὸν καθ' ὃν τὴν ἀρχὴν ἐνεχειρίσθη ταύτην. Οὐ γάρ ἐστιν ἴσον ἐκκλησίαν οἰκονομῆσαι νῦν, καὶ τότε· ὥσπερ οὐκ ἔστιν ἴσον τετριμμένην ὁδὸν, καὶ κατεσκευασμένην καλῶς, μετὰ πολλοὺς ὁδοιπόρους ὁδεύειν, καὶ νῦν πρώτως τέμνεσθαι μέλλουσαν, καὶ φάραγγας καὶ λίθους ἔχουσαν, καὶ θηρίων γέμουσαν, καὶ μηδέπω μηδένα δεξαμένην ὁδοιπόρον. Νῦν μὲν γὰρ τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι κίνδυνος οὐδεὶς τοῖς ἐπισκόποις, ἀλλ' εἰρήνη πανταχόθεν βαθεῖα, καὶ γαλήνης ἀπολαύομεν ἅπαντες, τοῦ λόγου τῆς εὐσεβείας ἐκτεταμένου πρὸς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης, καὶ τῶν βασιλευόντων ἡμῖν τὴν πίστιν συντηρούντων

μετὰ

negligenter. Quod quidem rursus ostendens Paulus ad eumdem Timotheum scribens: *Manus*, inquit, *citò nemini imposueris, neque communicaveris peccatis alienis.* Quid ais? alius peccavit, & ego criminum & supplicii particeps ero? Quidni, inquit, cùm improbo dederis occasionem? sicut enim qui furioso, atque amenti, acutum gladium præbet, quo ille furens cædem faciat, is cædis sustinet culpam: sic etiam qui improbè viventi dignitatis hujus exhibet facultatem, totum peccatorum illius & facinorum ignem trahit super caput suum. Nam qui radicis est causa, is omnium ex radice provenientium auctor est. Viden' quomodo duplex corona Episcopatûs appareat, & quòd dignitas eorum, qui manus illi imposuerunt, ejus principatum splendidiorem faciat, & omnium ei virtutum testimonium exhibeat?

1 Tim. v. 22.

Qui indignum ordinat, ejus peccatorum est particeps.

Vultis ut aliam vobis ex hoc ipso pullulantem coronam aperiam? tempus cogitemus, quo dignitatem hanc est assequutus. Neque enim eadem est nunc, quæ tunc erat, ecclesiam gubernandi conditio: ut non æqualis est labor viam tritam, & planè paratam post multos ingredi viatores; atque eam quæ nunc primò secanda est, quæque prærupta, & saxosa, ferisque plena, nec ullum adhuc viatorem admisit. Hoc quidem tempore, per gratiam Dei, nullum Episcopis periculum imminet, sed pax undique profunda, & tranquillitate cuncti perfruimur; cùm pietatis verbum orbis terrarum terminos occupârit, & qui imperium obtinent, fidem studiosè colant, atque

μετὰ ἀκριβείας. Τότε δὲ οὐδὲν τούτων ἦν· ἀλλ' ὅπουπερ ἂν τις εἶδε, κρημνοὶ, καὶ βάραθρα, καὶ πόλεμοι, καὶ μάχαι, καὶ κίνδυνοι· καὶ ἄρχοντες, καὶ βασιλεῖς, καὶ δῆμοι, καὶ πόλεις, καὶ ἔθνη, καὶ οἰκεῖοι, καὶ ἀλλότριοι τοῖς πιστεύουσιν ἐπεβούλευον. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἦν τὸ δεινὸν, ἀλλ' ὅτι καὶ αὐτῶν τῶν πιστευσάντων πολλοὶ, ἅτε νῦν πρώτως δογμάτων γευσάμενοι ξένων, πολλῆς ἐδέοντο τῆς συγκαταβάσεως, [q] καὶ" ἀσθενέστερον ἔτι διέκειντο, καὶ πολλάκις ὑπεσκελίζοντο. καὶ τοῦτο ἦν, ὃ τῶν ἔξωθεν πολέμων οὐκ ἔλαττον ἐλύπει τοὺς διασκάλους, μᾶλλον δὲ καὶ πολλῷ πλέον. Αἱ μὲν γὰρ ἔξωθεν μάχαι, καὶ ἐπιβουλαὶ, καὶ ἡδονὴν παρεῖχον αὐτοῖς πολλὴν διὰ τὴν ἐλπίδα τῶν ἀποκειμένων μισθῶν. διὰ τοῦτο καὶ οἱ ἀπόστολοι ὑπέστρεφον ἀπὸ προσώπου τοῦ συνεδρίου χαίροντες, ὅτι ἐμαστιγώθησαν. καὶ Παῦλος βοᾷ λέγων, Χαίρω ἐν τοῖς παθήμασί μου, καὶ καυχᾶται ἐν ταῖς θλίψεσι πανταχοῦ. Τὰ δὲ τῶν οἰκείων τραύματα, καὶ τὰ τῶν ἀδελφῶν πτώματα οὐδὲ ἀναπνεῖν αὐτοὺς ἠφίει· ἀλλ' ὥσπερ τις κύφων βαρύτατος τὸν αὐχένα τῆς ψυχῆς αὐτῶν ἐπίεζε καὶ κατέσπα διηνεκῶς. ἄκουσον γοῦν, ὁ Παῦλος [r] ὁ" οὕτω χαίρων ἐν τοῖς παθήμασι, πῶς ὑπὲρ τούτων πικρῶς ὀδυνᾶται [s] καὶ τήκεται". Τίς γὰρ, φησιν, ἀσθενεῖ, καὶ οὐκ ἀσθενῶ; τίς σκανδαλίζεται, καὶ οὐκ ἐγὼ πυροῦμαι; καὶ πάλιν, Φοβοῦμαι μή πως ἐλθὼν οὐχ οἵους θέλω εὕρω ὑμᾶς, κἀγὼ εὑρεθῶ ὑμῖν οἷον οὐ θέλετε. [t] καὶ μετ' ὀλίγα", Μὴ πάλιν ἐλθόντα με πρὸς ὑμᾶς ταπεινώσῃ ὁ Θεὸς, καὶ πενθήσω πολλοὺς τῶν προημαρτηκότων, καὶ μὴ μετανοησάντων ἐπὶ τῇ ἀκαθαρσίᾳ, καὶ ἀσελγείᾳ, καὶ [u] πορνείᾳ" ᾗ ἔπραξαν. καὶ διὰ πάντος ὁρᾷς ἐν δάκρυσιν αὐτὸν ὄντα καὶ θρήνοις διὰ τοὺς οἰκείους,

q καὶ γὰρ Edit. Savil.

r Deest in Edit. Benedict.

s Desunt *ibid.*

t Desunt *ibid.*

u Unus Reg. πορνείᾳ, & sic legit Interpres: alii, πονηρίᾳ. Edit. Benedict.

que observent. Tunc autem nihil erat ejusmodi: sed quocumque quis oculos verteret, ubique præcipitia, barathra, & bella, & pugnæ, & pericula: principes, reges, populi, civitates, & gentes, domestici, & alieni, credentibus insidias tendebant. Neque verò id solum erat grave, sed etiam quòd credentium plerique, utpote tunc primùm nova dogmata degustantes, magnâ egebant indulgentiâ, & erant imbecilliores, & sæpe supplantabantur: quod quidem non minùs affligebat doctores, quàm externa bella, quin etiam multò magis. Externæ enim pugnæ atque insidiæ, propter repositæ mercedis spem, voluptatem multam afferebant. Idcirco, & Apostoli gaudentes à conspectu concilii Act. v. 41.
discedebant, quòd verbera pertulissent. Paulus etiam clamat: *Gaudeo*, inquiens, *in passionibus* Coloss. i. 24.
meis; & ubique in tribulationibus gloriatur. Domesticorum autem vulnera, & fratrum lapsus, nec respirare quidem illos permittebant; sed semper veluti grave quoddam jugum cervices animorum ipsorum assiduè premebant & affligebant. Audi igitur quomodo Paulus, ita gaudens in passionibus, de illis acerbè doleat. *Quis*, inquit, *in-* 2 Cor. xi. 29.
firmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non uror? Et rursum, *Timeo ne veniens, non* - - - xii. 20.
quales volo, inveniam vos? & ego inveniar à vobis, qualem non vultis. Et paulò post: *ne cum venero ad vos, humiliet me Deus, & lugeam multos ex iis, qui antè peccaverunt, & non egerunt pœnitentiam, super immunditia, & fornicatione, & impudicitia, quam gesserunt.* Semper denique cernis ipsum in lacrymis & lamentationibus propter domesticos

versari

οἰκείους, καὶ δεδοικότα, καὶ τρέμοντα ὑπὲρ τῶν πεπιστευκότων ἀεί. Ὥσπερ οὖν κυβερνήτην θαυμάζομεν, οὐχ ὅταν ἡσυχαζούσης τῆς θαλάττης, καὶ ἐξ οὐρίων τῆς νηὸς φερομένης, δυνηθῇ τοὺς ἐμπλέοντας διασῶσαι, ἀλλ' ὅταν μαινομένου τοῦ πελάγους, διανισταμένων τῶν κυμάτων, αὐτῶν τῶν ἔνδον ἐπιβατῶν στασιαζόντων, πολλοῦ χειμῶνος [x] ἔσωθεν καὶ ἔξωθεν" τοὺς ἐμπλέοντας πολιορκοῦντος, δυνηθῇ κατευθῦναι τὸ σκάφος μετὰ ἀσφαλείας ἁπάσης· οὕτω καὶ τοὺς τότε τὴν ἐκκλησίαν ἐγχειρισθέντας ἐκπλήττεσθαι χρὴ καὶ θαυμάζειν πολλῷ πλέον τῶν νῦν οἰκονομούντων αὐτὴν, ὅτε πολὺς ὁ πόλεμος ἔξωθεν ἔσωθεν· ὅτε ἁπαλώτερον ἔτι τὸ φυτὸν τῆς πίστεως ἦν, [y] καὶ" πολλῆς δεόμενον ἐπιμελείας, ὅτε, καθάπερ ἀρτίτοκον βρέφος, τὸ τῆς ἐκκλησίας πλῆθος πολλῆς ἔχρῃζε τῆς προνοίας, καὶ σοφωτάτης τινὸς τῆς μελλούσης αὐτὸ τιθηνεῖσθαι ψυχῆς.

x Unus Reg. ἔξωθεν ἔσωθεν. ibid.

y Deest ibid.

Καὶ ἵνα σαφέστερον μάθητε, ὅσων ἦσαν ἄξιοι στεφάνων οἱ τότε τὴν ἐκκλησίαν ἐμπιστευθέντες, καὶ ὅσος πόνος καὶ κίνδυνος ἐν προοιμίοις καὶ ἀρχῇ πρᾶγμα ἀναδέξασθαι, καὶ [z] πρώτως" ἐλθεῖν ἐπ' [a] αὐτῷ", τοῦ Χριστοῦ παράγω μαρτυρίαν ὑμῖν ψηφιζομένου ταῦτα, καὶ τὴν ὑφ' ἡμῶν εἰρημένην κυροῦντος γνώμην. ἰδὼν γὰρ πολλοὺς πρὸς αὐτὸν ἐρχομένους, καὶ βουλόμενος δεῖξαι τοῖς ἀποστόλοις, ὅτι πλέον αὐτῶν ἔκαμον οἱ προφῆται, φησιν· Ἄλλοι κεκοπιάκασι, καὶ ὑμεῖς εἰς τὸν κόπον αὐτῶν εἰσεληλύθατε. καίτοι πολλῷ πλείονα τῶν προφητῶν ἔκαμνον οἱ ἀπόστολοι· ἀλλ' ἐπειδὴ πρότεροι ἐκεῖνοι τὸν λόγον τῆς εὐσεβείας κατέβαλον, καὶ τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων ἀδιδάκτους οὔσας πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἐπεσπάσαντο, ἐκείνοις τὸ πλέον τοῦ πόνου ψηφίζεται. Οὐ γάρ ἐστιν ἴσον, οὐκ ἔστι μετὰ

z γρ. πρώταις, Edit. Savil

a ισ. αὐτὸ, ibid.

πολ-

verſari, & propter eos, qui crediderant, contremiſcere. Quemadmodum igitur gubernatorem admiramur, non cùm tranquillo mari & ſecundis ventis rectores in portum incolumes ducit; ſed cùm inſaniente pelago, fluctibuſque ſævientibus, qui in navi ſunt inter ſe diſſentiunt, magnâ tempeſtate intus & foris navigantes exagitante, navim tamen poteſt dirigere, & conſervare: ſic eos qui tunc eccleſiam regebant, multò magis, quàm illos, qui eam in præſentia gubernant, ſuſpicere debemus, & admirari; quando multa bella intus & foris; quando fidei planta imbecillior adhuc, diligentiæ magis indigebat: quando veluti modò genitus infans Eccleſiæ populus, magnam providentiam, atque ſapientiam animæ, quâ lactaretur poſtulabat.

Verùm ut planiùs intelligatis, quot eſſent coronis digni, qui tunc Eccleſiam regendam ſuſcipiebant, & quot labores in principio atque diſcrimina illic eſſent ſubeunda, Chriſti vobis teſtimonium afferam, qui ea, quæ à nobis dicta ſunt, approbat, & ſententiam meam confirmat. Cùm enim multos ad ſe convenientes aſpiceret, velletque Apoſtolis demonſtrare, quòd magis quàm illi laboràſſent Prophetæ; *Alii*, inquit, *laboraverunt*, *& vos in labores eorum introiſtis*. Joan. iv. 38.
Atqui multò plùs Apoſtoli, quàm Prophetæ laborârunt. Attamen quia pietatis verbum priores illi ſeminârunt, & ignaros hominum animos ad veritatem adduxerunt, ipſis laboris plus attribuitur. Neque enim æqualis eſt labor, non eſt profectò, poſt

πολλοὺς ἑτέρους διδασκάλους ἐλθόντα διδάσκειν, καὶ πρῶτον αὐτὸν καταβάλλειν τὰ σπέρματα. Τὸ μὲν γὰρ ἤδη μελετηθὲν, καὶ ἐν συνηθείᾳ γενόμενον [b], εὐπαράδεκτον ἂν ῥᾳδίως γένοιτο· τὸ δὲ νῦν πρῶτον ἀκουόμενον θορυβεῖ τὴν διάνοιαν τῶν ἀκροατῶν, καὶ πολλὰ τοῖς διδάσκουσι παρέχει πράγματα. τοῦτο γοῦν καὶ ἐν Ἀθήναις ἐθορύβει τοὺς ἀκούοντας· καὶ διὰ τοῦτο ἀπεστρέφοντο τὸν Παῦλον, ἐγκαλοῦντες [c] καὶ λέγοντες", ὅτι Ξενίζοντά τινα εἰσφέρεις εἰς τὰς ἀκοὰς ἡμῶν. Εἰ γὰρ νῦν κάματον καὶ πόνον πολὺν ἐκκλησίας προστασία παρέχει τοῖς κυβερνῶσιν αὐτὴν, ἐννόησον πῶς διπλοῦς, καὶ τριπλοῦς, καὶ πολλαπλασίων ἦν τότε ὁ πόνος, ὅτε κίνδυνοι, καὶ μάχαι, καὶ ἐπιβουλαὶ, καὶ φόβος διηνεκής. οὐκ ἔστιν, οὐκ ἔστι παραστῆσαι τῷ λόγῳ τὴν δυσκολίαν, ἣν ὑπέμενον οἱ ἅγιοι τότε ἐκεῖνοι· ἀλλ' οὗτος αὐτὴν εἴσεται μόνος, ὁ διὰ τῆς πείρας αὐτῆς ἐλθών.

Εἴπω καὶ τέταρτον στέφανον ἐκ τῆς ἐπισκοπῆς ἡμῖν ἀνίσχοντα ταύτης. τίς οὖν ἐστιν οὗτος; τὸ τὴν πατρίδα αὐτὸν ἐπιτραπῆναι τὴν ἡμετέραν. ἐπίπονον μὲν γὰρ καὶ ἑκατὸν ἀνδρῶν καὶ πεντήκοντα προστῆναι μόνον· τὸ δὲ πόλιν ἐγχειρισθῆναι τοσαύτην, καὶ δῆμον εἰς εἴκοσι ἐκτεινόμενον μυριάδας, πόσης ἀρετῆς οἴει καὶ σοφίας ἀπόδειξιν εἶναι; καὶ γὰρ ὥσπερ ἐπὶ τῶν στρατοπέδων τὰς βασιλικωτέρας φάλαγγας καὶ πληθυούσας μᾶλλον οἱ [d] ἐμπειρότεροι" τῶν στρατηγῶν ἐγχειρίζονται· οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τῶν πόλεων τὰς μείζους καὶ πολυανθρώπους οἱ δοκιμώτεροι τῶν ἀρχόντων ἐμπιστεύονται. Καὶ ἄλλως δὲ, πολὺς ἦν τῆς πόλεως ταύτης τῷ Θεῷ λόγος, ὡς καὶ διὰ τῶν ἔργων αὐτῶν ἐδήλωσε. τὸν γοῦν τῆς οἰκουμένης [e] ἐπιστάτην" ἁπάσης Πέτρον, ᾧ τὰς κλεῖς ἐνεχείρισε τῶν οὐρανῶν, ᾧ πάντα ἄγειν καὶ

φέρειν

b πολλῶν, Edit. Benedict.

c Desunt *ibid.*

d γρ. σοφώτεροι. Edit. Savil. Sic Benedict.

e γρ. διδάσκαλον. Edit. Savil.

multos alios doctores aliquem erudire, & primùm ipsum semina jacere. Quod enim meditatione, & consuetudine paratum est, facilè percipitur: quod autem nunc primùm auditur, discentium animos perturbat, multaque docentibus affert negotia. Hoc quidem Athenis auditores perturbabat, ideoque ab Apostolo declinabant, accusantes eum, ac dicentes, *Nova quædam infers auribus nostris.* Nam si etiam hoc tempore labores, ærumnasque multas gubernatoribus præbet Ecclesiæ præfectura: cogita, tunc duplicem, triplicem, multiplicemque fuisse laborem, cùm pericula, & pugnæ, & insidiæ, & terrores perennes instabant. Verbis explicari non potest difficultas, quam sancti illi viri tunc sustinebant: sed is solus eam noverit, qui re ipsâ illam experietur.

Quantus initio, prædicationis labor fuerit.

Act. xvii. 20.

Quartam præterea coronam adjungam, quæ se nobis offert, ex hoc Episcopatu. Quænam est ista? quòd ipse nimirum patriam nostram gubernavit. Si enim centum homines, vel etiam quinquaginta regere difficile est, quantæ virtutis ac sapientiæ debet existimari tam celebrem urbem administrare, & eum populum regere, qui ducenta contineat hominum millia? Etenim sicut in exercitibus legiones prætoriæ, quæque numerosiores sunt, peritioribus ducibus committuntur; sic etiam in civitatibus, majores populosioresque probatioribus viris assignantur. Quamquam & præcipua Deo hujusce civitatis cura fuit, id quod & re ipsâ declaravit. Siquidem quem toti orbi terrarum præfecit, Petrum, cui claves cœlorum dedit, cujus arbitrio, &

Antiochiæ ducenta erant hominum millia.

φέρειν ἐπέτρεψε, πολὺν ἐνταῦθα χρόνον ἐνδιατρίψαι ἐκέλευσεν. οὕτως αὐτῷ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης ἡ πόλις ἀντίῤῥοπος ἡ ἡμετέρα. Ἐπειδὴ δὲ ἐμνήσθην Πέτρου, καὶ πέμπτον ἐξ αὐτοῦ στέφανον εἶδον πλεκόμενον· οὗτος δέ ἐστι, τὸ μετ᾽ ἐκεῖνον τοῦτον διαδέξασθαι τὴν ἀρχήν. ὥσπερ γὰρ [f] ἂν" τις λίθον ἐξαίρων μέγαν ἐκ θεμελίων, ἕτερον ἀντίῤῥοπον ἐκείνου σπουδάζει πάντως ἀντεισαγαγεῖν, εἰ μὴ μέλλοι πᾶσαν σαλεύειν τὴν οἰκοδομὴν, καὶ σαθροτέραν ποιεῖν· οὕτω δὴ καὶ Πέτρου μέλλοντος ἐντεῦθεν ἀποδημεῖν, ἕτερον ἀντίῤῥοπον Πέτρου διδάσκαλον ἡ τοῦ πνεύματος ἀντεισήγαγε χάρις, ὥστε μὴ τὴν ἤδη γενομένην οἰκοδομὴν τῇ τοῦ διαδεξομένου εὐτελείᾳ σαθροτέραν γενέσθαι. Πέντε μὲν οὖν στεφάνους ἀπηριθμησάμεθα, ἀπὸ τοῦ μεγέθους τῆς ἀρχῆς, ἀπὸ τῆς ἀξίας τῶν κεχειροτονηκότων, ἀπὸ τῆς τοῦ καιροῦ δυσκολίας, ἀπὸ τοῦ μέτρου τῆς πόλεως, ἀπὸ τῆς ἀρετῆς τοῦ παραδόντος αὐτῷ τὴν ἐπισκοπήν. τούτους ἅπαντας πλέξαντας ἐνῆν καὶ ἕκτον εἰπεῖν, καὶ ἕβδομον, καὶ [g] πλείους" τούτων. ἀλλ᾽ ἵνα μὴ τὸν ἅπαντα χρόνον εἰς τὸν περὶ τῆς ἐπισκοπῆς ἀναλώσαντες λόγον, ἐκπέσωμεν τῶν περὶ τοῦ μάρτυρος διηγημάτων, φέρε λοιπὸν ἐπὶ [h] τὸν ἆθλον ἐκεῖνον" ἴωμεν.

Πόλεμος ἀνεῤῥιπίσθη ποτὲ χαλεπὸς κατὰ τῶν ἐκκλησιῶν· καὶ καθάπερ τυραννίδος χαλεπωτάτης τὴν γῆν καταλαβούσης, ἐκ μέσης ἀνηρπάζοντο τῆς ἀγορᾶς ἅπαντες, ἄτοπον μὲν οὐδὲν ἐγκαλούμενοι, ὅτι δὲ τῆς πλάνης ἀπαλλαγέντες πρὸς τὴν εὐσέβειαν ἔδραμον, ὅτι τῆς τῶν δαιμόνων θρησκείας ἀπέστησαν, ὅτι τὸν ἀληθινὸν Θεὸν ἐπέγνωσαν, καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ προσεκύνησαν· καὶ ὑπὲρ ὧν στεφανοῦσθαι αὐτοὺς ἐχρῆν, καὶ θαυμά-

ζεσθαι

[f] Deest *ibid.*

[g] πλέω. Edit. Benedict.

[h] γρ. τοὺς ἄθλους ἐκείνου. Edit. Savil.

poteſtati cuncta permiſit, hunc longo tempore hìc juſſit commorari; ita nempe ipſi civitas noſtra orbi terrarum par ferè videbatur. Sed quia Petri mentionem feci, quintam ex ipſo contextam coronam animadverti: quoniam illi in Epiſcopatûs dignitate ſucceſſit. Nam ut ſi quis è fundamentis magnum lapidem eruat, alterum omnino parem in ejus loco conatur conſtituere, niſi velit totum ædificium concutere ac debilius reddere: ita cùm Petrus Antiochiâ eſſet diſceſſurus, alterum Petro parem præceptorem gratia Spiritûs ſubſtituit, ne ſtructa jam ædificatio ſucceſſoris imbecillitate debilior fieret. Quinque coronas igitur enumeravimus: **Quinque Ignatii coronæ.** ex præfecturæ amplitudine, ex ordinantium dignitate, ex difficultate temporum, ex civitatis magnitudine, ex virtute illius, qui ei tradidit præfecturam. His omnibus contextis coronis, & ſextam, ſeptimam, & his etiam plures licebat adjungere: verùm ne totum tempus in Epiſcopatûs conſideratione collocantes, ab iis, quæ ad eum uti Martyrem ſpectant, enarrandis excludamur, age deinceps ad illius certamina contendamus.

Grave olim adversùs Eccleſias excitatum eſt bellum, & tamquam ſæviſſimâ tyrannide orbem occupante, è medio foro homines corripiebantur, nulli obnoxii culpæ, ſed quòd ab erroribus recedentes, ad veram pietatis religionem accurrebant: quòd à dæmonum ſuperſtitione diſceſſerant: quòd verum Deum agnoſcebant: quòd Filium ejus unigenitum adorabant: atque ita omnes Chriſti fidem amplexi, cùm eſſent coronis, admiratione at-

ζεσθαι καὶ τιμᾶσθαι, ὑπὲρ τούτων ἐκολάζοντο, καὶ μυρίοις περιηντλοῦντο δεινοῖς πάντες οἱ τὴν πίστιν παραδεξάμενοι, πολλῷ δὲ πλέον οἱ τῶν ἐκκλησιῶν προεστῶτες. Ὁ γὰρ διάβολος κακοῦργος ὤν, καὶ δεινὸς τὰς τοιαύτας ῥάπτειν ἐπιβουλὰς, προσεδόκησεν ὅτι, τοὺς ποιμένας ἐὰν ἀφέλῃ, τὰ ποίμνια ῥᾳδίως διασπᾶσαι δυνήσεται. ἀλλ᾽ ὁ δρασσόμενος τοὺς σοφοὺς ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν, [i] βουλόμενος αὐτῷ δεῖξαι", ὅτι οὐκ ἄνθρωποι τὰς αὐτοῦ κυβερνῶσιν ἐκκλησίας, ἀλλ᾽ αὐτός ἐστιν ὁ πανταχοῦ ποιμαίνων τοὺς πιστεύοντας εἰς αὐτὸν, συνεχώρησε τοῦτο γενέσθαι· ἵν᾽ ὅταν ἀφαιρεθέντων ἐκείνων ἴδῃ τὰ τῆς εὐσεβείας οὐκ ἐλαττούμενα, οὐδὲ σβεννύμενον τὸν τοῦ κηρύγματος λόγον, ἀλλ᾽ αὐξόμενον μᾶλλον, μάθῃ διὰ τῶν ἔργων αὐτῶν καὶ αὐτὸς, καὶ οἱ ταῦτα αὐτῷ διακονούμενοι πάντες, ὅτι οὐκ ἀνθρώπινα τὰ καθ᾽ ἡμᾶς, ἀλλ᾽ ἄνωθεν ἐκ τῶν οὐρανῶν ἔχει τὴν ῥίζαν ἡμῖν ἡ τῆς διδασκαλίας ὑπόθεσις, καὶ Θεός ἐστιν ὁ πανταχοῦ τὰς ἐκκλησίας ἄγων, καὶ ὅτι τὸν [k] Θεὸν" πολεμοῦντα οὐκ ἔνι περιγενέσθαι ποτέ. Οὐ τοῦτο δὲ ἐκακούργησεν ὁ διάβολος μόνον, ἀλλὰ καὶ ἕτερον οὐκ ἔλαττον τούτου. οὐ γὰρ ἐν ταῖς πόλεσιν, ὧν προειστήκεισαν, ἠφίει σφάττεσθαι τοὺς ἐπισκόπους, ἀλλ᾽ εἰς τὴν ἀλλοτρίαν ἄγων ἀνῄρει. ἐποίει δὲ τοῦτο, ὁμοῦ μὲν ἐρήμους τῶν ἐπιτηδείων λαβεῖν σπεύδων, ὁμοῦ δὲ ἀσθενεστέρους [l] ἐργάσεσθαι" τῷ μόχθῳ τῆς ὁδοιπορίας ἐλπίζων· ὃ δὴ καὶ ἐπὶ τοῦ μακαρίου τούτου πεποίηκεν. ἀπὸ γὰρ τῆς ἡμετέρας πόλεως εἰς τὴν Ῥώμην αὐτὸν ἐκάλεσε, μακροτέρους αὐτῷ τιθεὶς τοὺς διαύλους τοῦ δρόμου, καὶ τῷ μήκει τῆς ὁδοῦ, καὶ τῷ πλήθει τῶν ἡμερῶν τὰ φρόνημα καταβάλλειν αὐτοῦ προσδοκῶν· οὐκ εἰδὼς, ὅτι συνέμπορον ἔχων Ἰησοῦν, καὶ συναπόδημον

i γρ. δεικνύς. ibid.

k γρ. Θεῷ. ibid.

l ἐργάζεσθαι. Edit. Benedict.

τῆς

que honore digni, graviſſimis atque innumerabilibus cruciatibus afficiebantur, multò verò magis Eccleſiarum antiſtites. Verſutus enim diabolus, & ad ſtruendas aptus inſidias, ſperabat, ſi paſtores ſuſtuliſſet, ovilia ſe facilè direpturum. Sed qui comprehendit aſtutos in eorum aſtutia, oſtendens Eccleſias ſuas non ab hominibus gubernari, ſed eos, qui in ipſum credunt, ſemper à ſe regi, id fieri permittebat; ut cùm cerneret, rectoribus ſublatis, non tamen religionem imminui, nec veritatis prædicationem exſtingui, ſed potiùs augeri; ex rebus ipſis, & ipſe, & qui ei inſerviebant, omnes intelligerent, Chriſtianorum diſciplinam non ab hominibus pendere, ſed in cœlis radices agere, Deumque eſſe, qui ubique Eccleſias tueretur, & qui cum Deo bellum gererent, numquam poſſe diſcedere ſuperiores. Neque verò id ſolum diabolus, ſed aliud non minùs grave machinabatur. Non enim in urbibus, quibus præerant, trucidari Epiſcopos ſinebat; ſed operam dabat, ut in externas civitates abſtracti è medio tollerentur. Id autem agebat, ſimul ut neceſſariis rebus ſpoliarentur, ſimul ut itineris labore confecti redderentur imbecilliores; quod in hoc etiam beato viro fecit. Ex noſtra enim civitate Romam abducendum curavit, longiora ipſi curſûs ſpatia proponens, ut & itineris & temporis longitudine, viri conſtantiam labefactaret; ignarus quòd tam longæ viæ Jeſum comitem cùm haberet, quódque

fortior

τῆς τοσαύτης ὁδοιπορίας, ἰσχυρότερος μᾶλλον ἐγίνετο, καὶ τῆς μετ᾽ αὐτοῦ δυνάμεως οὔσης πλείονα παρεῖχε τὴν ἀπόδειξιν, καὶ τὰς ἐκκλησίας συνεκρότει μειζόνως. αἱ γὰρ κατὰ τὴν ὁδὸν πόλεις συντρέχουσαι πάντοθεν ἤλειφον τὸν ἀθλητὴν, καὶ μετὰ πολλῶν ἐξέπεμπον τῶν ἐφοδίων, εὐχαῖς καὶ πρεσβείαις αὐτῷ συναγωνιζόμεναι. καὶ αὐταὶ δὲ οὐ τὴν τυχοῦσαν παράκλησιν ἐλάμβανον μετὰ προθυμίας τοσαύτης ἐπὶ θάνατον τρέχοντα ὁρῶσαι τὸν μάρτυρα, μεθ᾽ ὅσης εἰκὸς ἦν τὸν ἐπὶ βασίλεια καλούμενον τὰ ἐν οὐρανῷ. καὶ διὰ τῶν ἔργων ἐμάνθανον αὐτῶν, διὰ τῆς τοῦ γενναίου προθυμίας ἐκείνου καὶ φαιδρότητος, ὅτι οὐ θάνατος ἦν ἐφ᾽ ὃν ἔτρεχεν, ἀλλ᾽ ἀποδημία τις καὶ μετάστασις, καὶ πρὸς τὸν οὐρανὸν ἀνάβασις. καὶ ταῦτα διδάσκων κατὰ πᾶσαν πόλιν [m] ἀπήει" διὰ τῶν λόγων, διὰ τῶν πραγμάτων αὐτῶν. Καὶ ὅπερ ἐπὶ τῶν Ἰουδαίων συνέβη, ὅτε τὸν Παῦλον δήσαντες, καὶ εἰς τὴν Ῥώμην ἀποστείλαντες ἐνόμιζον μὲν ἐπὶ θάνατον πέμπειν, ἔπεμπον δὲ τοῖς ἐκεῖ κατοικοῦσιν Ἰουδαίοις διδάσκαλον, τοῦτο [n] δὴ" καὶ ἐπὶ Ἰγνατίου γέγονε μετὰ περιουσίας τινός. οὐδὲ γὰρ τοῖς τὴν Ῥώμην οἰκοῦσι μόνοις, ἀλλὰ καὶ ταῖς ἐν τῷ μέσῳ κειμέναις πόλεσιν ἁπάσαις διδάσκαλος ἀπήει θαυμάσιος, πείθων καταφρονεῖν τῆς παρούσης ζωῆς, καὶ μηδὲν ἡγεῖσθαι τὰ βλεπόμενα, καὶ τῶν μελλόντων ἐρᾶν, καὶ πρὸς τὸν οὐρανὸν βλέπειν, καὶ πρὸς μηδὲν τῶν ἐν τῷ παρόντι βίῳ δεινῶν ἐπιστρέφεσθαι. Ταῦτα γὰρ, καὶ τὰ τούτων πλείονα, διὰ τῶν ἔργων αὐτοὺς παιδεύων ὥδευε, καθάπερ ἥλιός τις ἐξ ἀνατολῆς ἀνίσχων, καὶ πρὸς τὴν δύσιν τρέχων, μᾶλλον δὲ καὶ τούτου φαιδρότερος. οὗτος μὲν γὰρ ἄνωθεν ἔτρεχεν, αἰσθητὸν ἄγων φῶς· Ἰγνάτιος δὲ

κάτωθεν

[m] Unus MS. Regius, ἐπήει. ibid.

[n] δὲ. Edit. Savil.

fortior evaderet, & virtutis, quæ ſecum eſſet, majus argumentum præberet, & Eccleſias magis confirmaret. Civitates enim quæ in ea via erant, undique concurrentes, pugilem excitabant, & cum magno commeatu dimittebant, precibus & ſupplicationibus cum ipſo certantes. Et ipſæ conſolationem non vulgarem ex ipſo percipiebant, cernentes Martyrem tanta cum alacritate ad mortem currere, quantâ par erat eum, qui ad regna cœlorum proficiſceretur. Ac re quidem ipsâ, ex promto illius animo diſcebant, eam non eſſe mortem, ad quam properabat, ſed peregrinationem quamdam, & tranſitum atque aſcenſum in cœlum. Hæc autem tum dictis, tum factis in omni civitate docens, diſceſſit. Et ſicut Judæi cùm Paulum vinctum Romam mittendum curârunt, opinati ſunt ſe illum ad mortem mittere, attamen Judæis illic habitantibus miſerunt præceptorem : ſic etiam abundius in Ignatio factum eſt. Neque enim ſolis Romæ habitantibus, verumetiam omnibus, in toto illo itineris ſpatio civitatibus interjectis admirabilis magiſter exſtitit, præſentem vitam contemnendam docens, & ea, quæ cernuntur, pro nihilo ducenda, futura autem diligenda, & oculos in cœlum tollendos; nihilque quod in hac vita poſſit accidere, quantumvis grave, formidandum eſſe. Hæc enim, & his plura factis comprobans, iter faciebat, tamquam ſol quidam ab oriente ad occaſum currens, imò verò ſole ipſo ſplendidior multò. Sol enim è ſuperioribus partibus currebat, ſenſibilem oculis lucem impertiens : Ignatius au-

κάτωθεν ἀντέλαμπε, νοητὸν φῶς διδασκαλίας ταῖς ψυχαῖς ἐνιείς. κἀκεῖνος μὲν εἰς τὰ τῆς δύσεως ἀπιὼν μέρη κρύπτεται, καὶ νύκτα εὐθέως ἐπάγει· οὗτος δὲ εἰς τὰ τῆς δύσεως [o] ἀπελθὼν" μέρη, φαιδρότερον ἐκεῖθεν ἀνέτειλε· καὶ τοὺς κατὰ τὴν ὁδὸν ἅπαντας εὐεργετήσας τὰ μέγιστα, ἐπειδὴ [p] τῆς πόλεως ἐπέβη, κἀκείνην φιλοσοφεῖν ἐπαίδευσε. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ὁ Θεὸς συνεχώρησεν ἐκεῖ τὸν βίον αὐτὸν καταλῦσαι, ὥστε τὴν τούτου τελευτὴν διδασκάλιον γενέσθαι εὐσεβείας τοῖς τὴν Ῥώμην οἰκοῦσιν ἅπασιν. ὑμεῖς μὲν γὰρ τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι οὐδεμιᾶς ἐδέεσθε λοιπὸν ἀποδείξεως, ἐῤῥιζωμένοι κατὰ τὴν πίστιν· οἱ δὲ τὴν Ῥώμην οἰκοῦντες, ἅτε πολλῆς τότε ἀσεβείας οὔσης ἐκεῖ, πλείονος ἔχρῃζον βοηθείας. διὰ τοῦτο καὶ Πέτρος καὶ Παῦλος, καὶ μετ' ἐκείνους οὗτος ἐκεῖ πάντες ἐθύθησαν· τοῦτο μὲν, ἵνα μολυνθεῖσαν τὴν πόλιν τοῖς τῶν εἰδώλων αἵμασι τοῖς οἰκείοις αἵμασιν ἐκκαθάρωσι, τοῦτο δὲ, ἵνα τῆς ἀναστάσεως τοῦ σταυρωθέντος Χριστοῦ διὰ τῶν ἔργων παράσχωνται τὴν ἀπόδειξιν, πείσαντες τοὺς τὴν Ῥώμην οἰκοῦντας, ὡς οὐκ ἂν μετὰ τοσαύτης ἡδονῆς τῆς παρούσης κατεφρόνησαν ζωῆς, εἰ μὴ σφόδρα ἦσαν πεπεικότες ἑαυτοὺς, ὅτι πρὸς τὸν ἐσταυρωμένον ἔμελλον ἀναβαίνειν Ἰησοῦν, καὶ ἐν τοῖς οὐρανοῖς αὐτὸν ὄψεσθαι. Μεγίστη γὰρ ὄντως ἀναστάσεως ἀπόδειξις, τὸ τὸν σφαγέντα Χριστὸν τοσαύτην μετὰ θάνατον ἐπιδείξασθαι δύναμιν, ὡς τοὺς ζῶντας ἀνθρώπους πεῖσαι καὶ πατρίδος, καὶ οἰκίας, καὶ φίλων, καὶ συγγενῶν, καὶ αὐτῆς ὑπεριδεῖν τῆς ζωῆς ὑπὲρ τῆς εἰς αὐτὸν ὁμολογίας, καὶ μάστιγας, καὶ κινδύνους, καὶ θάνατον, ἀντὶ τῶν παρόντων ἡδέων ἑλέσθαι. ταῦτα γὰρ οὐχὶ νεκροῦ τινος, οὐδὲ ἐπὶ τῷ τάφῳ μείναντος, ἀλλ' ἀναστάντος καὶ ζῶντος ἦν τὰ κατορθώματα.

ἐπεὶ

[o] γρ. ἐπελθών. Edit. Savil.

[p] δὲ. Edit. Benedict.

tem deorsum splendebat, intelligibile doctrinæ lumen animis infundens. Et ille quidem in occidentis partes descendens absconditur, ac noctem confestim obducit: hic autem ad occasûs partes accedens, splendidiùs in illis eluxit, & de omnibus in tota illa via est optimè meritus: cumque Romam pervenisset, eam ipsam urbem docuit philosophari. Idcircò enim Deus permisit illic eum vitæ finem implere, ut mors ejus omnibus Romam incolentibus pietatis magistra esset. Vos enim per gratiam Dei, nullâ ampliùs egebatis institutione, cùm essetis in fide radicati & fundati: at illi qui Romæ tunc habitabant, cùm illic magna vigeret impietas, majore auxilio indigebant. Ideò Petrus, & Paulus, & Ignatius post illos ibi fuerunt immolati: tum ut civitatem illam idolorum cruoribus pollutam, proprio sanguine purgarent, tum ut operibus ipsis resurrectionis Jesu Christi crucifixi testimonium afferrent, demonstrantes iis, qui Romæ degebant, se præsentem vitam tanta cum voluptate numquam fuisse despecturos, nisi sibi omnino persuasissent, quòd ad crucifixum Jesum essent ascensuri, ipsumque in cœlis visuri. Hoc enim resurrectionis argumentum est maximum, quòd Christus immolatus tantam post mortem potentiam ostenderet, ut viventibus hominibus persuaderet, pro sui nominis confessione, patriam, & domos, & amicos, & propinquos, & vitam ipsam aspernandam & contemnendam, ac loco præsentium voluptatum, & verbera, & pericula, & mortem esse subeunda. Hæc enim non defuncti, neque in sepulcro degentis, sed ejus qui surrexisset, ac viveret, præclara sunt opera.

 Quo-

ἐπεὶ πῶς ἂν ἔχοι λόγον, ἡνίκα μὲν ἔζη, τοὺς συνόντας αὐτῷ πάντας ἀποστόλους ἀπὸ τοῦ φόβου γενομένους ἀσθενεστέρους προδοῦναι τὸν διδάσκαλον, καὶ [q] φεύγοντας" ἀπελθεῖν· ἐπειδὴ δὲ ἐτελεύτησε, μὴ μόνον Πέτρον καὶ Παῦλον, ἀλλὰ καὶ Ἰγνάτιον, τὸν οὐδὲ ἑωρακότα αὐτὸν, οὐδὲ ἀπολελαυκότα αὐτοῦ τῆς συνουσίας, τοσαύτην ὑπὲρ αὐτοῦ προθυμίαν ἐπιδείξασθαι, ὡς καὶ αὐτὴν δι' αὐτὸν ἐπιδοῦναι τὴν ψυχήν;

Ἵν' οὖν ταῦτα ἔργῳ μάθωσιν οἱ τὴν Ῥώμην οἰκοῦντες ἅπαντες, συνεχώρησεν ὁ Θεὸς ἐκεῖ τελειωθῆναι τὸν ἅγιον. καὶ ὅτι αὕτη ἐστὶν ἡ αἰτία, ἐξ αὐτοῦ τοῦ τρόπου τῆς τελευτῆς τοῦτο [r] πιστώσομαι". οὐ γὰρ ἔξω τειχῶν ἐν βαράθρῳ, οὐδὲ ἐν [s] δικαστηρίῳ", οὐδὲ ἐν γωνίᾳ τινὶ τὴν καταδικάζουσαν ἐδέξατο ψῆφον, ἀλλ' ἐν μέσῳ τῷ θεάτρῳ, τῆς πόλεως ἄνω καθεζομένης ἁπάσης, τὸν τοῦ μαρτυρίου τρόπον ὑπέμεινε, θηρίων ἐπ' αὐτὸν ἀφεθέντων· ἵν' ὑπὸ ταῖς ἁπάντων ὄψεσι τὸ τρόπαιον στήσας κατὰ τοῦ διαβόλου, τοὺς θεατὰς ἅπαντας ζηλωτὰς ποιήσῃ τῶν ἀγωνισμάτων τῶν ἑαυτοῦ, οὐκ ἀποθνήσκων μόνον οὕτω γενναίως, ἀλλὰ καὶ μεθ' ἡδονῆς ἀποθνήσκων. Οὐ γὰρ ὡς ζωῆς ἀποῤῥήγνυσθαι μέλλων, ἀλλ' ὡς ἐπὶ ζωὴν καλούμενος βελτίω καὶ πνευματικωτέραν, οὕτως ἀσμένως ἑώρα τὰ θηρία. πόθεν τοῦτο δῆλον; ἀπὸ τῶν ῥημάτων, ὧν ἀποθνήσκειν μέλλων ἐφθέγξατο. ἀκούσας γὰρ, ὅτι οὗτος αὐτὸν τῆς τιμωρίας ὁ τρόπος μένει, Ἐγὼ τῶν θηρίων ἐκείνων ὀναίμην, ἔλεγε. τοιοῦτοι γὰρ οἱ ἐρῶντες· ὅπερ ἂν πάσχωσιν ὑπὲρ τῶν ἐρωμένων, μεθ' ἡδονῆς δέχονται, καὶ τότε δοκοῦσιν ἐμφορεῖσθαι τῆς ἐπιθυμίας, ὅταν πολλῷ χαλεπώτερα ᾖ τὰ γινόμενα· ὅπερ οὖν καὶ ἐπὶ τούτου συνέβαινεν. Οὐ γὰρ τῷ θανάτῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ

[q] γρ. φυγόντας. Edit. Savil.

[r] Unus Reg. δεῖξαι πειράσομαι, & sic Savil. in margine; atque ita legisse videtur Zinus & Interpres Vulgatæ Latinæ. Edit. Benedict.

[s] Interpres qui vertit, *in carcere*, legisse videtur ἐν δεσμωτηρίῳ. ibid.

Quomodo enim esset verisimile, ut cùm ipse viveret, omnes Apostoli, qui cum illo versati fuerant, timore conterriti adeò fuerint imbecilli, ut præceptorem prodiderint, & aufugerint: posteaquam autem defunctus esset, non solùm Petrus, & Paulus, sed etiam Ignatius, qui eum non viderat, nec ullâ cum ipso familiaritate conjunctus fuerat, tantam pro illo animi alacritatem ostenderet, ut pro eo vitam ipsam profundere non recusaret?

Ut igitur illi, qui Romam incolebant, hæc esse vera re ipsâ cognoscerent, permisit Deus sanctum virum illic morte affici. Quòd autem hæc sit causa, ex genere ipsius mortis conabor ostendere. Neque enim ut extra muros in barathro, aut in carcere, aut in angulo aliquo occideretur, damnatus est: sed in medio theatro, universâ civitate sursum considente & spectante, bestiis in ipsum immissis & concitatis, martyrium pertulit: ut sub omnium oculis adversùs diabolum tropæum erigeret, cunctosque spectatores suorum certaminum imitatores efficeret, cùm non modò fortiter, sed etiam cum lætitia mortem oppeteret, ferasque cum voluntate spectaret, non quasi raperetur è vita, sed tamquam ad vitam meliorem ac præstantiorem vocaretur. Unde hoc fit perspicuum? ex verbis, quæ moriturus loquebatur. Cùm enim id genus supplicii sibi esse subeundum intellexisset, *Ego*, inquit, *feris illis fruar*. Sic enim agunt, qui amant; cùm pro iis qui amantur, aliquid patiuntur, gaudentes id faciunt, tuncque sibi videntur optatis perfrui, cùm ea, quæ perferunt, sunt quàm gravissima: quod quidem in hoc item contigit: siquidem non morte solùm, verùm

Ignatius feris objectus.

Hæc verba in S. Ignatii Martyrio leguntur.

καὶ τῇ προθυμίᾳ ζηλῶσαι τοὺς ἀποστόλους ἔσπευδε· καὶ [t] ἀκούων ὅτι μαστιχθέντες ἐκεῖνοι μετὰ χαρᾶς ἀνεχώρουν, ἐβουλήθη καὶ αὐτὸς μὴ τῇ τελευτῇ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ χαρᾷ μιμήσασθαι τοὺς διδασκάλους· διὰ τοῦτο τῶν θηρίων ἔλεγεν ὀναίμην. καὶ πολλῷ τούτων ἡμερώτερα τὰ στόματα ἐνόμιζεν εἶναι τῆς τοῦ τυράννου γλώττης, καὶ μάλα εἰκότως· ἐκείνη μὲν γὰρ πρὸς τὴν γέενναν ἐκάλει, τὰ δὲ τούτων στόματα πρὸς βασιλείαν παρέπεμπεν.

t γρ. εἰδώς. Edit. Savil.

Ἐπειδὴ τοίνυν κατέλυσεν ἐκεῖ τὴν ζωὴν, μᾶλλον δὲ ἐπειδὴ πρὸς τὸν οὐρανὸν ἀνέβη, ἐπανῄει στεφανίτης λοιπόν. καὶ γὰρ καὶ τοῦτο τῆς τοῦ Θεοῦ γέγονεν οἰκονομίας, τὸ πάλιν αὐτὸν πρὸς ἡμᾶς ἐπαναγαγεῖν, καὶ ταῖς πόλεσι διανεῖμαι τὸν μάρτυρα. ἐκείνη μὲν γὰρ αὐτοῦ στάζον τὸ αἷμα ἐδέξατο, ὑμεῖς δὲ τῷ λειψάνῳ τετίμησθε· ἀπηλαύσατε τῆς ἐπισκοπῆς ὑμεῖς, [u] ἀπήλαυσαν ἐκεῖνοι τοῦ μαρτυρίου· εἶδον ἀγωνιζόμενον καὶ νικῶντα καὶ στεφανούμενον ἐκεῖνοι, ἔχετε διηνεκῶς αὐτὸν ὑμεῖς· ὀλίγον ὑμῶν αὐτὸν χρόνον ἀπέστησεν ὁ Θεὸς, καὶ μετὰ πλείονος ὑμῖν δόξης αὐτὸν ἐχαρίσατο. Καὶ καθάπερ οἱ δανειζόμενοι χρήματα μετὰ τόκων ἀποδιδόασιν, ἅπερ ἂν λάβωσιν, οὕτω καὶ ὁ Θεὸς τὸν τίμιον τοῦτον θησαυρὸν παρ' ὑμῶν ὀλίγον χρησάμενος χρόνον, καὶ τῇ πόλει δείξας ἐκείνῃ, μετὰ πλείονος ὑμῖν αὐτὸν ἀποδέδωκε τῆς λαμπρότητος. ἐξεπέμψατε γὰρ ἐπίσκοπον, καὶ ἐδέξασθε μάρτυρα· ἐξεπέμψατε μετ' εὐχῶν, καὶ ἐδέξασθε μετὰ στεφάνων· καὶ οὐχ ὑμεῖς [x] δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶσαι αἱ ἐν μέσῳ πόλεις. πῶς γὰρ αὐτὰς οἴεσθε διακεῖσθαι, ὁρώσας ἐπαναγόμενον τὸ λείψανον; πόσην καρποῦσθαι ἡδονήν; πόσον ἀγάλλεσθαι; πόσαις εὐφημίαις πάντοθεν βάλλειν τὸν στεφανίτην; Καθάπερ

u ἀπέλαυσαν. ibid.

x Omittitur Edit. Benedict.

rumetiam alacritate ſtudebat Apoſtolos imitari. Et non ignorans quòd illi flagellati cum gaudio Act. v. 41. ibant è conſpectu concilii; voluit etiam ipſe non morte, ſed etiam lætitiâ magiſtris eſſe ſimilis, idcircò *feris*, inquit, *fruar*. Ac multò quidem mitiora cenſebat ora ferarum, quàm tyranni linguam: nec immeritò; ſiquidem hæc ad gehennam vocabat, illa autem ad regnum mittebant.

Cùm igitur illic vitam poſuiſſet, imò verò in cœlum profectus eſſet, reverſus eſt deinceps coronatus. Etenim id quoque fuit Dei benignitatis, qui curavit ut is rurſus ad nos rediret, & civitatibus Martyrem impertivit. Roma enim ſtillantem ipſius ſanguinem excepit: vos autem reliquias ejus ſuſcepiſtis. Vos illius Epiſcopatu gaviſi eſtis: illi martyrio ſunt lætati. Certantem illi & vincentem, ac coronatum conſpexerunt: vos perpetuò illum poſſidetis. Exiguum ad tempus eum vobis ademit Deus, ſed majore cum gloria reſtituit. Et quemadmodum pecuniam mutuantes, cum fœnore ea reddunt, quæ acceperunt; ſic etiam Deus preciofum hunc theſaurum pauliſper ſuſcipiens, ut oſtenderet Romæ, majore cum gloria illum vobis retulit. Emiſiſtis enim Epiſcopum, & Martyrem recepiſtis: emiſiſtis cum precibus, & cum coronis ſuſcepiſtis: nec verò vos ſoli, ſed cunctæ quæ interjectæ ſunt civitates. Quomodo enim eas affectas exiſtimatis, cùm reportatas reliquias cernerent? quem voluptatis fructum percipere, quantâ lætitiâ geſtire? quàm fauſtis undique acclamationibus coronatum celebrare? Quemadmodum

περ γὰρ ἀθλητὴν γενναῖον τοὺς ἀνταγωνιστὰς καταπαλαίσαντα ἅπαντας, καὶ μετὰ λαμπρᾶς ἐξελθόντα δόξης ἀπὸ τοῦ σκάμματος, εὐθέως δεχόμενοι οἱ θεαταὶ, οὐδ' ἐπιβῆναι τῆς γῆς ἀφιᾶσι, φοράδην ἀπάγοντες οἴκαδε, καὶ μυρίοις βάλλοντες ἐγκωμίοις· οὕτω δὴ καὶ τὸν ἅγιον τότε ἐκεῖνον ἀπὸ τῆς Ῥώμης αἱ πόλεις ἑξῆς[y] διαδεχόμεναι, καὶ ἐπ' ὤμων φέρουσαι μέχρι τῆς πόλεως ταύτης παρέπεμπον, ἐγκωμιάζουσαι τὸν στεφανίτην, ἀνυμνοῦσαι τὸν ἀγωνοθέτην, καταγελῶσαι τοῦ διαβόλου, ὅτι εἰς τὸ ἐναντίον αὐτῷ περιετράπη τὸ σόφισμα, καὶ ὅπερ ἐνόμισε κατὰ τοῦ μάρτυρος ποιεῖν, τοῦτο ὑπὲρ αὐτοῦ γέγονε. Καὶ τότε μὲν τὰς πόλεις ἁπάσας ἐκείνας ὤνησε, καὶ ἀνώρθωσεν· ἐξ ἐκείνου δὲ καὶ μέχρι τῆς παρούσης τὴν ὑμετέραν πλουτίζει πόλιν. καὶ καθάπερ θησαυρὸς διηνεκὴς καθ' ἑκάστην ἀντλούμενος τὴν ἡμέραν, καὶ οὐκ ἐπιλείπων, ἅπαντας τοὺς μετέχοντας εὐπορωτέρους ποιεῖ· οὕτω δὴ καὶ ὁ μακάριος οὗτος Ἰγνάτιος τοὺς πρὸς αὐτὸν ἐρχομένους εὐλογιῶν, παῤῥησίας, γενναίου φρονήματος, καὶ πολλῆς ἀνδρείας πληρῶν, οἴκαδε ἀποπέμπει.

[y] γρ. αἱ καθεξῆς πόλεις. Edit. Savil.

Μὴ τοίνυν σήμερον μόνον, ἀλλὰ καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν πρὸς αὐτὸν βαδίζωμεν, πνευματικοὺς ἐξ αὐτοῦ δρεπόμενοι καρπούς. Ἔστι γάρ, ἔστι τὸν μετὰ πίστεως ἐνταῦθα παραγινόμενον μεγάλα καρπώσασθαι ἀγαθά. οὐδὲ γὰρ τὰ σώματα μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐταὶ αἱ θῆκαι τῶν ἁγίων πνευματικῆς εἰσι πεπληρωμέναι χάριτος. Εἰ γὰρ ἐπὶ Ἐλισσαίου τοῦτο συνέβαινε, καὶ θήκης νεκρὸς ἁψάμενος τοῦ θανάτου τὰ δεσμὰ διέῤῥηξε, καὶ πρὸς ζωὴν ἐπανῆλθε πάλιν, πολλῷ μᾶλλον νῦν, ὅτε δαψιλεστέρα ἡ χάρις, ὅτε πλείων ἡ τοῦ πνεύματος ἐνέργειά, ἔστι καὶ θήκης μετὰ πίστεως ἁψάμενον πολλὴν ἐκεῖθεν

dum enim pugilem generosum, qui omnes devicerit adversarios, spectatores è cavea cum plausu consurgentes sublimem statim excipiunt, nec terram attingere patiuntur, sed sublatum innumerabilibus laudibus ornantes, domum reportant : sic utique & sanctum illum omnes ex ordine civitates ab urbe relatum suscipientes humerisque gestantes, Antiochiam usque sunt comitatæ, martyrem coronatum celebrantes, laudantes agonothetam, diabolum deridentes, quòd è contrario illi versutia successisset, & quæ in Martyrem struxerat, in se recidissent. Et tunc quidem cunctis illis civitatibus profuit ; documentoque fuit, & civitatem hanc usque in præsentem diem locupletavit, & ut thesaurus quidam perpetuus, qui quotidie exhauritur, nec deficit cuncti licet ex eo ditescant : sic etiam beatus hic Ignatius cunctos ad se accedentes benedictionibus, fiduciâ, & strenuâ alacritate, magnâque fortitudine plenos remittit domum.

Itaque non hodie tantùm, sed quotidie ad ipsum confluamus, spirituales ex eo fructus decerpentes. Quisquis enim cum fide ad illum accedit, magnis afficitur beneficiis. Sanctorum enim non modò corpora, sed ipsi loculi, & monumenta, spirituali gratiâ conferta sunt. Nam si in Elisæo id contigit, ut defunctus sepulcrum ejus attingens mortis vincula dissolverit, & ad vitam rursum redierit ; multò magis hoc tempore, quo gratia uberior, spiritus major est vis ; ut si cum fide aliquis arcam attingat, magnam inde

Sanctorum monumenta spiritualis gratiæ plena.

ἐπισπάσασθαι δύναμιν. Διὰ τοῦτο καὶ τὰ λείψανα τῶν ἁγίων εἴασεν ἡμῖν ὁ Θεὸς, βουλόμενος ἡμᾶς πρὸς τὸν αὐτὸν ἐκείνοις χειραγωγῆσαι ζῆλον, καὶ λιμένα τινὰ παρασχεῖν καὶ [z] "παραμύθιον ἀσφαλὲς" τῶν ἀεὶ καταλαμβανόντων ἡμᾶς κακῶν. Διὸ παρακαλῶ πάντας ὑμᾶς, εἴτε ἐν ἀθυμίᾳ τίς ἐστιν, εἴτε ἐν νόσοις, εἴτε ἐν ἐπηρείαις, εἴτε ἐν ἄλλῃ τινὶ βιοτικῇ περιστάσει, εἴτε ἐν ἁμαρτιῶν βάθει, μετὰ πίστεως ἐνταῦθα παραγινέσθω, καὶ πάντα ἐκεῖνα ἀποθήσεται, καὶ μετὰ πολλῆς ἐπανήξει τῆς ἡδονῆς, κουφότερον τὸ συνειδὸς ἐργασάμενος ἀπὸ τῆς θεωρίας μόνης. μᾶλλον δὲ οὐ τοὺς ἐν δεινοῖς ὄντας μόνον ἀναγκαῖον ἐνταῦθα παραγίνεσθαι, ἀλλὰ κἂν ἐν εὐθυμίᾳ τις ᾖ, κἂν ἐν δόξῃ, κἂν ἐν δυναστείᾳ, κἂν ἐν παῤῥησίᾳ πολλῇ τῇ πρὸς τὸν Θεὸν, μηδὲ οὗτος καταφρονείτω τῆς ὠφελείας. ἐλθὼν γὰρ ἐνταῦθα, καὶ τὸν ἅγιον ἰδὼν τοῦτον, ἀκίνητα ἕξει τὰ καλὰ, τῇ μνήμῃ τῶν τούτου κατορθωμάτων μετριάζειν τὴν αὐτοῦ ψυχὴν ἀναπείσας, καὶ οὐκ ἀφιεὶς τὸ συνειδὸς ὑπὸ τῶν κατορθωμάτων πρὸς ὄγκον ἐπαρθῆναί τινα. Οὐ μικρὸν δὲ τοῖς ἐν εὐπραγίαις τὸ μὴ φυσᾶσθαι ἐπὶ ταῖς εὐημερίαις, ἀλλ' εἰδέναι μετρίως φέρειν τὰς εὐπραγίας. ὥστε ἅπασι χρήσιμος ὁ θησαυρὸς, ἐπιτήδειον τὸ καταγώγιον· τοῖς μὲν ἐπταικόσιν, ἵνα ἀπαλλαγῶσι τῶν πειρασμῶν, τοῖς δὲ εὐημεροῦσιν, ἵνα βέβαια αὐτοῖς μείνῃ τὰ καλά· τοῖς μὲν ἐν ἀῤῥωστίᾳ, ἵνα πρὸς ὑγίειαν ἐπανέλθωσι, τοῖς δὲ ὑγιαίνουσιν, ἵνα μὴ πρὸς ἀῤῥωστίαν καταπέσωσιν. Ἅπερ ἅπαντα λογιζόμενοι, πάσης τέρψεως, πάσης ἡδονῆς τὴν ἐνταῦθα προτιμῶμεν διατριβήν· ἵν' ὁμοῦ καὶ εὐφραινόμενοι καὶ κερδαίνοντες, καὶ ἐκεῖ σύσκηνοι τοῖς ἁγίοις τούτοις καὶ ὁμοδίαιτοι γενέσθαι δυνηθῶμεν,

[z] Sic Morel. Savil. in margine habet διαρκὲς, unus Reg. παραμυθίαν ἀσφαλῆ. Edit. Benedict.

inde virtutem hauriat. Ideo reliquias Sanctorum nobis concessit Deus, ut nos [ad se] eorum operâ ad eumdem zelum perducat; & sint nobis velut portus quidam, & idoneum solatium malorum, quæ assiduè nos affligunt. Quamobrem vos omnes cohortor, fratres, si quis vestrûm ægritudine animi, vel corporis morbo, vel quavis aliâ calamitate, aut peccatorum mole premitur, ut cum fide huc accedat; & ab aliis omnibus liberatus, magna cum lætitia revertetur, & aspectu solo conscientiam tranquilliorem reportabit. Quin etiam expedit, ut non solùm ii, qui ærumnis affecti sunt, huc sese conferant, sed illi etiam, qui & animi quiete, & gloriâ, & potentiâ, & magnâ apud Deum fiduciâ perfruuntur, hanc utilitatem non negligant. Qui enim huc accedit, & Sanctum videt, bona hæc efficiet stabiliora: & memoriâ rectè factorum ejus animum suum reddet moderatiorem, nec conscientiam suam bonis operibus efferri atque intumescere patietur. Non parvi autem momenti est, eos, quibus prosperæ atque secundæ res fluunt, eas ferre moderatè, & superbiæ tumore non extolli. Utilis igitur cunctis hic thesaurus est, & refugium opportunum, tam iis, qui lapsi sunt, ut à tentationibus liberentur; quàm iis, qui prosperè ac feliciter degunt, ut diu fruantur bonis; illis qui morbis laborant, ut bonam valetudinem consequantur; illis qui commodâ gaudent valetudine, ne in morbum aliquem incurrant. Quæ quidem omnia considerantes, omni gaudio, atque voluptati sacrum hunc locum anteponamus; ut lætitiæ & lucri consortes, illic Sanctorum contubernales & socii esse valeamus,

εὐχαῖς αὐτῶν τῶν ἁγίων, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Veterum Teſtimonia

DE

S. IGNATII EPISTOLIS.

Irenæus, Lib. v. *adverſus Hæreſes, Cap.* 28.

Quemadmodum quidam de noſtris dixit, propter martyrium in Deum, adjudicatus ad beſtias; quoniam *Frumentum ſum Chriſti, & per dentes beſtiarum molor, ut mundus panis Dei inveniar.* Epiſt. ad *Rom.* 4.

Origenes, Prologo in Canticum Canticorum.

Denique memini aliquem Sanctorum dixiſſe, Ignatium nomine, de Chriſto: *Meus autem amor crucifixus eſt:* nec reprehendi eum pro hoc dignum judico. *Ibid.* 7.

Homilia vi. *in Lucam.*

Eleganter in cujuſdam Martyris Epiſtola ſcriptum reperi: Ignatium dico, Epiſcopum Antiochiæ, poſt Petrum, ſecundum; qui in perſecutione, Romæ pugnavit ad beſtias: *Principem ſæculi hujus latuit virginitas Mariæ.* Lege Baſilium, Homiliâ in Chriſti nativitatem. *Epiſt. ad Epheſ.* 19.

Euſebius, Hiſt. Eccleſ. Lib. iii. *Cap.* 46.

Ὁ παρὰ πλείστοις εἰσέτι νῦν διαβόητος Ἰγνάτιος, τῆς κατ' Ἀντιόχειαν Πέτρου διαδοχῆς δεύτερος τὴν ἐπισκοπὴν κεκληρωμένος. Λόγος δ' ἔχει τοῦτον ἀπὸ Συρίας εἰς τὴν Ῥωμαίων πόλιν ἀναπεμφθέντα, θηρίων γενέσθαι βοράν,

Ignatius multorum ſermonibus noſtrâ etiam ætate celebratus, poſt Petrum ſucceſſione ſecundus Antiochenſem Epiſcopatum ſortitus. Ferunt autem hunc è Syria ad urbem Romam perductum, à beſtiis devoratum

precibus ipſorum Sanctorum, & gratiâ ac benignitate Domini noſtri Jeſu Chriſti, cum quo Patri gloria, Sanctoque Spiritui, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

ϱὰν, τῆς εἰς Χριστὸν μαϱτυϱίας ἕνεκεν. Καὶ δὴ τὴν δι᾽ Ἀσίας ἀνακομιδὴν μετ᾽ ἐπιμελεστάτης φϱουϱῶν φυλακῆς ποιούμενος, τὰς κατὰ πόλιν αἷς ἐπεδήμει παϱοικίας, ταῖς διὰ λόγων ὁμιλίαις τε καὶ πϱοτϱοπαῖς ἐπιῤῥωννὺς, ἐν πϱώτοις μάλιστα πϱοφυλάττεσθαι τὰς αἱϱέσεις ἄϱτι τότε πϱῶτον ἀναφυείσας καὶ ἐπιπολαζούσας παϱῄνει· πϱοὔτϱεπέ τε ἀπϱὶξ ἔχεσθαι τῆς τῶν ἀποστόλων παϱαδόσεως, ἣν ὑπὲϱ ἀσφαλείας, καὶ ἐγγϱάφως, ἤδη * μαϱτυϱόμενος, διατυποῦσθαι ἀναγκαῖον ἡγεῖτο. Οὕτω δῆτα ἐν Σμύϱνῃ γενόμενος, ἔνθα ὁ Πολύκαϱπος ἦν, μίαν μὲν ἐπιστολὴν τῇ κατὰ τὴν Ἔφεσον ἐκκλησίᾳ γϱάφει, ποιμένος αὐτῆς μνημονεύων Ὀνησίμου· ἑτέϱαν δὲ τῇ ἐν Μαγνησίᾳ τῇ πϱὸς Μαιάνδϱῳ, ἔνθα πάλιν ἐπισκόπου Δαμᾶ μνήμην πεποίηται· καὶ τῇ ἐν Τϱάλλεσι δὲ ἄλλην, ἧς ἄϱχοντα τότε ὄντα Πολύβιον ἱστοϱεῖ. Πϱὸς ταύταις καὶ τῇ Ῥωμαίων ἐκκλησίᾳ γϱάφει· ᾗ καὶ παϱάκλησις πϱοτείνει, ὡς μὴ παϱαιτησάμενοι τοῦ μαϱτυϱίου, τῆς ποθουμένης αὐτὸν ἀποστεϱήσαιεν ἐλπίδος. ἐξ ὧν καὶ βϱαχύτατα, εἰς ἐπίδειξιν τῶν εἰϱημένων παϱαθέσθαι ἄξιον. γϱάφει δὴ οὖν κατὰ λέξιν· κ. τ. λ. καὶ ταῦτα μὲν ἀπὸ τῆς δηλωθείσης πόλεως ταῖς καταλεχθείσαις ἐκκλησίαις διετυπώσατο.

voratum fuiſſe, propter Chriſti teſtimonium. Cumque per Aſiam ſub accuratiſſima ſatellitum cuſtodia ductaretur, ſingularum nihilominus civitatum, quas ingrederetur, Eccleſias ſermonibus & cohortationibus ſuis confirmans, monebat in primis ut ſibi ab Hæreſibus maximè caverent, quæ tunc primùm fruticare ac increſcere incipiebant: hortabaturque ut Apoſtolorum traditionibus tenaciter inhærerent; quas ad cautelam, ſcriptis quoque conſignare, cùm jamjam martyrium ſubiturus eſſet, neceſſarium duxit. Ut igitur Smyrnam venit, ubi erat Polycarpus, unam quidem Epiſtolam ſcripſit ad Epheſiorum Eccleſiam; in qua Oneſimi ipſorum Paſtoris meminit: alteram verò, ad Eccleſiam Magneſiæ civitatis quæ ad Mæandrum ſita eſt; in qua iterum Damæ Epiſcopi mentionem facit: aliam item ad Eccleſiam Trallianam, cujus Antiſtitem tunc fuiſſe memorat Polybium. Præter has, etiam ad Romanorum Eccleſiam litteras dedit: in quibus fusè obteſtatur eos, ne martyrium amoliti, eum optatâ ſpe fraudarent. Sed operæ pretium fuerit, ad confirmationem eorum quæ diximus, nonnulla ex iis litteris hìc apponere. Scribit igitur in hunc modum: *&c. Cap.* 3. Et hæc quidem ille ex præfata civitate ad Eccleſias ſuperiùs memoratas perſcripſit.

* Nicephor. μνηστευόμενος.

πώσατο. Ἤδη δ' ἐπέκεινα τῆς Σμύρνης γενόμενος, ἀπὸ Τρωάδος τοῖς τε ἐν Φιλαδελφίᾳ αὖθις διὰ γραφῆς ὁμιλεῖ, καὶ τῇ Σμυρναίων ἐκκλησίᾳ, ἰδίως τε τῷ ταύτης προηγουμένῳ Πολυκάρπῳ· ὃν οἷα δὴ ἀποστολικὸν ἄνδρα εὖ μάλα γνωρίζων, τὴν κατ' Ἀντιόχειαν αὐτῷ ποίμνην, ὡς ἂν γνήσιος καὶ ἀγαθὸς ποιμὴν, παρατίθεται, τὴν περὶ αὐτῆς φροντίδα διὰ σπουδῆς ἔχειν αὐτὸν ἀξιῶν. Ὁ δ' αὐτὸς Σμυρναίοις γράφων, οὐκ οἶδ' ὁπόθεν ῥητοῖς συγκέχρηται, τοιαῦτά τινα περὶ τοῦ Χριστοῦ διεξιών. Οἶδε δὲ αὐτοῦ τὸ μαρτύριον καὶ ὁ Εἰρηναῖος, καὶ τῶν ἐπιστολῶν αὐτοῦ μνημονεύει, λέγων οὕτως· Ὡς εἶπέ τις τῶν ἡμετέρων, διὰ τὴν πρὸς Θεὸν μαρτυρίαν κατακριθεὶς πρὸς θηρία, ὅτι Σῖτός εἰμι Θεοῦ, καὶ δι' ὀδόντων θηρίων ἀλήθομαι, ἵνα καθαρὸς ἄρτος εὑρεθῶ. Καὶ ὁ Πολύκαρπος δὲ τούτων αὐτῶν μέμνηται ἐν τῇ φερομένῃ αὐτοῦ πρὸς Φιλιππησίους ἐπιστολῇ, φάσκων αὐτοῖς ῥήμασι. Lege Nicephorum *Lib.* iii. *Cap.* 19.

ſcripſit. Poſtea verò à Smyrna ulteriùs progreſſus, cùm Troadem veniſſet, inde cum Philadelphenſibus per litteras collocutus eſt; & cum Smyrnæorum Eccleſia; privatimque cum Polycarpo eorum Præſule: quem cùm Apoſtolicum virum eſſe planè cognoſceret, Antiochenæ Eccleſiæ gregem ipſi, tamquam verus ac bonus paſtor, commendavit, rogans ut illius curam ſtudiosè ſuſciperet. Idem verò in Epiſtola ad Smyrnæos, quibuſdam teſtimoniis neſcio unde ſumptis utitur, ita de Chriſto loquens: *Cap.* 3. Sed & Irenæus ejus martyrium novit, & Epiſtolas ipſius commemorat, his verbis: *Quemadmodum noſtrorum quidam dixit, propter Dei profeſſionem damnatus ad beſtias: Frumentum ſum Dei; & per dentes beſtiarum molor, ut panis mundus inveniar.* Polycarpus quoque eorumdem meminit in ſua ad Philippenſes quæ exſtat Epiſtola, ad verbum ita diſſerens: *Cap.* 9. & 13.

Rufini verſio.

Lege Haimon. Hiſt. iv. 6.

Sed in noſtra quoque tempora famæ celebritate vulgatus Ignatius, apud Antiochiam poſt Petrum ſecundâ ſucceſſione Epiſcopatum ſortitus eſt. Quem ſermo tradidit, de Syriæ partibus ad urbem Romam tranſmiſſum, & pro martyrio Chriſti ad beſtias datum. Quique cùm per Aſiam ſub cuſtodia navigaret, ſingulas quaſque digrediens civitates, Eccleſiæ populos Evangelicis cohortationibus edocebat in fide perſiſtere, & obſervare ſe ab Hæreticorum contagiis, qui tunc primùm copioſiùs cœperant pullulare; & ut diligentiùs ac tenaciùs Apoſtolorum traditionibus inhærerent; quas traditiones, cautelæ gratiâ, & ne quid apud poſteros remaneret incerti, etiam ſcriptas ſe aſſerit reliquiſſe. Denique cùm Smyrnam veniſſet, ubi Polycarpus erat, ſcribit inde unam Epiſtolam ad Epheſios, eorumque Paſtorem, in qua meminit & Oneſimi: & aliam Magneſiæ civitati quæ ſupra Mæandrum jacet; in qua

& E,

& Episcopi * Damei mentionem facit. Sed & Ecclesiæ quæ est Trallis scribit, cujus principem tunc esse Polybium designavit. In ea verò, quam ad Romanam Ecclesiam scribit, deprecatur eos, ne se, tamquam suppliciis suis parcentes, velint spe privare martyrii; & his post aliquanta utitur verbis: Hæc & multa alia his similia ad diversas Ecclesias scribit. Sed & ad Polycarpum, velut Apostolicum virum datis litteris, Antiochenam ei Ecclesiam præcipuè commendat. Ad Smyrnæos sanè scribens, utitur verbis quibusdam, unde assumptis nescimus; quibus hæc de Salvatore proloquitur: Scit autem & Irenæus martyrium ejus, & mentionem facit scriptorum ejus, per hæc verba: *Sicut dixit*, inquit, *quidam ex nostris, pro martyrio Christi damnatus ad bestias. Frumentum, inquit, ego sum Dei; bestiarum dentibus molor & subigor, ut panis mundus efficiar * Christo.* Sed & Polycarpus horum memoriam facit, in Epistola quam ad Philippenses scribit; per hæc verba:

* *Al.* Damæi.

* Deest in Cod. nonnullis.

Lib. v. *Cap.* 8.

Εἴ τι Ἰουστίνου τοῦ μαρτύρος καὶ Ἰγνατίου μνήμην πεποίηται, μαρτυρίαις αὖθις καὶ ἀπὸ τῶν τούτοις γραφέντων κεχρημένος. *Nicephor. Lib.* iv. *Cap.* 14. *in locum* Ignatii Clementem *substituit.*

Præterea Justini martyris & Ignatii mentionem facit [Irenæus], testimonia quoque ex eorum scriptis proferens.

Rufinus.

Justini quoque martyris & Ignatii memoriam facit, & ea quæ scripserunt producit in medium.

Athanasius, Epistolâ de Synodis Arimini & Seleuciæ.
Edit. Par. T. i. *p.* 922. *A.*

Ἰγνάτιος οὖν, ὁ μετὰ τοὺς ἀποστόλους ἐν Ἀντιοχείᾳ καταστάθεὶς ἐπίσκοπος, καὶ μάρτυς τοῦ Χριστοῦ γενόμενος, γράφων περὶ τοῦ Κυρίου, εἴρηκεν.

Ignatius igitur, qui post Apostolos in Antiochia constitutus est Episcopus, & Martyr Christi exstitit; de Christo scribens, dixit: *Epist. ad Ephes. Cap.* vii.

Apud Chrysostomum, Sermone de uno legislatore, &c. Tom. vi.

Διὰ τοῦτο γενναῖός τις τῶν ἀρχαίων· Ἰγνάτιος καὶ ἦν ὄνομα αὐτῷ· οὗτος ἱερωσύνῃ καὶ μαρτυρίῳ διαπρέψας ἐπιστέλλων τινὶ ἱερεῖ ἔλεγε· Ad Polycarpum. *Cap.* 4.

Propterea eximius vir quidam ex antiquis: nomen illi erat Ignatius: hic sacerdotio simul & martyrio decoratus, ad sacerdotem quemdam scribens, dixit:

Hieronymus, in Libro de Viris illuſtribus, Cap. xvi.

Ignatius Antiochenæ Eccleſiæ tertius poſt Petrum Apoſtolum Epiſcopus, commovente perſecutionem Trajano, damnatus ad beſtias, Romam vinctus mittitur. Cumque navigans Smyrnam veniſſet, ubi Polycarpus auditor Johannis Epiſcopus erat; ſcripſit unam Epiſtolam ad Epheſios, alteram ad Magneſianos, tertiam ad Trallenſes, quartam ad Romanos: & inde egrediens ſcripſit ad Philadelpheos, & ad Smyrnæos, & propriè ad Polycarpum, commendans illi Antiochenſem Eccleſiam: in qua & de Evangelio, quod nuper à me tranſlatum eſt, ſuper perſona Chriſti ponit teſtimonium, dicens: [1] *Ego verò & poſt reſurrectionem in carne eum vidi, & credo quia ſit. Et quando venit ad Petrum, & ad eos qui cum Petro erant, dixit eis: Ecce, palpate me & videte, quia non ſum Dæmonium incorporale: & ſtatim tetigerunt eum, & crediderunt.* Dignum autem videtur, quia tanti viri fecimus mentionem, & de Epiſtola ejus, quam ad Romanos [2] ſcribit, pauca ponere: [3] *De Syria uſque ad Romam pugno ad beſtias, in mari & in terra, nocte diéque, ligatus cum decem leopardis, hoc eſt, militibus qui me cuſtodiunt; quibus & cùm benefeceris, pejores fiunt. Iniquitas autem eorum mea doctrina eſt; ſed non idcirco juſtificatus ſum. Utinam fruar beſtiis, quæ mihi ſunt*

* Deeſt ὑπ' ἐμοῦ.

1 Ad Smyrn. Cap. iii.

* *Malè legit* corporale.

* Al. ἥψαντο αὐτοῦ καί.

2 *Al.* ſcripſit.

3 Cap. v.

* vel μου.

Vetus Interpres Græcus.

Ἰγνάτιος τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐκκλησίας τρίτος μετὰ Πέτρον τὸν ἀπόστολον ἐπίσκοπος, διωγμὸν κινήσαντος Τραϊανοῦ, θηριομαχῆσαι κελευσθεὶς, εἰς Ῥώμην στέλλεται δέσμιος. Πλέων δὲ, καὶ ἐπιστὰς τῇ Σμύρνῃ, ἐν ᾗ Πολύκαρπος ἀκροατὴς Ἰωάννου ἐπίσκοπος ἦν, ἔγραψε πρὸς Ἐφεσίους ἐπιστολὴν μίαν, ἄλλην πρὸς Μαγνησιάνους, τρίτην πρὸς Τραλλιάνους, τετάρτην πρὸς Ῥωμαίους· κἀκεῖθεν ἐξιὼν ἔγραψε Φιλαδελφεῦσι, καὶ Σμυρναίοις, καὶ ἰδικῶς πρὸς Πολύκαρπον, παρατιθέμενος αὐτῷ τὴν ἐν Αντιοχείᾳ ἐκκλησίαν· ἐν ᾗ καὶ περὶ τοῦ εὐαγγελίου τοῦ πρώην * μεταφρασθέντος, ἐκ προσώπου Ἰησοῦ Χριστοῦ μνήμην ποιεῖται, λέγων· Ἐγὼ δὲ καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐν σώματι αὐτὸν εἶδον, καὶ πιστεύω ὅτι ἔστι. καὶ ὅτε ἦλθεν πρὸς Πέτρον, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ ὄντας, εἶπεν αὐτοῖς· Ψηλαφήσατέ με, ὅτι οὐκ εἰμὶ δαιμόνιον * σωματικόν· καὶ εὐθέως * ἥψαντες αὐτοῦ, ἐπίστευσαν. Ἄξιον δὲ φαίνεται, ἐπείπερ τοιούτου ἀνδρὸς πεποιήμεθα μνήμην, ἐκ τῆς ἐπιστολῆς αὐτοῦ τῆς πρὸς Ῥωμαίους γραφείσης, ὀλίγα ἐκθέσθαι· Ἀπὸ Συρίας ἄχρι Ῥώμης θηριομαχῶ, ἐν θαλάσσῃ καὶ ἐν γῇ, νυκτὸς καὶ ἡμέρας, δέκα συνδεδεμένος λεοπάρδοις, τοῦτ' ἔστι, στρατιώταις τοῖς φυλάσσουσί με, οἵτινες καὶ μετὰ εὐεργεσίαν χείρονες γίνονται. αἱ γὰρ ἀνομίαι αὐτῶν, παίδευσίς * μοι ἐστίν· ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο ἐδικαιώθην. Καὶ εἴθε ἀπολαύσω τῶν

ſunt præparatæ; quas & oro mibi veloces eſſe ad [3] *interitum, & ad ſupplicia, & allici ad comedendum me; ne ſicut* [4] *& aliorum martyrum, non audeant corpus meum attingere. Quòd ſi venire noluerint, ego vim faciam, ut devorer. Ignoſcite mibi, filioli: quid mibi proſit, ego ſcio. Nunc incipio* [5] *Chriſti eſſe diſcipulus, nihil de bis quæ videntur deſiderans, ut Jeſum Chriſtum inveniam. Ignis, crux, beſtiæ, confractio oſſium, membrorumque diviſio, & totius corporis contritio, &* [6] *tota tormenta Diaboli in me veniant; tantùm ut Chriſto fruar.* Cumque jam damnatus eſſet ad beſtias; ardore patiendi, cùm rugientes audiret leones, ait; *Frumentum Chriſti ſum, dentibus beſtiarum molar, ut panis mundus inveniar.* Paſſus eſt anno undecimo Trajani. *Lege Freculſum, Tom.* ii. *Lib.* ii. *Cap.* 11. *& Honorium Auguſtodunenſem de Luminar. Eccleſ. Cap.*16.

τῶν θηρίων τῶν εὐτρεπισθέντων μοι· ἅτινα εὔχομαι ὀξύτατα εἶναί μοι εἰς ἀπώλειαν, καὶ ἐνδελεχίζειν εἰς τὴν ἐμὴν κατάβρωσιν· μήπως, ὃν τρόπον ἐπὶ τῶν ἄλλων μαρτύρων, μὴ τολμήσωσι τοῦ σώματός μου ἅψασθαι· εἰ γὰρ ἐπελθεῖν μὴ θελήσουσιν, ἐγὼ βιάσομαι, ποθῶν καταβρωθῆναι. Σύγγνωτέ μοι, τεκνία· τὸ συμφέρον μοι ἐγὼ οἶδα. νῦν ἄρχομαι εἶναι μαθητὴς, οὐδὲν τούτων τῶν ὁρωμένων * ἐπιθυμῶ, ἵνα τὸν Ἰησοῦν Χριστὸν εὕρω· πῦρ, σταυρὸς, θηρία, σύγκλασις ὀστέων, καὶ τῶν μελῶν διασπασμὸς, καὶ παντὸς τοῦ σώματος συντριβὴ, καὶ βάσανοι τοῦ διαβόλου, εἰς ἐμὲ ἐλθωσιν, ἵνα Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀπολαύσω. Κατακριθεὶς τοίνυν θηριομαχῆσαι, καὶ πόθῳ τοῦ παθεῖν, ἀκούσας τοῦ βρυγμοῦ τῶν λεόντων, ἔφη· Σῖτος Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰμὶ, καὶ εὔχομαι τοῖς ὀδοῦσι τῶν θηρίων ἀλεσθῆναι, ἵνα ἄρτος καθαρὸς εὑρεθῶ. Ἔπαθε δεκάτῳ ἔτει Τραϊανοῦ.

3 Al. *interitum, & alliciam ad comedendum.*
4 Deeſt in al.
5 Deeſt in Vet. Cod. quibuſdam.
* l. ἐπιθυμῶν.
6 Deeſt in al.

Libro adversùs Helvidium, Cap. 9.

Numquid non poſſum tibi totam veterum Scriptorum ſeriem commovere, Ignatium, Polycarpum, Irenæum, Juſtinum Martyrem, multoſque alios Apoſtolicos & eloquentes viros, qui adversùs Ebionem, & Theodotum Byzantium, & Valentinum, hæc eadem ſentientes, plena ſapientiæ volumina conſcripſerunt?

Lib. i. *Commentariorum in Matthæum; ad Cap.* i. *Ver.* 18.

Martyr Ignatius etiam quartam addidit cauſam, cur à deſponſata conceptus ſit [Chriſtus], ut partus, inquiens, ejus celaretur Diabolo; dum eum putat, non de virgine, ſed de uxore generatum. *Vide finem Teſtimoniorum de Barnabæ Epiſtola.*

Dionysius, Lib. de divinis nominibus, Cap. iv. *n.* 12.

Καίτοι ἔδοξέ τισι τῶν καθ' ἡμᾶς ἱερολόγων, καὶ θειότερον εἶναι τὸ τοῦ ἔρωτος ὄνομα, τοῦ τῆς ἀγάπης. γράφει δὲ καὶ ὁ θεῖος Ἰγνάτιος· Ὁ ἐμὸς ἔρως ἐσταύρωται. Vide Scholia Maximi, & Paraphrasim Pachymeræ; nec non Photium in Bibliothecæ Cod. 1.

Atqui visum est quibusdam è nostris scriptoribus sacris, nomen *amoris* divinius esse nomine *caritatis*. Etenim divinus Ignatius scribit: *Meus amor crucifixus est.* Epist. ad Rom. Cap. 7.

Theodoritus, Dialogo i.

Ἐπιδείξω σοι τὸν πανεύφημον τῆς ἐκκλησίας διδάσκαλον, κ. τ. λ. ἀκήκοας δὲ πάντως Ἰγνάτιον ἐκεῖνον, ὃς διὰ τῆς τοῦ μεγάλου Πέτρου δεξιᾶς, τῆς ἀρχιερωσύνης τὴν χάριν ἐδέξατο, καὶ τὴν ἐκκλησίαν Ἀντιοχέων ἰθύνας, τὸν τοῦ μαρτυρίου στέφανον ἀνεδήσατο.

Ostendam tibi celeberrimum Ecclesiæ doctorem, &c. Audivisti enim prorsus de Ignatio illo, qui per magni Petri dextram, Pontificatûs gratiam suscepit; & cùm Antiochensem Ecclesiam rexisset, martyrii coronâ redimitus est. *Postea laudat loca, ad Smyrn.* 1. 5. 4. *ad Ephes.* 18. 20. 7. *ad Trall.* 9. *Et Dialogo* ii. *citat Epistolæ ad Smyrn. Cap.* 3. *& Dialogo* iii. *ejusdem Epistolæ Cap.* 7. *Lege etiam Theodoriti Epist.* 89. *&* 145. *item Facundum Hermianensem, Lib.* viii. *Cap.* 1.

Gildas, in Castigatione Cleri Britanniæ, post initium.

Quis vestrûm, ut sanctus Martyr Ignatius, Antiochenæ urbis Episcopus; qui post admirabiles in Christo actus, ob testimonium ejus, leonum molis Romæ confractus est? Cujus verba, cùm ad passionem duceretur, audientes, si aliquando vultus vestri rubore suffusi sunt, non solùm in comparatione ejus vos non putabitis sacerdotes, sed ne mediocres quidem Christianos esse. Ait enim in Epistola, quam ad Romanam Ecclesiam misit; *A Syria* &c. quemadmodum Rufinus Hist. Eccles. Lib. iii. Cap. 36.

Jovius Monachus, Lib. vii. *Cap.* 31. *de Oeconomia, seu Verbo Incarnato, apud Photium Bibliothecæ Cod.* 222.

Φησὶ γὰρ ὁ Θεοφόρος Ἰγνάτιος, τρία λαθεῖν τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου· τὴν παρθενίαν Μαρίας, τὴν σύλληψιν τοῦ Κυρίου, καὶ τὴν σταύρωσιν.

Nam tria Theophorus Ignatius sæculi hujus principem latuisse commemorat: virginitatem Mariæ, conceptionem Domini, ejusdemque crucifixionem. *Ad Ephes.* 19.

Ephræmius

Ephræmius Patriarcha Theopolitanus ſeu Antiochenus, De ſacris Antiochiæ legibus Lib. iii. *apud Photium Cod.* 229.

Καὶ ὁ Θεοφόρος δὲ Ἰγνάτιος, καὶ μάρτυς, Σμυρναίοις ἐπιστέλλων, ὁμοίως κέχρηται τῷ ἄρθρῳ. *Legendus idem apud eumdem Cod.* 228. *Ed. Rot. p.* 777. *l.* 22. *&c.*

Martyr quoque Theophorus Ignatius, ad Smyrnæos ſcribens, ſimiliter articulo uſus eſt.

Antiochus, Homiliâ 124.

Ex MSS. Reg.

Ὁ Θεοφόρος Ἰγνάτιος ἐπιστέλλει λέγων, κ. τ. λ. Citat ad Polyc. 6. ad Philad. 7. ad Trall. 2. ad Smyrn. 8. & 9. ad Trall. 2. & 3.

Verſio Livineii.

Ignatius Theophorus per Epiſtolam dicit: &c. *Idem Antiochus ſæpe utitur verbis B. Ignatii.*

Theodorus Studita, Catecheſi 127.

Συνέπεται δὲ καὶ ὁ Θεοφόρος Ἰγνάτιος, τάδε λέγων· Προφυλάσσω ὑμᾶς ἀπὸ τῶν θηρίων τῶν ἀνθρωπομόρφων, αἱρετικῶν· οὓς, οὐ μόνον οὐ δεῖ * ἡμᾶς παραδέχεσθαι, ἀλλ' εἰ δυνατὸν, μηδὲ συναντᾶν.

Nec abludit & Deifer Ignatius, ſcribens in hunc ſenſum: Præmoneo vos hominiformium ferarum, Hæreticorum: quos non ſolùm non admittere non debetis, ſed ne occurrere quidem, ſi poteſt. *Ad Smyrn.* 4.

* Cod. Livin. ὑμᾶς.

Idem Theodorus, in Jambis nondum editis.

Εἰς τὸν ἅγιον Ἰγνάτιον τὸν Θεοφόρον.

Ἔχων ἔρωτα Χριστὸν ἐν τῇ καρδίᾳ,
Ἀποστόλων σύσκηνος ὤφθης, τρισμάκαρ·
Ἄθλοις δὲ θερμοῖς ἐκφλογίζων τὴν πλάνην,
Ἐπιστολαῖς σου Παῦλος ἄλλος τις πέλεις.

In Sanctum Ignatium Theophorum.

Chriſtum gerens corde tuo amorem, viſus es
Apoſtolorum ſocius, ter beate: ſed
Fraudem laboribus cremans ardentibus,
Paulus tuis es quidam alius Epiſtolis.

J. B. Cotelerii *JUDICIUM* *De S.* IGNATII *Epistolis.*

NISI officii mei ratio flagitaret, ut in campum descenderem, tuiturus vel impugnaturus Ignatianas Epistolas, libenter abstinerem me celebri bello litterario; quod sciam profligatum fuisse, dein redintegratum, & ad quod conficiendum adhuc accingere se armis audiam duos fortes bellatores, unum hìc in Gallia, alterum in orbe Britanno, adversùs nuperum hostem, veteranum militem, pugnacem, doctis disertisque dictis certantem & maledictis, peritum ad hæc cauponari bellum & belligerare, qui hoc stratagemate utendum putavit, ut quia in verum Ignatium abundè non suppetebant jacula, falsum prælio involveret, quò imbellem vincendo, invictum etiam vicisse videretur. Sed jam pugna danda est. Rem paucis verbis, unâ ratiocinatione concludo. Sanctum Ignatium Epistolas scripsisse disertè testatur ejus familiaris B. Polycarpus: has verò, quas per virum clarissimum Isaacum Vossium è Codice Florentino primùm editas legimus, easdem esse puras putas Ignatii ostendunt relata in *Testimoniis Veterum* loca Irenæi, Origenis, Eusebii, Athanasii, Hieronymi, Theodoriti, cæterorumque: nam reperiuntur in illa Editione. Quid clarius? quid certius?

Contra hæc, & contra nostrum Ignatium exceptiones Adversariorum multæ sunt, multæ objectiones, generales aliæ, aliæ particulares. His ad loca singula, cùm necesse judicabimus, occurremus: illarum præcipuas expendamus. --- In duas classes distribui possunt: aut enim petuntur ex Antiquorum silentio, aut è stylo Epistolarum. Aiunt itaque; Quot è primis Patribus mentionem facere poterant ac debebant Ignatianarum Epistolarum, nec fecerunt ante Eusebium? Polycarpi siquidem, Irenæi, Origenis testimonia suspecta habentur, vel nihil probant. Retorqueo ego ad hunc modum; Quot Ecclesiasticorum Operum primus ac sæpe unus meminit Eusebius, (neque enim in numerum veniunt qui Eusebium transcribunt) quæ ab aliis memorari poterant, & verò

rò pari ratione debebant? Eáne omnia ſuppoſiticia dicent? Nequaquam puto. Quænam verò ſunt quæ opponunt locis Polycarpi, Irenæi & Origenis? Ecce illa. *Nicephorus Patriarcha CP. in Indice Apocryphorum Novi Teſtamenti, ſcripta Ignatii & Polycarpi Apocrypha judicat. Anaſtaſius Bibliothecarius eadem habet in Indice, quem Hiſtoriæ ſuæ Eccleſiaſticæ præfixit; quæ, niſi eadem cum Nicephoro de his Epiſtolis ſenſiſſet, non videtur fuiſſe ſine aliqua cenſura, vel animadverſione dimiſſurus.* Verùm Auctor hujus Laterculi non amandat ad Apocrypha *Epiſtolas* Ignatii & Polycarpi, amandat Ignatii & Polycarpi *nonnihil.* Illud autem *nonnihil* cur non potiùs exponemus de *Doctrina Ignatii*, & de *Doctrina Polycarpi*, libris Pſeudepigraphis? Certè Ἰγνατίου διδαχὴν ut apocrypham recenſitam habes illo MS. Indiculo, quem Anaſtaſii Quæſtionibus ſubjunctum citat doctiſſimus Uſſerius, De Ignatii Epiſtolis Cap. 1. & Ἰγνατίου διδασκαλίαν cum Πολυκάρπου διδασκαλίᾳ, Indiculo iiſdem Quæſtionibus adjuncto, Bibliothecæ Regiæ Volumine 1789. qui à me ſuprà poſitus fuit, in meis Notis. Ignatii verò Polycarpique Epiſtolas in Apocrypha relatas nullibi videmus. Ut omittam *Liturgiam Ignatii*, de qua eodem loco Uſſerius: ac ejuſdem Martyris aliquid de re fidei & Canonibus, in Catalogo Hebedjeſu num. 18. videtur enim diverſum eſſe ab Epiſtolis Chaldaicis ſive Syriacis illius, ab Uſſerio in Cap. 4. memoratis. Et verò (occaſione ſe ſe offerente monebo id) objectum Indicem ſeu Canonem Scripturarum, ad tempora Nicephori Conſtantinopolitani, & Anaſtaſii Bibliothecarii nequaquam pertinere, facilè mecum intelliget, qui conſideraverit, nono ære Chriſtianæ ſæculo Eccleſias Græcam & Romanam non dubitâſſe de tot Sacræ Scripturæ libris, quot in dubium eo in Laterculo revocantur. Quare vel Nicephoro Patriarchæ Canon abjudicetur, vel dicatur ab eo magis collectus, quàm compoſitus; per Anaſtaſium verò converſus tantùm putetur, non autem etiam creditus. Atque hinc evaneſcit in auras quidquid, magnâ verborum pompâ, ob Nicephorum & Anaſtaſium à viro docto toties jactatur. Ut neceſſe non ſit reſpondere, quæ tamen non improbabiliter dicentur; aut Polycarpum cum Ignatio fuiſſe proſcriptum, ob Syllogen Epiſtolæ Polycarpianæ & Epiſtolarum Ignatianarum tam interpolatarum quàm falſa-

Dallæus Lib. ii. Cap. 32.

Vide J. B. Cotelerii Judicium de Conſtit. Apoſt.

falſarum; aut Epiſtolam Polycarpi & Epiſtolas Ignatii Apocryphas eſſe appellatas, quòd licet innoxiæ, nec Pſeudepigraphæ, extra Canonem omnium Eccleſiarum legerentur. Quid enim, quæſo, noxii, quid Apoſtolico viro indigni continet Polycarpiana illa? - - - Pergunt adversùs Epiſtolam Polycarpi, & affirmant eam pugnantia loqui, Ignatium viventem, Ignatium mortuum: nempe prius, per hæc verba Capitis 13. *Et de ipſo Ignatio, & de his qui cum eo ſunt, quod certius agnoveritis, ſignificate.* Poſterius, per ea quæ habentur Capite 9. de Ignatio aliiſque Martyribus, necnon Apoſtolis, quòd cuncti poſt agones ſuos *in loco ſibi debito ſint* apud Deum. Mira profectò ἀντιλογία, ſi veritate niteretur: at eâ planè deſtituitur. Nam ponatur, quemadmodum ſentimus, ſcripſiſſe Polycarpum tunc temporis, cùm Ignatius martyrium ſubiiſſe credebatur, incerti tamen (ut ferè fit) rumores ferebantur de iis quæ in morte illius contigerant. Hoc poſito, nonne conveniebat ut Polycarpus diceret, Ignatium apud Deum locum ſuum obtinere, ſimulque peteret edoceri περὶ Ἰγνατίου καὶ περὶ τῶν περὶ αὐτὸν, ſi quid Philippenſes explorati accepiſſent? Dubium nullum eſt, niſi fallor.

A Polycarpo ad Irenæum. *Quemadmodum quidam de noſtris dixit, propter martyrium in Deum adjudicatus ad beſtias; quoniam frumentum ſum Chriſti,* &c. *Dixit* exponunt, *locutus eſt*, non *ſcripſit.* Ego verò, cùm verbum *dixit* ad ſermonem & ad ſcripturam perinde referatur, cúmque conſtet ex Actis & Vita Ignatii, atque ex Hieronymo & Adone, ea verba à fortiſſimo Martyre in agone quoque ipſo fuiſſe pronunciata, cur apud Irenæum Epiſtolam potiùs intelligam quàm vocem, cauſſa eſt tum auctoritas Euſebii, qui ita accipit, tum quòd Irenæus non ſcripſerit, θηριομαχῶν, *cum beſtiis pugnans*, aut quid ſimile, ſed κατακριθεὶς πρὸς θηρία, *damnatus ad beſtias.* Origenes Prologo Commentariorum in Canticum Canticorum; *Denique memini aliquem ſanctorum dixiſſe, Ignatium nomine, de Chriſto; Meus autem amor crucifixus eſt.* Dionyſius De divinis nominibus Cap. iv. n. 12. γράφει δὲ καὶ ὁ θεῖος Ἰγνάτιος, Ὁ ἐμὸς ἔρως ἐσταύρωται. Origeni εἰπεῖν eſt quod Dionyſio γράφειν. Sed inquiunt, Commentarii illi non ſunt Origenis. E memoria illorum effluxerat citari eos in fine Philocaliæ. Tu verò, ne tempus teram in agenda re acta, vide quæ à doctiſſimo clariſſimoque viro

viro Petro Daniele Huetio solidè de hac controversia disputata sunt Origenianorum Lib. iii. p. 248. Lege pariter quæ eodem libro p. 252. 253. afferuntur pro ejusdem Adamantii Homiliis in Lucam ; quas etiam, quia sibi incommodant apertâ citatione Ignatianæ Epistolæ, rejicere conantur, idque per levicula argumenta, solutu facilia eis qui animum attenderint partim ad Hieronymum Interpretem, partim ad juvenem eo tempore Origenem. Videto quoque nos infrà in Cap. 19. Epist. ad Ephes. de Basilio & Hieronymo has Homilias legentibus.

Hactenus de prætento Veterum silentio. Nunc ad stylum Epistolarum accedamus. Ignatiana oratio diversæ à nostra sententiæ auctoribus videtur mirum prodigiosumque in modum nova, poëtica, turgida, putida, frigida, obscura, plena cacozeliæ & battologiæ, omnino absurda atque simulata, nullatenus Apostolica. Longè aliter sentiunt alii, qui plurima in illa antiquitatis ac simplicitatis Apostolicæ certissimaque deprehendunt vestigia, nihil verò inconsideratum, nihil fictum, aut non Apostolicum. Concedamus tamen, Ignatii dictionem aliquid habere novitatis, tumoris, obscuritatis. Quid tum ? Suus cuique stylus est, sua scribendi ratio. Nonne si hujusmodi argutationum minutiis datur locus, convellentur facilè pleraque vetustatis haud dubia monumenta ? Nauseant pauci ad quædam Ignatiana. Sed cæteris fortior est stomachus. Sanè veniam merebatur sanctissimus Martyr, quòd inter milites leopardos scribens, unamque spirans martyrii coronam, nequiverit Epistolas suas perpolire ac variare.

Atque hæc impræsentiarum sufficere poterunt, breviter dicta pro ratione Notarum, donec prodeant eruditorum hominum pro Ignatio exspectatæ Dissertationes. Paucos existimo fore, qui trium, licet magni meritò nominis Criticorum, Salmasii, Blondelli, Dallæi, censuram præferant judicio Eusebii, Athanasii, Hieronymi, Theodoriti, totiusque Antiquitatis, necnon hujusce temporis Catholicorum omnium, ac Heterodoxorum plurimorum. Dicam autem de numero Epistolarum, in illam ad Polycarpum : de Epistolis verò interpolatis & de subditiciis, suo etiam loco differetur.

RECENTIORUM JUDICIA de S. IGNATII Epiſtolis, *tum Prolixioribus, tum Brevioribus*; *ex V. Cl.* JOANNIS PEARSONII, *Ceſtrienſis Epiſcopi*, Vindiciis Ignatianis, *excerpta*.

Prima Ignatii Editio Latina tantùm.

SUB Ignatii nomine primò Tres Epiſtolæ in lucem editæ ſunt Pariſiis Latinè tantùm, An. Dom. 1495. ad B. Mariam Una, ad S. Joannem Apoſtolum Duæ. Anno 1498. Undecim Epiſtolæ aliæ, Latinæ pariter, ex Veteri Verſione, nondum comparente exemplari Græco, * à Fabro Stapulenſi typis ſunt impreſſæ. Tum verò Symphorianus Champerius Lugdunenſis, has à Fabro editas, cum Tribus aliis ab illo rejectis, & Quartâ ad Mariam Caſſobolitam nunquam ante publicatâ, edi curavit; atque ita tandem Quindecim Ignatii Epiſtolæ extiterunt. †

Epiſtolæ ejus pro Genuinis habitæ.

Et hæc quidem facies S. Ignatii ſub initio decimi ſexti ſæculi fuit; cùm ipſe Faber Stapulenſis, ejus auctoritate tanquam indubitatâ, in Libello *De triduo Chriſti* utitur. Joannes etiam Epiſcopus Roffenſis, Libello cui titulus, *Petrus fuit Romæ*, inter primos has Epiſtolas citavit. Quinetiam Joannes Driedo, celebris eâ ætate Theologus, Libro *De Dogmatibus Eccleſiaſticis & Apocryphis*, quamplurima Romanæ Eccleſiæ dogmata, longâ ſententiarum ſerie ex Epiſtolis Ignatii petitâ, confirmare nititur. Et Martinus Pereſius Aiola, ſcriptor inter Pontificios non ignobilis, inde teſtimonia ſæpiſſime adhibuit: & ad confirmandas Traditiones non ſcriptas omnes has Epiſtolas defloravit. Neque quemquam novi, qui eâ ætate de Duodecim præſertim Epiſtolis dubitavit.

Primùm Græcè editæ.

Poſt autem ſexaginta annos, Andreas Geſnerus, ſi ipſi credendum ſit, Epiſtolas Duodecim Græcè, interprete

* Et Polycarpi ad Philippenſes ſingularis, unà cum Dionyſio Areopagitæ adſcriptis Operibus. Quæ [Epiſtolæ] cum iiſdem Argentinæ 1502. & Pariſiis, à Judoco Clichtoveo recognitæ, 1515. ſeorſim verò, Argentorati 1527. & alibi ſunt recuſæ. USSER.

† Hæ, cum Latinis Pſeudo-Dionyſii antiquioribus Verſionibus, Coloniæ 1536. cum Pſeudo-Clementis Operibus, in Micropreſbytico Baſileæ 1550. cum nova Pſeudo-Dionyſii Verſione per Joachimum Perionium, Coloniæ 1557. & cum Pſeudo-Clementis Operibus, ibidem 1570. ſunt impreſſæ. *Idem.*

Joanne Brunnero, primus omnium edidit, * A. D. 1559. Ita enim in Præfatione loquitur. *Ignatium verò cum ille* (Henricus Petri ſcilicet) *Latinè tantùm ediderit, ego Græcum exemplar MS. nactus ex Bibliotheca Cl. V. piæ memoriæ D. Gaſpari à Nydpryck, exiſtimavi neque Henrico Petri moleſtum, ſtudioſis autem pleriſque gratum fore, ſi ea quæ hactenus Latinè tantùm circumferebantur, Græcè ſimul & Latinè à me fuiſſent edita.* Sed quicquid dixerit Geſnerus, ante eum S. Ignatium Græcè ex Auguſtanæ Bibliothecæ exemplari Valentinus Pacæus publicaverat, † A. D. 1557. quem primùm in lucem eas edidiſſe teſtatur Morellius, qui eaſdem Pariſiis recudendas curavit A. D. 1558. ‡ Eamque à Pacæo procuratam principem eſſe Græcarum Epiſtolarum Editionem, fidem faciunt illa Centuriatorum Magdeburgenſium: *Eſt & hoc annotandum, quòd hoc anno* 1558. *Epiſtolæ Ignatii Græcè ſint impreſſæ & publicatæ, quæ hactenus per aliquot ſæcula latuerunt.* Quare Duodecim Epiſtolæ antè à Stapulenſi aut Champerio Latinè, nunc à Pacæo ex Auguſtano primùm, dein à Geſnero è Nydprucciano codice editæ ſunt.

Doctorum Virorum varia de ipſis Judicia. Centuriatorum Magdeburgicorum.

Cùm jam Græca exemplaria extarent, primi omnium Centuriatores Magdeburgici ſuſpiciones ſuas, ſed cautè ſatis moderatéque propoſuerunt. Quinetiam ſtatim gravis illa Joannis Calvini cenſura prodiit, Lib. i. Cap.

* Tigurina [Editio] anno 1560. ex MS. Codice Gaſparis à Nydprugck, unà cum Johannis Brunnerii verſione, vel potiùs paraphraſi, &c. *Idem.*

† Dilingana 1557. Hanc reliqui ſecuti ſunt Editores: non ex Græco aliquo Codice alio, ſed partim ex ingenio, partim ex vetere vulgato Latino Interprete, non paucis in locis eandem corrigentes *Idem.*

‡ Et 1562: additis tum Notulis, de iis quæ ipſi mutanda viſa ſunt, tum Verſione Latinâ, quæ & Pariſiis anno 1561. impreſſa prodiit Iterum verò à Christophoro Plantino, Antuerpiæ anno 1566. & 1572. ſeorſim, & à Joh. Jacobo Grynæo, Baſileæ 1569. in Orthodoxorum volumine, *Auguſtanus* ille Ignatius, eo quo diximus modo correctus, recuſus eſt: novâ Interpretatione Hieronymi Vairlenii Sylvii adjectâ. Quæ (licèt in multis locis admodum infida atque mutila) unà cum brevibus ejuſdem Vairlenii Scholiis, ex Plantiniana Editione in varias Bibliothecæ Patrum Editiones (Pariſiis & Coloniæ excuſas) poſtea traducta eſt. *Idem.*

Joannis Calvini. 3. *Institutionum*, jam tum in commodiorem formam redactarum: *Nihil næniis illis, quæ sub Ignatii nomine editæ sunt, putidius. Quo minùs tolerabilis est eorum impudentia, qui talibus larvis ad fallendum se instruunt.* Ita ille pro more suo acriter satis & animosè. *Nec tamen offendit Calvinum Ignatius, sed ii qui Ignatium corruperunt*, inquit Rivetus: auctoritatem enim Ignatii rejicit ab Antitrinitariis objectam, ex Epistola sine dubio ad Tarsenses, quæ pro genuina non agnoscitur; & Quadragesimam aliasque Traditiones objicit, quæ in assumentis tantùm inveniuntur.

Mariani Victorii. Tum Marianus Victorius in S. Hieronymum: Ignatius, *Vir Apostolicus, scripsit litteras ad sacratissimam Virginem, Dei genitricem Mariam, & alias quæ extant.* Ac statim etiam ex Lutheri Schola celebris Theologus, Martinus Chemnitius, in *Examine Concilii Tridentini*, harum Epistolarum testimoniis sæpe utitur, eisque multum tribuit. Sed alibi non sine censura laudat, inquiens, *transformatæ videntur in multis locis ad stabiliendum statum regni Pontificii*, &c. Primus enim observavit, locum ex Epistola ad Smyrnæos citatum à Theodoreto, nec in Græcis Codicibus nec in Latinis reperiri, quamvis à Gulielmo Widefordo pariter citatus sit; & loca plurima ex Apostolicis Constitutionibus Epistolis Ignatii esse assuta. Post quem Petrus Canisius, vir eruditus, ad confirmationem Catechismi, testimonio Ignatii ex Veteri Interprete creberrimè utitur.

Martini Chemnitii.

Petri Canisii.

Centuriatores & Calvinum, quòd Ignatium tam parvi penderent, perstringit unâ sententiâ Campianus, *Ratione Quintâ.* Defendit statim Calvinum Whitakerus, & Epistolas *obscuræ dubiæque fidei* esse notat, *quòd plures Ignatio nunc adscribantur, de quibus Eusebius & Hieronymus non meminerunt, & quòd ejus quoddam dictum recitet Hieronymus, aliudque Theodoretus, quod in istis quæ circumferuntur Epistolis nusquam reperitur.* Ac Bellarmino respondens, ex Duodecim Ignatii Epistolis Græcè extantibus Septem tantùm memoratas Eusebio & Hieronymo animadvertit; *de quibus*, inquit, *quid statuamus, non satis constat: constat autem Quinque esse sine dubio spurias & adulterinas.* Eidem Campiano respondens Laurentius Humfredus, notat *Magdeburgenses moderatissimâ oratione prudentissimè monuisse, Haberi quædam in hisce*

Campiani.

Whitakeri.

Laurentii Humfredi.

Epiſtolis, quæ ad deformes nævos declinare videntur; & *quædam obrepſiſſe illis adulterina non ferenda* aſſerit: aliquid eis refectum, aliquid aſſutum eſſe autumans.

Interim reverendus admodum Whitgiftus in Eccleſiæ Whitgifti. noſtræ controverſiis Ignatio multum tribuebat; & Schiſmaticorum coryphæus Thomas Cartwrightus ejuſdem Thomæ Cartwrighti. auctoritatem defugiebat; & Calvinum ſequi profeſſus, aliaque argumenta ex proprio penu ſuppeditans, negabat auctorem Epiſtolarum fuiſſe illum Apoſtolorum diſcipulum: quod & ejus ſequaces fecere, quoties aliquid ipſis objectum eſt, cui reſpondere aliter non potuerunt; quoties autem ad Preſbyterium confirmandum aliquid facere videbatur, ejus auctoritate libenter frequenterque utebantur.

Tum verò eminentiſſimi duo Cardinales, Baronius at- Baronii. que Bellarminus, ita judicabant. Baronius cautè primùm diſtinguit inter Epiſtolas Latinè tantùm extantes, & eas quæ Græcè etiam prodierant: priores nullius auctoritatis eſſe innuit; poſteriores omnes avidè amplectitur, incorruptas & integras eſſe pronunciat, eaſque miris effert laudibus. Non enim Septem tantùm Euſebio cognitas, ſed & Quinque reliquas *Ignatii eſſe germanas, eaſdemque ſinceriſſimas, nemo jure*, inquit, *poterit dubitare.* Bellarminus notat Latinas Tres *gravitatem eloquii* Bellarmini. *S. Ignatii omnino non redolere*: Quinque Euſebio incognitas *ob ſtyli ſimilitudinem & ſpiritum verè Apoſtolicum, à viris doctis omnino recipi*; *non eſſe magnam fidem habendam Codicibus Græcis, qui nunc extant, quando diſcrepant à Latinis*; *ſæpe enim emendatiores inveniri Codices Latinos quàm Græcos: quod verum*, inquit, *eſſe intelliget, qui conferet teſtimonia quæ ex Ignatio citant S. Athanaſius & Theodoretus, cum verbis ejuſdem Ignatii, quæ nunc habemus in Codicibus Latinis & Græcis.*

De Epiſtola ad Tarſenſes primò dubitat Fauſtus Soci- Fauſti Socini. nus, *Reſponſione ad Wiekum*; & ſententiam ſuam liberiùs de omnibus profert *Animadverſione ad Aſſertionem ſeptimam Poſnanenſium. Ignatii ſcripta partim adulterina, partim admodum corrupta & additamentis quibuſdam coinquinata*; *adeò ut eorum quoque in ipſis fiat mentio, quæ non niſi poſt aliquot ſæcula extiterunt.* Et licet Latinum Ignatii exemplar tantummodo tunc temporis vidiſſet, & *miſſarum* voce offenſus ita ſcriberet; nactus tamen

 poſtea

poſtea Græcum Codicem, ubi eum locum aliter ſe habere invenit, ſententiam non mutavit. In hunc enim modum concludit: *Fuit, nimirum, liber iſte* Epiſtolarum Ignatii, *quandocunque id factum fuerit, ab iis partim depravatus, partim etiam conſarcinatus, qui Tyrannidem Epiſcoporum, non in Eccleſiam tantùm, ſed in rempublicam quoque, contra omne jus faſque, invectam vehementer probabant, ac ſtabilire volebant.*

Rodolphi Hoſpiniani.

Paulò pòſt Rodolphus Hoſpinianus Tigurinus *Hiſtoriæ Sacramentariæ Lib.* ii. *Cap.* 1. Ignatium noſtrum tanquam teſtem locupletiſſimum laudat.

Perkinſii.

Perkinſius autem noſtras Whitakerum interim in hunc modum ſequitur. *Euſebius cum Hieronymo Septem Ignatii pro veris numeravit Epiſtolas: at nunc ſub illius nomine habentur Duodecim, quarum Quinque ſpuriæ ſunt. Etiam Epiſtola ad Epheſios aut ſpuria eſt, aut ſaltem corrupta; quia locus à Theodoreto & Gelaſio ex illa citatus in noſtris exemplaribus non invenitur.*

Thomæ Bilſoni.

Thomas Bilſonus noſtras, Vir magni in Eccleſia nominis, *De perpetua gubernatione Eccleſiæ* ſcripſit fusè atque eruditè: S. Ignatium autem in eo opere ut indubitatum Auctorem frequenter laudat, & dum in vivis eſſet, eas ipſas Epiſtolas, quas citat, ſcripſiſſe ſanctiſſimum illum Martyrem affirmat.

Abrahami Sculteti.

Abrahamus Scultetus, in *Medulla Patrum*, ita pronuntiat: *Rationibus in omnem partem probè diligenterque excuſſis, in tertiam nonnulli ſeceſſerunt ſententiam, ſtatueruntque eſſe quidem Epiſtolas haſce Ignatii, ſed adulteratas, ſed interpolatas: quorum in judicio & nos acquieſcimus.*

Poſſevini.

Poſſevinus autem adhærens Baronio, *Licet S. Hieronymus*, inquit, *tantùm meminerit Septem Epiſtolarum, Duodecim tamen haud dubiæ fidei habemus. Quæ verò Tres aliæ feruntur, etſi non tam certæ fidei ſunt, citantur tamen à S. Bernardo; nec defuere poſt illum Viri docti, qui ipſarum meminerunt.*

Jacobi Gretſeri.

Et Jacobus Gretſerus eadem preſsè ſequitur veſtigia de Duodecim Epiſtolis genuinis; quarum *Vindicias* ab eodem ſcriptas alicubi latere teſtatur ſe audiviſſe Philippus Labbæus.

Tum

Tum verò Martialis Meſtræus, Doctor Pariſienſis, qui Ignatium ipſum * edidit, & Notis illuſtravit, Tres Latinas in *Commentationum Apocrypharum* numero collocat; reliquas Duodecim *germanas & verè aureas Ignatii Epiſtolas* prædicat, ſed *ab Hæreticis & à Græculis poſterioribus alicubi interpolatas & depravatas fatetur.* Martialis Meſtræi.

Georgius Dounamus noſtras, Vir doctiſſimus, ſæpe Schiſmaticos & ſui & prioris ſæculi accuſat, quòd nunc Ignatii teſtimonia in ſua cauſa urgent, nunc Epiſtolas ejus tanquam ſpurias rejiciunt: & Septem illas ab Euſebio memoratas doctas & pias appellat; quas vel ideo rejici non poſſe ait, quòd ab Euſebio memorentur. Georgii Dounami.

Inter Socinianos Hieronymus Moſcorovius de vera harum Epiſtolarum antiquitate dubitâſſe haud videtur, cùm in Refutatione *Appendicis Martini Smiglecii* hæc habeat: *Ignatius, Patrum apud Latinos, quorum quidem ſcripta extant, vetuſtiſſimus, apertiſſimè fatetur in Epiſtola ad Tarſenſes,* quòd Chriſtus non ſit ille qui eſt ſuper omnia Deus, ſed filius ipſius. Hieronymi Moſcorovii.

Iſaaci certè Caſauboni, veterum ſcriptorum peritiſſimi judicis, ſententia in hac etiam cauſa maximè notanda. Quare Parkerus hunc inter eos numerat, quos omnes Ignatii Epiſtolas fictitias docuiſſe vult: ſed hoc & ſubleſtâ fide tradit, & leviſſimo argumento ſuadere conatur, quòd Caſaubonus de priſca Eccleſiæ diſciplina locutus, Cyprianum teſtem adhibuit, Ignatium non nominavit: cùm in *Exercitationibus Baronianis* S. Ignatium ſæpe laudet, & *nonnullarum* ejus Epiſtolarum *antiquitatem novis rationibus ſe tuiturum* polliceatur; quas præmaturâ Viri maximi morte ereptas nobis fuiſſe dolemus. Iſaaci Caſauboni.

Sed unus quidem Vir, cætera doctiſſimus, ut teſtatur Vedelius, *extra omne dubium ponit ſuppoſitionem harum Epiſtolarum: imò dicere non veretur, Ignatium nullas unquam Epiſtolas ſcripſiſſe.* De hoc *Viro doctiſſimo* altercantur Doctores duo, Owenus & Hammondus; quem Roberti Parkeri.

* Latinam Vairlenii interpretationem emendavit & ſupplevit; atque inſuper tùm ſuis, tùm Morelii, Vairlenii & Billii in Ignatium Obſervationibus ſimul collatis, amplioribus Notis illuſtravit. Atque hujus Græco-Latinus Ignatius, & ſeparatim anno 1608. & in Bibliothecæ Patrum Tomo i. Græco-Latino, an. 1624. Pariſiis habetur editus. USSER.

quaſi

quaſi nec nomine nec ſcripto notum producunt, & quem *Anonymum ineditum* Hammondus *vocat.* Eſt autem ille extra omne dubium Robertus Parkerus, Schiſmaticus Anglus. Omnia enim quæ Vedelius à Viro illo *cætera doctiſſimo* dicta profert, in Parkeri Libro ſecundo *De Politeia Eccleſiaſtica* Capite decimo tertio reperiuntur. Non eſt igitur alius Vedelii *Vir doctiſſimus* quàm Robertus Parkerus noſtras, Schimaticorum coryphæus; quem Vedelius cùm refutare vellet, & Genevenſis diſciplinæ ſummum patronum fuiſſe noſceret, honoris causâ nominare noluit. Hic autem Parkerus tredecim rationibus Epiſtolas Ignatii fictitias eſſe probare conatur: cujus conjecturis Dallæi Diſſertatio maximè locupletata eſt.

Roberti Coci. Poſt hunc Robertus Cocus etiam noſtras edidit *Cenſuram quorundam Scriptorum veterum* : in qua quotcunque aut quæcunque firma ſententiæ ſuæ probandæ argumenta attulit, id tantùm revera probare putavit, *Epiſtolas Ignatii aut eſſe ſuppoſititias, aut corruptas.*

Nicolai Vedelii. Cùm hæc ita ſe haberent, Nicolaus Vedelius, Profeſſor Genevenſis, rem totam ad examen revocavit: Apologiam pro Ignatio ſcripſit, novam Editionem adornavit, Exercitationibus & Appendice Epiſtolas illuſtravit. * Tres igitur ille Latinas omnino rejecit, quòd *nimis aperta ipſarum ſuppoſitio ei videretur.* Reliquas Duodecim in duos Libros diſtinxit, quorum prior continet Epiſtolas Genuinas, poſterior Suppoſititias. Genuinas tantùm agnoſcit Septem illas ab Euſebio memoratas; reliquas Quinque *aut perperam inſcriptas, aut planè ſuppoſititias* eſſe ſtatuit. Præterea in ipſas Septem genuinas non pauca irrepſiſſe ſtellionum audaciſſimorum veſtigia teſtatur; quæ Notulis quibuſdam in margine poſitis jugulavit.

Andreæ Riveti. Quare Andreas Rivetus, licet in tertia Editione *Critici Sacri* cenſurâ Roberti Coci ſit adjutus, moderatiſſimam

* Omnium locupletiſſima Græco-Latina Genevenſis anni 1623. eſt Editio, à Nicolao Vedelio adornata: qui Latinum Mæſtræi textum in margine paſſim correxit, Exercitationes pro antiquitate Catholica adverſùs Baronium & Bellarminum ſingulis Epiſtolis attexuit, Apologiam pro Ignatii ſcriptis præmiſit, & Criticas Notas vice Appendicis toti Operi ſubjecit. Ussɛʀ.

tamen

tamen ſententiam amplecti ſe profitetur, ſcilicet, *eſſe pleraſque Epiſtolas Ignatii, ad minimum Septem*; *ſed hoc tempore non haberi niſi adulteratas, & multis in locis interpolatas*. Et Daniel Chamierus, in Reſponſionibus ad Teſtimonia à Bellarmino adducta, auctoritatem Ignatii nunquam declinat. Semel tantùm ait, *Epiſtola ad Antiochenſes viris doctis non videtur legitima, quia ab Hieronymo non annotata in cenſu Operum Ignatii, ipſiſque adeò Veteribus ſit incognita*. **Danielis Chamieri.**

Daniel Heinſius ad Novum Teſtamentum, Epiſtolas quaſdam earum quæ editæ ſunt, Ignatii reverà fuiſſe indicat, alias non item. Gerardus Joannes Voſſius, De natali anno Chriſti, Sect. 41. *Alii reſpondent Ignatii Epiſtolas eſſe ſuppoſititias, nec ulli ante Nicænum Concilium memoratas. Itane verò? Quaſi non meminerit earum Irenæus* Lib. v. Cap. 28. *& eo antiquior ipſique par Ignatio Polycarpus, apud Euſebium* Lib. iii. Cap. 36. *ut de Origene taceam, qui quiddam inde adducit Homil.* 6. *in Lucam*. **Danielis Heinſii.** **Gerardi Voſſii.**

Petrus autem Halloix Jeſuita non tantùm omnes Græcas genuinas & germanas eſſe operosè contendit; ſed & de tribus Latinis ita judicium ſuum profert: *Nec ita certæ ſunt, ut indubitatam fidem apud omnes mereantur, nec ita incertæ, ut omnem perdant*. Aliter tamen Dionyſius Petavius, licet ejuſdem ordinis. *Conſtat*, inquit, *omnes Ignatii Epiſtolas interpolatas fuiſſe. Nam pleraque ex illis loca ab Antiquis laudata, vel in eis minimè reperiuntur, vel longè aliter concepta*. **Petri Halloix.** **Dionyſii Petavii.**

Et denique Walo Meſſalinus, *Apud me conſtat omnes illas Ignatii Epiſtolas ſuppoſititias eſſe, vel certè multis locis interpolatas*; & aliqua recitat, quæ *ſatis evincunt*, inquit, *non poſſe illud Opus Auctori quem ementitur adſcribi*. Ac rurſus, *Epiſtolæ illæ natæ & ſuppoſitæ videntur, circa initium, aut medium ſecundi Sæculi; quo tempore primus ſingularis Epiſcopatus ſupra Preſbyteratum introductus eſt*. **Wal. Meſſalini.**

Huc uſque Virorum doctorum judicia, ſive conjecturæ potiùs progreſſæ ſunt, dum Editio una Græca, licet ex duobus MSS. exemplaribus, & una etiam Interpretatio Latina Vetus, illi ſatis aptè reſpondens, aut ab aliis ad *Quid de variis hominum Judiciis ſentiendum ſit.*

ad Græcos illos Codices reformata, extaret: de quibus conjecturis, nonnulla notatu non indigna visum est observare.

Primò, Sententia decretoria Parkeri & Salmasii, qui statuunt omnes Epistolas sub nomine Ignatii editas, esse planè suppositias, minimè ferenda est: tum quòd eorum argumenta nihil aliud evincunt quàm quod à cæteris statuitur, nempe omnes aut suppositias esse, aut interpolatas (cùm enim adhuc nescirent qualis reverà interpolatio fuerit, quicquid illis displicuit, potuit ad interpolationes pertinere); tum quòd Parkerus statuat, neminem ante Concilium Nicænum earum meminisse, quod apertissimè falsum est.

Secundò, Ingens discrimen inter tres Latinas & Duodecim Græcas Epistolas rectè observatum est; & Latinæ primùm emissæ ab universis ferè meritò sunt rejectæ: tum quòd Græcis omnibus fuerint incognitæ, neque Græcismum omnino redoleant, ut non ab Interprete, sed Auctore Latino videantur profectæ; tum quòd in vetustissimis Vulgatæ Versionis MSS. Codicibus non inveniantur, & seorsim aliquando scriptæ sint, & inter Latinos à Bernardo aut Pseudo-Dextro primùm memoratæ; tum denique quòd vix rationi temporum videantur consentire, aut cum institutis Ignatii quicquam commune habere: *pro quibus frustra nonnulli pugnare aggressi sunt ante aliquot annos*, ut rectè judicavit Philippus Labbæus.

Tertiò, Ne ipsæ quidem Græcæ Duodecim parem auctoritatem sibi vendicant; & rectè posita videtur distinctio inter Septem Epistolas, quæ sunt ab Eusebio memoratæ, reliquisque antiquissimis Patribus frequenter laudatæ, & Quinque alias, quæ non nisi post aliquot sæcula ab ullo Græco Scriptore agnitæ sunt, atque ideo jure vel in dubium vocantur, vel etiam planè rejiciuntur: idque non tantùm, quia verisimile non est, eas Eusebium, si ejus ævo extitissent, latere potuisse, aut ab eodem, si ipsi cognitæ essent, præteriri; sed etiam, quia vel ob modum loquendi, ab Eusebianis multùm discrepantes apparent, vel ob materiam, doctrinæ, institutis & moribus posterioris Ecclesiæ magis consonæ, & Ignatianis Eusebio memoratis solâ imitatione, eâque nimis affectatâ, similes.

Quartò,

Quartò, Rectè animadversum est à quamplurimis, etiam illas Septem antiquissimas & maximè genuinas Epistolas in Editione Græca tunc temporis vulgata, interpolatas & corruptas fuisse: idque cùm loca à veteribus Patribus adducta, quæ in ea Editione aut non comparent, aut non rectè repræsentantur, tum alia etiam non pauca, quæ neque antiquitati neque sententiæ S. Ignatii congruunt, neque tenori Epistolarum satis convenienter inseruntur, planum faciunt.

Quintò, Industria Vedelii, quam ad loca in Epistolis Eusebio memoratis corrupta & interpolata indicanda, & à genuinis secernenda adhibuit, si conatum spectemus, laudanda, si eventum sive successum, parvi quidem æstimanda videatur. Tantâ enim diligentiâ hoc tandem effectum est, ut ex una parte inserta & interpolata pleraque prætermittantur, ac pro genuinis retineantur; ex altera verò, germana atque genuina sæpiuscule pro ascititiis notentur & rejiciantur. Quamvis igitur quamplurimi optimas Ignatii Epistolas corruptas esse judicarent, hactenus tamen ad genuinas à corruptelis certo aliquo criterio vindicandas parum aut nihil est effectum. Ut verum illud sit quod à Dallæo observatur, *Nisi sincerius exemplar Usserius & Vossius nacti essent, nulla planè spes superesset Interpolatoris aliena à veris Scriptoris internoscendi & secernendi.*

Alia Vetus Latina Versio ab Armachano publicata, quâ Interpolationes detectæ sunt.

Quare Jacobus Usserius, Archiepiscopus Armachanus, Hiberniæ Primas, Vir miræ in his rebus perspicaciæ fideique, cùm videret talibus conjecturis nihil effici, animadverteretque * Tres in Anglia nostra Theologos olim locum

* In vulgatis nostris codicibus, Latinis pariter & Græcis, luculentum illud testimonium desiderari vident omnes, ex Ignatii Epistola ad Smyrnæos, à Theodoreto, in 3°. Dialogo qui Ἀπαθὴς inscribitur, depromptum. Εὐχαριστίας καὶ προσφορὰς οὐκ ἀποδέχονται, διὰ τὸ μὴ ὁμολογεῖν τὴν εὐχαριστίαν σάρκα εἶναι τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τὴν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν παθοῦσαν, ἣν χρηστότητι ὁ Πατὴρ ἤγειρεν. Cujus sententiæ priorem partem, à Guilielmo Wodefordo, sub annum Domini 1396. ita citatam invenio. [a] *Considerate qualiter Anthropomorphi à communione & oratione Sanctorum recedant; propter quod non habent confiteri Eucharistiam carnem esse Salvatoris.* Posteriorem, à Roberto Lin-

[a] Contra Trialogum Wiccliffii, artic. 1. (in rerum expetendarum & fugiendarum Fasciculo Ortuini Gratii.)

locum quendam ex Epiſtola Ignatii à Theodoreto citatum, nec in Editione Græca aut Vulgata Verſione tunc repertum, eodem planè modo, quo à Theodoreto productus fuerat, laudâſſe; circumſpicere cœpit, num fortè in Anglia exemplar aliquod Latinum adhuc deliteſcens reperiri poſſet, ex quo ſua Tres illi Theologi hauſerunt, & loca reliqua à Theodoreto aliiſque antiquis Patribus citata, integra comparerent. Cùm, ecce, Libros duos MSS. nactus eſt, è publica Collegii Gunvilli & Caii apud Cantabrigienſes noſtros * unum, è privata D. Richardi Montacutii

b Commentar. in Dionyſii Eccleſiaſt. Hierarch. Cap. 3. (MS. in Bibliotheca Regia, & Coll. Corporis Chriſti Oxon.)

c In Confeſſione contra Wiccliffi-um. (MS. in Bibliotheca noſtra.)

Lincolnienſi Epiſcopo, circa annum 1250. ita: [b] *Eſt enim Euchariſtia, ſecundùm beatum Ignatium, caro Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti pro peccatis noſtris paſſa, quam benignitate Pater reſuſcitavit.* Utramque verò, à Johanne Tiſſingtono Franciſcano, hunc in modum recitatam. [c] *Conſiderate qualiter [Anthropomorphi] à communione & oratione Sanctorum recedunt; propter non confiteri Euchariſtiam carnem eſſe Salvatoris, quam Pater ſuâ benignitate reſuſcitavit. Contradicentes huic dono, perſcrutantes moriuntur. Decens eſt à talibus recedere, & nec communiter nec ſeorsùm cum eis loqui.* USSER.

* In 4°. num 37. cujus Libri titulus ſic ſe habet:

Liber Epiſtolarum S. Ambroſii, Epiſcopi & Doctoris ſummi, numero 81. *& Epiſtolarum S. Dionyſii Martyris, numero undecim; & Epiſtolarum S. Ignatii Epiſcopi & Martyris, numero* 17. *& donatus communi Librariæ Sociorum Collegii Annunciationis B. Mariæ in Cantabrigia per Magiſtrum Walterum Crome, Sacræ Theologiæ Profeſſorem, quondam Socium ejuſdem Collegii, anno Domini* 1444. *in feſto S. Hugonis.*

Epiſtolæ S. Ignatii ibi hoc ordine occurrunt.

1. *Smyrnæis.*
2. *Smyrnæis à Troade Polycarpo.*
3. *Epheſiis.*
4. *Magneſiis.*
5. *Philadelphicis.*
6. *Tralleſiis Aſiæ.*
7. *Epiſtola Mariæ Proſelytæ Chaſſaobolorum ad Ignatium, Epiſcopum Antiochiæ.*
8. *Reſponſio Ignatii Mariæ Proſelytæ ſuper eadem Epiſtola.*
9. *Tharſenſibus.*
10. *Antiochenis.*
11. *Eroni, Diacono Eccleſiæ Antiochenorum.*
12. *Martyrium S. Ignatii, Epiſcopi Antiochiæ Syriæ.* Epiſt. xii. Sic enim ibi appellatur.
13. *Romanis.*

Scripſit beatus Ignatius Smyrnæis à Troade, Polycarpo à Troade, Epheſiis à Smyrna, Magneſiis à Smyrna, Philadelphicis à Troade, Tralleſiis à Smyrna, Mariæ Proſelytæ ab Antiochia, Tarſenſibus à Philip-

tacutii Norvicensis nuper Episcopi Bibliotheca † alterum, qui Ignatii Epistolarum Interpretationem à Vulgata Latina diversissimam continebant. Et statim collatione factâ, testimonia Patrum omnium qui intra quinque, ut ait, post Christum sæcula floruerunt, à Græcis Latinisque Codicibus diffidentia, cum hac Versione optimè convenire, & multa à Græculis posterioribus inserta & intertexta ab eadem pariter abesse conspexit. Jam verò non ex levibus conjecturis, aut ex sententia sua, ut Vedelius, sed ex Veteris Versionis fide Græcas Ignatii Epistolas recognovit, assumenta stellionum à genuinis facilè & apertè secrevit; Polycarpianam illarum Syllogen ita excudendam curavit, ut minio in textu Græco laciniæ illæ signarentur, quas à recentiori Interpolatore assutas fuisse, Veteris Latini Interpretis, tunc primùm ab ipso editi, indicio deprehenderat. Felix hoc quidem inceptum, quo Reverendus Senex, cùm ingenii, judicii & doctrinæ specimen singulare exhibuit, tum Ecclesiæ utilissimam, & hisce temporibus maximè salutarem operam præstitit. *4°. Oxon. 1644.*

Id verò ad cumulum accessit, quòd Vir præstantissimus & omni doctrinæ genere admodum excultus, Isaacus Vossius * Græcum Exemplar (quod, opinor, infinitæ lectionis Turrianus centum ferè annis antè viderat, & *vetustissimum emendatissimumque* esse testatus est) è Medicea Biblio- *Græcæ Epistolæ è Mediceo Codice per Isaacum Vossium editæ.*

lippensibus, Antiochenis à Philippensibus, Eroni Diacono à Philippensibus, Romanis à ‡ S... Martyrium Ignatii cum Epistola ad Romanos, scripta ab ipso ad populum Romanorum.

14. *Joanni Evangelistæ.*
15. *Joanni Evangelistæ.*
16. *S. Mariæ.*
17. *Ignatio Sancta Maria.*

De hoc Codice rectissimè hæc annotavit D. Pearsonus: *Ordo hic Latinarum idem est cum ordine Græcarum in Codice Mediceo: licet Usserius eas ediderit eodem ordine, quo Græcæ Interpolatæ editæ sunt. Unde non minima Epistolæ ad Polycarpum injuria facta.* Smith, in Præfat. suæ Edit. Ignatii, 4°. Oxon. 1709.

‡ Smyrna.

† Ubi hic codex jam reperiendus sit, ne investigando quidem expiscari possum. *Ibid.*

* Exstat hic insignis Græcus Codex in Bibliotheca Ecclesiæ S. Laurentii Florentiæ, pluteo LVII. ad finem Codicis, cui titulus, *Incerti Auctoris Epistolæ*, in folio haud magno, minutiori charactere, descripti; in quo Libri sequentes, quorum tituli in initio prænotati sunt, continentur, *viz.*

Epistolæ aliquot S. Maximi aut S. Nili.

 S. Ma-

Bibliotheca exſcriptum produceret, viris doctiſſimis amiciſſimè communicaret, & quoniam Latinæ Verſioni ab Uſſerio publicatæ apprimè conſonum animadvertit, cum ea ſimul imprimendum ac Notis illuſtrandum curaret. *4°. Amſt. 1646.* * Quæ cùm tam amicè conſpirarent, non dubitavit aſſerere doctorum virorum Par, eaſdem Epiſtolas tandem nos habere, quas habuit Euſebius, quas edidit Polycarpus, quas ſcripſit Ignatius.

Virorum doctorum de Brevioribus Epiſtolis Judicia.

Quàm viris eruditis grata fuerit hæc Voſſii Editio, vel inde patet, quòd Claudius Sarravius, Senator Pariſienſis, ab ipſo in Notis obiter laudatus, ei hæc reſcripſerit: *Ago itaque gratias, ago gratias tibi ſummas, Mi Voſſi; æternum enim me tibi devinxiſti tanto & tam præclaro erga immerentem teſtimonio. Video enim ibi famam meam æternitati conſecratam, eo monumento, quod ſaxa & marmora duratione vincat.*

S. Maximi epiſtola exhortatoria ad Georgium Expræfectum Africæ.

Ejuſdem expoſitio Pſalmi LIX.

S. Athanaſii epiſtola ad Ruſinianum.

S. Baſilii M. epiſtola.

S. Gregorii Nazianzeni epiſtola.

S. Ignatii Martyris epiſtolæ ix. hoc ordine:

Α. Τοῦ ἁγίου Ἰγνατίου ἐπιστολὴ Σμυρναίοις.

Β Σμυρναίοις ἀπὸ Τρωάδος πρὸς Πολύκαρπον Ἰγνάτιος.

Γ. Πρὸς Ἐφεσίους Ἰγνατιος.

Δ. Μαγνησιεῦσιν Ἰγνατιος.

Ε. Φιλαδελφεῦσιν Ἰγνατιος.

ς. Τραλλιανοῖς Ἰγνάτιος. Ibid.

Tres adduntur ſuppoſititiæ.

Ζ. Ἰγνατίῳ Μαρία ἐκ Κασσοβήλων.

Η. Πρὸς Μαρίαν εἰς Νεάπολιν τῆς πρὸς τῷ Ζαρβῷ Ἰγνατιος.

Θ. Πρὸς τους ἐν Ταρσῷ Ἰγνάτιος. quæ ad finem mutilata eſt.

* Omnia illa, quæ vel natura effinxerit, vel arte ſint fabricata, illam habent conditionem; ut quæ in genere ſuo ſint perfectiora, quanto diutius, & adtentiùs, contemplemur, tanto pulcra magis, & artificioſa, intuentium oculis ſeſe offerant. Simile quid mihi evenit in Ignatio; cujus nunquam Epiſtolas relegi, quin ſemper aliquid novi, quo magis ſeſe mihi probarent, in iis deprehenderim: quoties, inquam, illas in manus reſumſi, toties aliquid adparuit, unde genuinum potuerim agnoſcere ſcriptorem: nunc elegans illa ſimplicitas, & ſeculo, quo vixit, convenientiſſima; nunc rerum & verborum paſſim & ubique congruentia, ac veritas; nunc zelus & martyris fervor, qui cum alibi, tum maximè in Epiſtola ad Romanos elucet: omnia denique autorem ſuum teſtabantur. VOSSIUS in *Præfat.*

Quare

Quare ſtatim ex Proteſtantibus Andreas Rivetus, cùm ei Uſſerius novam Ignatii ex Veteri Libro editionem communicâſſet, in ultima *Critici* ſui *ſacri* recognitione illius judicium ſecutus eſt: & ex Jeſuitis Petavius, Græcis Voſſii & Latinis Uſſerii conſpectis, *Hæc*, inquit, *prudens & juſta ſuſpicio eſt, illas eſſe genuinas Ignatii Epiſtolas, quas Antiquorum conſenſus illuſtribus teſtimoniis commendatas & approbatas reliquit.* Idem etiam judicium Nicolai Fabroti fuit, ut oſtendunt Notæ ejus ad Anaſtaſium. *S. Ignatius Epiſtolâ ad Epheſios (edidit eruditus Vir Iſaacus Voſſius)* & ſtatim, *Pſeudo-Ignatius in Epiſtola ad Antiochenos*, & alibi, *Vetus Interpres Epiſtolæ ad Philippenſes, quæ S. Ignatio adſcribitur.* Ita ille genuinas Epiſtolas à ſpuriis ſæpe diſtinguit, ut in Editione Voſſii diſtinguuntur. **Andreæ Riveti. Petavii. Nicolai Fabroti.**

Salmaſius verò, Editione Uſſerii perſpectâ, & Codice Mediceo, antequam ederetur, viſo, auctoritati Ignatii iniquior factus eſt: Ecce enim in Apparatu ad Libros de Primatu Papæ, *Varias*, inquit, *diverſi temporis ejus Operis interpolationes eſſe factas multis oſtendit Reverendiſſimus & doctiſſimus Vir Jacobus Uſſerius Armachanus. Quale autem ab Auctore primùm prodiit, ne genuinum quidem Ignatii eſſe, poſſum omni aſſeveratione confirmare.* Hæc paulò ſedatiùs. Quæ non longè pòſt ſequuntur, Salmaſium magis ſapiunt. *Quâ autem ætate vixerit hic Impoſtor, qui nomen Ignatii ementitus eſt in iſtis Epiſtolis conſcribendis, inquirendum eſt. Nam Ignatium non eſſe earum auctorem tam certum puto quàm me hæc ſcribere.* Hìc ſanè purum putum Salmaſium habemus. Ad tempus autem quod attinet, Impoſtorem eodem cum Valentino vixiſſe ſuſpicatur; imperante, nimirum, Antonino, aut certè ſub Marco Aurelio. Atque hæc eſt ſumma ſententiæ Salmaſianæ. — Ipſe autem cùm hæc in *Apparatu* tam ſtrenuè aſſeruiſſet, in ipſo Opere auctoritate Ignatii ſæpiuſcule utitur. Quæ cùm vidiſſet Claudius Sarravius, aurem Salmaſio vellit & admonuit: *Non placet, quòd ea in* Apparatu *culpes, quæ in ipſo Opere laudas. De Ignatianis Epiſtolis intelligo, quas in* Apparatu, *qui prior legitur, meritò τῆς νοθείας revincis: & tamen earum auctoritate poſtea ſæpiuſcule uteris, quaſi eſſent legitimæ, nec titulus auctorem mentiretur. Saltem de iſta tua ſententiæ mutatione aliquid ſignificâſſes.* Epiſt. p. 181. **Claudii Salmaſii. 4°. *Lugd. Bat.* 1645. Claudii Sarravii.**

p. 181. Hæc, opinor, in Sarravio, maximo Salmasii hyperaspistâ, etiam illi ferre possunt, qui eadem in Hammondo non ferunt.

David. Blondelli. 4°. *Amst.* 1646. David etiam Blondellus, ut ipse in Præfatione *Apologiæ* fatetur, quamprimùm Epistolarum priorum Sex Isaacus Vossius copiam fecit, eas avidis oculis hausit, manu propriâ descripsit, cum citatis à Veteribus locis studiosè contulit, sæculo nostro gratulatus, quòd illud ipsum exemplar, quo ante 1300 annos usus erat Eusebius, novam ipsi propediem affulsuram lucem sponderet. Sed postquam attentiore animo singularum & phrasin & materiam & ordinem expendit, blandientes antea spes pudibundus abjicere coactus, bonæ Patrum fidei impudenter illusum ...uit, & argumentis quibusdam à priori, quam de Ignatianis Epistolis imbiberat, opinione depulsus, eas omnes supposititias credere coactus est. Ipsum autem Impostorem, qui Ignatii Martyris nomen Septem, Eusebio, Athanasio, Hieronymo laudatis, Epistolis appinxit, longè post annum centesimum quadragesimum quartum, adeoque post Clementis Alexandrini, toto fere Centenario Ignatio posterioris, obitum, prodiisse tradit.

Hugonis Grotii. Antequàm hæc à Blondello ederentur, postquàm verò ab opinione, quam è Mediceo Codice primùm imbiberat, depulsus est, sententia ejus Hugoni Grotio, viro maximo, innotuit; qui, quid de ea sentiret, in Epistola ad Gerardum Vossium data protinus significavit: *Blondellus, magnæ vir diligentiæ, sed suæ parti super æquum addictus, quid de Episcopis & Presbyteris sentiat, ex scriptis ejus antehac editis non obscurum est. Imprimitur nunc apud Blavium Liber ejus specialiter de eo argumento. Cognovi autem ex sermone ipsius, omnino eum hoc agere velle, ut aliquid reperiat unde famam spargat, te in ea re planè secum sentire. Ignatii Epistolas, quas Filius tuus ex Italia attulit puras ab omnibus iis, quæ Eruditi hactenus suspecta habuere, ideò admittere non vult, quia, Episcopatuum vetustati clarum præbent testimonium. Argumento alio non utitur, quàm quod in illis verba quædam appareant elegantiora quàm solent in Apostolicorum scriptis reperiri: quales sunt* ἀξιέπαινοι, ἀξιομνημόνευτοι, *& similia. Dixi ego, paris monetæ vocabula non pauca esse in Clementis Epistola, quam suspectam non habet: adhæsisse hæc diu ex lectione Græcorum, qui nitidiùs scripserant.*

Quam-

Quamprimùm autem Blondelliana in lucem prodirent, & Isaacus Vossius Codicem Mediceum, quem tam feliciter ediderat, tam malè tractatum videret, statim Epistolâ ad Rivetum *Rationes* perscripsit, *cur eum non omnino permovere potuerint Argumenta illa, quæ David Blondellus ad evertendam Epistolarum Ignatii veritatem attulit.* Huic Epistolæ Blondellus Annotata sua adspersit, & præterea stricturas quasdam ad Vossii Notas antè editas; quibus alterâ prolixiori Epistolâ ad Rivetum pariter missâ Isaacus accuratè respondit.

Quinetiam Archiepiscopus Armachanus in *Appendice*, proximo post Blondelli *Apologiam* anno editâ, mirari satis se non potuisse profitetur, duos hos magni nominis viros, Salmasium & Blondellum, conjecturis suis tantum tribuisse, cùm Polycarpi ad Philippenses literas, quibus Ignatianas à se subjectas fuisse ipse confirmat, germanas fuisse fateantur, & has ipsas quæ Ignatio tribuuntur Epistolas in Mediceo Codice à novitiis assumentis demum liberatas, non minùs quàm Polycarpi ipsam, Eusebii temporibus in omnium manibus fuisse non negent; in hisce tamen effingendis Impostorem aliquem nomen Ignatii ementitum esse, confidentissimè pronuntient. Pupugit Blondellum severa hæc mitissimi Senis reprehensio, admirantis tantam ex levibus conjecturis confidentiam: quare Epistolâ ad eum datâ, & quatuor productis argumentis, quæ ipsum sententiam mutare vetarent, hærere se etiamnum professus est. **Usserii Armachani.**

Postea insignis admodum Theologus, Henricus Hammondus, cùm videret Theologicas Theses in Gallia propositas, proclamantes, litem & controversiam de Episcoporum supra Presbyteros prærogativa definitam jam videri à Viris longè doctissimis Domino Salmasio & Blondello; *Dissertationes Quatuor*, quibus Episcopatûs jura ex S. Scripturis & primæva Antiquitate adstruuntur, edidit, & earum Secundam de Ignatii scriptis instituit. In illa autem Dissertatione, primò quicquid ad has Ignatio abjudicandas Epistolas dictum est, solenniter ad examen vocavit; secundò quædam addidit, quæ earundem auctoritatem stabiliant. **Henrici Hammondi.** 4°. *Lond.* 1651.

Ad hæc Hammondi nihil Salmasius, nihil Blondellus reposuit. Domi autem Theologus, Joannes Owenus nostras in *Præfatione* quadam Anglicè scripta multa **Joannis Oweni.**

ta

ta in Hammondiana Ignatii Defensione culpat; quæ pe-
4°. *Lond.* 1654. culiari scripto, linguâ etiam nostrâ Hammondus defendit. Non tamen Owenus eorum sententiam probat, qui Epistolas omnes Ignatianas tanquam fictas & supposititias absolutè condemnant: imò in earum aliquibus *suavem & gratiosum*, ut nostrates loquuntur, *fidei, dilectionis, sanctitatis, & zeli Dei Spiritum spirantem*

Ministrorum Londinensium. *& operantem* agnoscit. Ministri etiam Londinenses cum Sculteto, Vedelio, & Riveto professi sunt, se minimè omnes reprobare; sed ita de corruptelis locuti sunt, ac si Editiones Usserii Vossiique nunquam vidissent: certè quid de Epistolis defæcatis sentirent, minimè indicârunt.

Theophili Raynaudi. Theophilus autem Raynaudus in *Erotematibus* negat Epistolam ad Mariam Deiparam esse Ignatianam. *Epistolam tamen*, inquit, *ad Mariam Cassoboliten esse S. Ignatii fœtum genuinum, extra controversiam pono; quicquid contrarium pauci quidam Sectarii effutiverint.*

Edmundi Albertini. Edmundus etiam Albertinus Usserii Responsionibus & Hammondi Dissertationi minimè acquievit, sed in Libris *De Eucharistia* Latinè editis decretoriam sententiam in hæc verba protulit: *Non negaverim Ignatium Epistolas aliquas scripsisse: sed si quas scripsit, illæ perierunt: & plures aliæ sub illius nomine circa medium secundi Sæculi compositæ sunt, ac incautè & absque examine à*

Joannis Dallæi. *Veteribus receptæ.* Et eodem anno Joannes Dallæus,
8°. *Daventriæ*, 1654. Libro *De Jejuniis & Quadragesima* tertio, *Totum hoc quod Ignatii nomine circumfertur Epistolarum Opus supposititium esse, sanctissimoque Martyri non paucis post ejus mortem annis falsò & per fraudem adscriptum fuisse, tam evidentibus patet documentis, ut mirum sit, hanc imposturam homines eruditissimos tam diu latere potuisse*; & de Sex illis, quas Usserius voluit esse verè Ignatianas, *Sed quod magni Viri pace dictum sit, nè istæ quidem, quas ille publicavit, à meliori quàm cæteræ manu esse videntur.*

Joannis Morini. Interim tamen non est omittendum, nobilem in Theologia Criticum, Joannem Morinum, collatis diversis Editionibus ex Augustano & Florentino Codicibus depromptis, in aliam planè diversam maximéque mirandam sententiam incidisse. *Antiqua*, inquit, *Ignatiana-*

rum Epistolarum Editio genuinum textum nobis exhibet, nova verò mancum & interpolatum.

Samuel autem Bochartus, vir doctissimus, in ingenti Opere, *Hierozoico*, Epistolam ad Romanos, Eusebio visam, probatam, atque defloratam, non ante Constantini Imperatoris ævum scriptam fuisse, asserere non dubitavit. Samuelis Bocharti.

Tandem Joannes Dallæus, Theologus è Gallia celeberrimus, plurimisque in hoc præsertim genere Controversiarum elaboratis operibus notissimus, non contentus iis quæ de manifesta impostura obiter, Libro *de Jejuniis*, monuerat, & in novam planè sententiam de ætate Impostoris delapsus, mirâque suæ conjecturæ dulcedine captus, Controversiam hanc magnâ animi contentione redintegravit, & grandi volumine adversùs omnes quarumcumque S. Ignatii Epistolarum defensores latè disputavit. Sub ejus enim nomine prodierunt *De Scriptis quæ sub Dionysii Areopagitæ, & Ignatii Antiocheni nominibus circumferuntur, Libri Duo: quibus demonstratur*, uti præfert Titulus, *illa subdititia esse, diu post Martyrum, quibus falsò tribuuntur, obitum ficta.* *Sententia* Dallæi. 4to *Gen.* 1666.

Et quidem de indubitata suppositione scriptorum Dionysii Areopagitæ Dallæo planè assentitur Pearsonus; idque putat ante Dallæum, Sirmondum, Petavium, Launoyum, Morinum, aliosque, vel ipsis Pontificiis persuasisse. Sed de ætate Auctoris, qui ea scripsit & Areopagitæ supposuit, quicunque fuit, ab eo prorsus dissentit.

De Ignatio duplicem Dallæus proponit Quæstionem, quarum prima hæc est, *An omnes Epistolæ, quæ sub ejus nomine circumferuntur, ejusdem sint parentis?* Hanc negat; neque Pearsonus affirmat, aut de ea litem movet. Secunda Quæstio est, *An earum Epistolarum, quæ sunt ab Eusebio & Hieronymo memoratæ, verè auctor sit vir sanctissimus Ignatius, qui anno Trajani undecimo Martyrium Romæ fecit?* Hanc ille pariter negat; Pearsonus nullo modo negandum putat, & omni asseveratione potiùs affirmat.

I. Scripsisse aliquas Epistolas, non negat Dallæus; & ne talis ipsi affingatur sententia, summopere cavet.

II. Epistolas eas, quas nunc habemus in Editionibus Usserii & Vossii ab assumentis liberas, easdem omnino esse, quas habuit Eusebius, cum Blondello suo fatetur Dallæus.

III. Epiſtolas illas, quas habuit Euſebius, ab Ignatio ſcriptas fuiſſe negat; ab Impoſtore aliquo fictas & ſuppoſitas affirmat. Impoſtorem illum, non circa medium ſecundi Sæculi, ut Albertinus; non ſub Antonino vel M. Aurelio, ut Salmaſius; non ſtatim poſt Clementis Alexandrini dormitionem, ſive centum ab Ignatii morte annis, ut Blondellus; ſed præcipiti tertio Sæculo Epiſtolas effinxiſſe, & Opus effictum in lucem exiiſſe circa tertii Sæculi finem, vel quarti initia, hariolatur.

IV. De numero Epiſtolarum quæ Euſebio memoratæ ſunt, aliquando dubitat Dallæus, eaſque *Sex Septemve* ſæpe nominat; ex vulgari, ſcilicet, opinione Septem, ex ſingulari Uſſerii ſententia Sex: aliquando numerum ſatis confidenter aſſignat, & Sex tantùm aſſerit. *Quod verò*, inquit, *vulgò putant quandam ab Euſebio memorari ſeorſum ad Polycarpum ſcriptam, doctiſſimus Uſſerius hanc non diverſam, ſed unam & eandem reverà cum Epiſtola quæ eſt ad Smyrnæos, ab Euſebio intelligi, & acutiſſimè conjicit, & ex Hieronymo demonſtrat. Et hanc meritò ab Epiſtolarum ab Euſebio dictarum cenſu expungendam colligit*; *numeratque inter eas, quas nondum Euſebii & Hieronymi temporibus extitiſſe validiſſimè probat.* Hanc igitur Epiſtolam ad Polycarpum ab alio Impoſtore ſub quinto Sæculo fictam putat.

Joannis Pearſoni: in *Vindiciis Epiſtolarum S. Ignatii.* 4to. *Lond.* 1672.

Pearſonus verò nec priorem, nec poſteriorem hujus Epiſtolæ Fictorem agnoſcit; & inter Septem Euſebio memoratas, & à ſe defendendas omnino numerandam cenſet: eaſdem omnes in Polycarpiana συναγωγῇ collectas, Epiſtolæ ejus, in conventu Aſiæ per aliquot ſæcula publicè lectæ, ſubjunctas, & à S. Martyre conſcriptas fuiſſe aſſeveranter contendit. Sententiam Dallæi de Impoſtore primo, Sex Epiſtolas poſt ducentos ab Ignatii martyrio annos in lucem proferente, & ſecundo, illam ad Polycarpum poſt ducentos etiam alios parturiente, figmentum, imò portentum eſſe judicat.

Pro tribus Uſſerii, quatuor diverſas Ignatii Editiones olim obtinuiſſe ſtatuit. Prima fuit germana, Epiſtolarum tantùm Septem; à Polycarpo edita, & ipſius Epiſtolæ ad Philippenſes ſubjecta, Irenæo, Theophilo, Origeni, Euſebio, Athanaſio, Chryſoſtomo, Hieronymo, Theodoreto, Gelaſio, Ephraimo, Antiocho cognita. Secunda fuit earundem Epiſtolarum Septem, ſed interpolata:

polata: qualis in * ſuo exemplari Græco MS. extat, Stephano Gobaro, Anaſtaſio Patriarchæ Antiocheno, & Chronici Alexandrini conſarcinatori conſpecta. Tertia Editio fuit, ex Septem genuinis, & Quatuor fictis ſeu ſuppoſititiis conflata; qualis in Mediceo Codice, & Interprete Uſſeriano comparet, Joanni Damaſceno, & Antonio uſurpata. Quarta denique fuit, ex Septem interpolatis & Quinque ſuppoſititiis conſtans, additâ ſcilicet Epiſtolâ ad Philippenſes, poſtremo loco fictâ; qualis in Auguſtano Codice & Nidprucciano repræſentatur, & à vulgato Interprete redditur, Anaſtaſio Preſbytero, & Adoni Viennenſi viſa.

Diſſertationem Dallæi totam, quanta quanta eſt, ad examen vocavit, rationes momento ſuo ponderavit, ſingula quæ Eccleſiæ SS. Patres ullo modo ſpectant excuſſit, omnia quæ auctoritatem S. Ignatii confirmare poſſint expoſuit, quæ labefactare videantur, refellit & refutavit. Ita fidem ſuam perfectè liberans, hiſce verbis præſtitam, *Cùm magnâ diligentiâ uſus ſit vir doctiſſimus, ut nihil ageret; ego non minori mihi utendum putavi, ut eum nihil egiſſe omnibus appareat.* *Vindiciarum Partis imæ. Cap. 6.*

Ex Aliorum Scriptis excerpta.

Et ſanè id *omnibus apparet*, niſi præjudicio quodam præpeditis metuque, ne, ſi Martyris Epiſtolas admittant, unà cum iis ſacrum Epiſcopalem Ordinem, quem ſemel citra neceſſitatem temere abjecerunt, & adhuc recuſant, admittere teneantur, à S. Apoſtolis, & proinde ab ipſo Spiritu S. inſtitutum. Hunc enim Eccleſiaſticæ dignitatis apicem in omni Epiſtola laudat B. Martyr, huic omnes in Eccleſia ſubjectos eſſe vult, imò ſine hoc ne quidem Eccleſiam dicendam autumat: ſine hoc nullam Euchariſtiam, quin nullum Sacramentum ratum, nullum cultum Deo placitum eſſe pronuntiat. Quicunque igitur Epiſcopali, ac omni fortè, ordine carent, eorum omnino

Joannis Erneſti Grabii: in *Spicileg. Patrum*, *Tom.* II. *Oxon.* 1699. *p.* 56.

i 2

* Habeo exemplar MS. Græcum, mihi à Viro docto & Antiquitatum curioſo communicatum, cum aſſumentis diu poſt Euſebium imò & Gelaſium factis, Epiſtolas hoc ordine repræſentans.

Πρὸς Τραλλησίους Α.
Πρὸς Μαγνησίους Β.
Πρὸς Φιλαδελφεῖς Γ.
Πρὸς Σμυρναίους Δ.
Πρὸς Πολύκαρπον ἐπίσκοπον Σμύρνης Ε.
Πρὸς Ἐφεσίους ϛ.
Πρὸς Ῥωμαίους Ζ.

PEARS.

no intereſt, ut S. Ignatii Epiſtolas impugnare haud deſiſtant. Atque hinc factum, ut Anonymus quidam, quem jam conſtat Matthæum de la Roque fuiſſe, *Pearſonianas Vindicias* ad examen revocare aggreſſus ſit. *Sed*, ut Johannes Clericus bene notat, *illarum rerum periti, utroque Opere diligenter perlecto, negârunt eruditum illum virum ullâ ratione Pearſonii Argumenta labefactâſſe.* Erat aliquando Grabio animus, exceptiones Laroquanas peculiari ſcripto diſcutere; verùm cùm id partim à doctiſſimo Georgio Bullo in Defenſione fidei Nicænæ, partim à Nicolao le Nourry, Tomo i. Apparatûs ad Bibliothecam Maximam Patrum, aliiſque factum vidiſſet, à propoſito deſtitit.

Matthæi de la Roque.

In *Præfat. Patrum Apoſt. Vol.* ii.

Georgii Bulli, *Sect.* iii. *C.* i. §. 10. ſeqq.

Nicolai le Nourry.

Vir autem doctiſſimus Gulielmus Whiſtonus, cùm videret circumferri duo Ignatianarum Epiſtolarum Exemplaria, de quibus copioſè egerat Vir longè eruditiſſimus Jac. Uſſerius Armachanus, & quorum quidem alterum brevius genuinum judicaverat; alterum verò longius, ut interpolatum, damnârat; exiſtimavit ſibi contrà poſterius quaſi genuinum defendendum, eò quòd multa in eo legantur quæ Arianis dogmatibus manifeſtò favent; alterum verò repudiandum quaſi ab Athanaſiano quodam mutilatum. Quòd ſi contrà contigiſſet, ut in breviore Editione fuiſſet Arianiſmus, cujus nullum in longiore fuiſſet veſtigium; continuò hanc νοθείας inſimulâſſet, illam verò γνησιότητος titulo honeſtâſſet. Neque hæc mera eſt divinatio: cùm enim Vir clariſſimus, apud ſe, Arianiſmum eſſe doctrinam Evangelicam ſtatuiſſet, & contrariam Athanaſianam; neceſſe penè erat eam præferri Editionem Viri Apoſtolici, quæ conſentanea doctrinæ videatur, quam ipſe probâſſet.——Ideoque pro effrœni, quodcunque illi libuerit, ſcribendi licentia, acriter contendit Epiſtolas Interpolatas, dudum à literato totoque penè Chriſtiano orbe rejectas, veras eſſe ac authenticas S. Ignatii Epiſtolas; eaſque, quas ex celeberrimo Codice Mediceo edidit Iſaacus Voſſius, &c. eſſe Epitomen ab Athanaſio, vel Marcello, vel alio aliquo ætatis illius viro, malè confectam, ac Chriſtianæ Eccleſiæ obtruſam.

Gulielmi Whiſtoni, in *Chriſtianiſmo Redivivo. Vol.* i. 8°. *Lond.* 1711.

Joannis Clerici, in *Diſſertatione de Epiſtolis Ignatianis. Patr. Apoſt. Vol.* ii. *Amſt.* 1724.

Gulielmi Wottoni, in *Præfatione* ſuæ *Clementis Romani Epiſtolarum* Editionis. 8°. *Cant.* 1718.

Quæ verò ab eo dicuntur, facilè reducuntur ad Stylum vel dicendi methodum, Materiamque & internos characteres, atque externa Teſtimonia, *viz.* Patrum citationes, vel eorum, quæ frequentiùs in Antiquiorum ſcriptis occurrunt, alluſiones ad Ignatii Epiſtolas.

De Stylo autem Breviorum Epiſtolarum queritur, quòd parum Græcus eſt; & quòd plures his Epiſtolis inſunt ſententiæ, quas ſi ad probatas Græcè ſcribendi regulas exigamus, neceſſum eſt ut agnoſcamus Ignatium ea non ſcripſiſſe. Quàm futilis verò & nullius ponderis ſit hæc objectio, facilè conſtabit; ſiquis ad illud animum ſuum advertat, S. Martyrem Syrum fuiſſe, non Græcum; adeò ut nemo jure miretur, ſi ſæpius apud eum fruſtra quærat Græcæ Linguæ idioma. Et ut, quod ego ſentio, dicam; ſi ſolæ extarent Epiſtolæ Interpolatæ, mihi non levis ſuſpicio exoriretur contra earum authentiam, quòd dicendi modus, verborum ordo ac methodus, ac tota denique Syntaxis nimis Græca ſint; redoleantque magis Quartum, quo *Epitomen* hanc, uti vocat, confectam fuiſſe vult, quàm Primum Eccleſiæ ſeculum, ac Græcum potiùs quàm Syrum gente ac origine ſuâ referant. E contrà verò Breviorum Epiſtolarum ſtylus, dicendi methodus, ſententiarum ac verborum ordo & Syntaxis apprime, multoque magis quàm Interpolatarum, primævæ ſimplicitati rudi ac incultæ, Syrorum genio, moribuſque, & dicendi conſuetudini, ipſique Ignatio, qui Martyrii zelo accenſus totus ardebat, convenire videntur: adeò ut, ſiquid argumenti duci poſſit ex ſtylo, à noſtra parte id omne ſit; dum contendimus Breviores eſſe verè Genuinas & Authenticas. Nobiſcum autem ſenſerunt, qui de ſtylo optimè judicârunt, & in rebus Criticis maximè verſati fuerunt, Uſſerius, Pearſonus, Cotelerius, Ludovicus Dupin, & Tillemontius, cæterique, qui ad hæc animos ſuos unquam adverterunt: neque aliter ſenſiſſet ipſe, ſi eas acceſſiſſet vacuus præjudiciis; aut aliquid de lingua, dicendi modo, moribuſque Syrorum veterum aut hodiernorum Maronitarum noviſſet.

Quod ad Materiam; Ignatio optimè conveniunt ea omnia, quæ in Brevioribus Epiſtolis habentur; in quibus non eſt aliqua temporis violatio, nullæque in iis condemnantur Hæreſes, niſi quas eo tempore invaluiſſe vel ſaltem ortas fuiſſe certò novimus, qualia fuerunt impia Judaizantium ac τῶν Δοκητῶν dogmata; non alius de Doctrinis Fidei Chriſtianæ dicendi mos inducitur, niſi qui invaluit in initio.——At in Interpolatis ubique nobis occurrunt haud immanifeſta falſitatis indicia. Ut autem illud prætermittam, quòd in iis citantur *Conſtitutiones*, quas

quas eo tempore non extitisse certò constat; adeò prope accedunt, quod ad Stylum ac Materiam in iis quæ interpolata leguntur, ad Epistolas, quæ licet Ignatio tribuuntur, Ignatii tamen non sunt, *viz.* Epist. ad Heronem, ad Philippenses, & ad Antiochenses, ut eundem Authorem videantur referre. His sanè desunt tum Interni Characteres, dum ea in iis leguntur, quæ neque Ignatio, neque seculo ei, quo eas scripsisse dicitur, ullò modo conveniunt; tum Externa Testimonia, quum nemo Veterum sit, qui eas vel citat vel memorat, aut ad illas semel alludat: quod unum sufficit ad elevandam earum authoritatem ac authentiam.

Quod ad Internos Epistolarum B. Ignatii Characteres; Epistolæ Breviores ubique loquuntur Sanctum Martyrem, plenum pietate, ac zelo verè Christiano exuberantem; ac in omnibus satis respondent tum Eusebianæ tum Polycarpianæ earum descriptioni. At multò aliter cum Interpolatis comparatum fuit, nisi iis in locis, ubi non discedunt ab Epistolis Brevioribus. Præterea si totam orationis seriem ac texturam harum Epistolarum accuratè examinemus, facilè sentiemus Breviores verum esse Sancti Martyris fœtum: hæ enim nihil habent cum Epitome commune; dum omnia in iis probè cohæreant, eademque sit ubique per totas Epistolas facies orationis: in Interpolatis verò facilè, quæ sunt Interpolatoris, à veris & genuinis secernuntur; siquis singulas earum partes critico acumine perpendat. Quæ enim à Mediceo Codice non agnoscuntur, ipsa se produnt, assumenta esse aliunde petita, quæ vel explicationis causâ adduntur, vel more paraphrastico dicuntur; aut denique sunt sententiæ quædam, quæ cum contextu malè cohærent; dum alium à Beati Martyris stylum ubique, neque raiò alias doctrinas referant.

Experitur verò quid possit ad evertendam Laurentianæ Bibliothecæ Codicis fidem & authentiam: nimis enim Orthodoxæ sunt Epistolæ Ignatii, sicut ab illo Codice exhibentur, quàm ut eas ferat, qui ætate nostrâ Arii Hæresim olim profligatam renovare, ac successus felices ausus est sibi promittere. Plures igitur sententiolas selegit, in quas dictaturam suam ac criticam artem exerceret: quarum plurimæ sanæ sunt, nonnullæ verò vel manu medicâ, vel alio, eoque iis in locis emendatiore Codice egent: neque mirum est rem ita se habere; cùm unus tantùm

ſit, quantum nos ſcimus, Cod. Manuſcriptus Græcus, neque plures duobus Latinis, ad quos eas exigamus.

Quòd ſi ab Internis utriuſque Sylloges, tum Medicei Cod. tum aliorum Characteribus, ad Externa Teſtimonia nos ipſos conferamus, non minùs facient pro authoritate ac authentia Medicei Codicis, quàm Stylus, Materia, & Interni Characteres. Ut enim illud prætermittam, quod mihi ſanè maximi momenti eſſe videtur, quum pluſquam duplo Interpolatæ Genuinarum Epiſtolarum magnitudinem excedant; quòd ne una eſt citatio intra quingentos à Chriſto annos, quæ in Brevioribus non hodie penè totidem verbis reperitur; fieri enim vix potuit, ſi longiores eſſent veræ & in initio agnitæ, quin plura citârint Sancti Patres ex Ignatio, quæ in iis ſolis habentur: Teſtimonia S. Athanaſii, Theodoriti, ac Gelaſii à noſtris partibus eſſe, facilè concedit; Euſebium verò, ac Hieronymum, velint, nolint, ad ſuas trahere conatur; quid autem hac in re præſtiterit, poſtea videbimus: neque tam levis momenti eſſe illorum authoritatem exiſtimamus, licet ipſi aliter viſum fuerit, ut non credamus eam plurimùm conferre ad confirmandam authentiam ac veritatem Medicei Codicis, probi cùm fuerint ac ſatis perſpicaces viri, quorum teſtimonium minimè rejiciendum eſt, cùm ſint teſtes idonei hac in re, qui neque ipſi facilè fallerentur, neque alios niſi inviti fallerent, eorum autem authoritatem ulteriùs confirmat mutua illorum conſenſio; dum in iiſdem locis citandis optimè inter ſe ac cum Mediceo Codice conveniunt.—Quod ad citationes Euſebii & B. Hieronymi, quicquid ipſi, cùm ſit præjudiciis totus occupatus, viſum fuerit, tantum abeſt, quin authentiam Breviorum Epiſtolarum imminuant, ut eam multùm confirment. In hujuſmodi enim examine inſtituendo, ex quo judicium feratur de duobus ſcriptis, quum utrumque verum eſſe ac authenticum præ ſe ferat, non tantùm ad numerum diſcrepantium lectionum oportet attendamus; ſed & inſuper cogitemus, cujus ſint momenti, vel ad confirmandam, vel ad elevandam ſcripti alicujus authentiam. Malè igitur ab hoc Authore inſtituitur calculus ſuus, qui numerum potiùs quàm pondus eorum, quibus utraque Epiſtolarum Sylloge ab Euſebio diſcrepat in iis, quæ ab ipſo ex Ignatio citantur, æſtimandum cenſet; quum ſiqua fortè in re Majores Epiſtolæ cum Euſebio meliùs conveniant, levis ac nullius

fere

ferè momenti ſit diſcrepantia inter Majores ac Minores Epiſtolas, quæque facilè ex diverſis Codd. Manuſcriptis earundem Epiſtolarum oriri potuit; quod initâ comparatione ſatis conſtabit: Hieronymus verò in his citandis meliùs cum Mediceo Codice convenit iis in locis, ubi Euſebius ac Majores Epiſtolæ conſentiunt inter ſe, dum paululum diſcrepent à Minoribus Epiſtolis. At dum in levioribus inter ſe convenire videntur, quæ nihili fere ſunt, Euſebius & Epiſtolæ Interpolatæ, in re ſanè maximi momenti inter ſe diſcrepant, in qua tamen Euſebius cum Epiſtolis Brevioribus optimè convenit; quod cuivis videre eſt ex noto illo
Cap. iii. ac celebri loco ex Epiſt. ad Smyrnæos citato, in quo citando penè ad verbum conſentiunt inter ſe & cum Mediceo Codice Euſebius, Hieronymus, ac Theodoritus; dum ſinguli plurimùm diſſentiant à cæteris codicibus, niſi, qui Mediceum ſequuntur, Manuſcriptis Coll. Gonv. & Caii ac Montacutii.—De Alluſionibus Sanctorum Patrum ad Epiſtolas B. Ignatii hoc unum dicendum puto; quòd ne una eſt per quingentos à Chriſto annos, quæ non æquè cum Epiſtolis Brevioribus ac cum Interpolatis convenit: ea enim in quibus contendit Alluſionem eſſe ad Epiſtolas Ignatii, aut præcipuè reſpiciunt Epiſtolas Breviores, aut ad Ignatium non pertinere videntur, aut nihil ſunt ad rem.

Anni plus viginti ſunt, cùm omnia WHISTONI *quæ ſunt alicujus ponderis argumenta, ſingulatim expenderunt viri, de dogmatibus Chriſtianis inter ſe plurimùm diſſidentes,* GUL. WOTTONUS *et* JOAN. CLERICUS: *neutri tamen illorum, in tot voluminibus ex eo tempore à ſe divulgatis, quidquam repoſuit* WHISTONUS. *Quod in illo maximè mirandum, qui ad primaevam* Chriſtianiſmi Redivivi *puritatem errantes revocare profitetur. Si enim in Philoſophia,* nullius, niſi inſipientis ſit, perſeverare in errore; *in Theologia idem facere, in qua ſempiternae ſalutis res agitur, annon videtur eſſe inſipiente deterioris? In omnibus tanti momenti controverſiis, quaeſtione in utramque partem ab adverſariis agitatâ, alterutrum tandem par eſt, aut ſententiam ſuam fuiſſe infirmatam apertè atque ingenuè confiteri; aut eam ſtrenuè defendere, noviſque rationibus confirmare. Qui ſecus fecerit, eum non tam veri ſtudio, religionis puritati, atque hominum ſaluti, quàm caeco hypotheſis amori, inanis gloriae cupiditati, atque obſtinati animi pertinaciae, ſervire, non temere eſt quòd ſuſpicemur.*

TOT

S. IGNATII

EPISTOLÆ GENUINÆ,

UNA CUM

S. POLYCARPI

EPISTOLA.

Accesserunt

UTRIUSQUE *MARTYRIA.*

Versionibus antiquis ac recentioribus, Variantibus Lectionibus, selectisque Variorum Notis illustrata.

PATRUM APOSTOLICORUM Pars Tertia.



LONDINI: M,DCC.XLVI.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ

ΙΓΝΑΤΙΟΥ

ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

SANCTI IGNATII

EPISTOLÆ.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ
ΙΓΝΑΤΙΟΥ
ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

ΣΜΥΡΝΑΙΟΙΣ.

Ἰγνάτιος, ὁ καὶ Θεοφόρος, ἐκκλησίᾳ Θεοῦ πατρὸς καὶ τοῦ ἠγαπημένου Ἰησοῦ Χριστοῦ,

Ἰγνάτιος.] Nomen *Ignatius* videtur omnino esse Romanum, idemque quod antiquitus *Egnatius*: ut urbs Ἐγνατία dicta est Ἰγνατία, & via *Egnatia*, nunc *Ignatia* sive *Ignazzo* dicitur. Egnatios haud paucos enumerat in Onomastico Glandorpius, quibus multo plures adjungi possunt. Certè ætate Ignatii nostri nomen illud erat Romæ maximè familiare. Vide Gruter. p. 240. 275. & Reines. p. 317. Neque mirum est, Episcopum Antiochenum nomen Romanum habuisse, non Syriacum: tum quòd Antiochia Præsidum Syriæ sedes erat; tum quòd Romani multi eò loci primò fidem Christianam amplexi esse videantur, quoniam Antiochiæ primùm fideles *Christiani* dicti sunt, nomine Latinâ formâ à Christo, non Græcâ, deducto. Quamvis autem idem nomen esset Egnatius & Ignatius; noster tamen apud Antiochiam semper Ignatius dictus est, ut eum omnes veteres Patres, licèt in aliis varient, tum Græci, tum Latini, nominant. [Editiones quædam Hieronymi & Cypriani habent Egnatium. COT.] Unde Syri, putantes illud nomen Romanum ab *igne* deductum esse, Ignatium suâ linguâ *Nurani* vocabant; quasi diceres, *illustrem*, *splendidum*, *gloriosum*; νουρα enim Syriacè *ignis*. Epiphan. XLI. 11. Ab hoc Ignatio, clarissimo martyre, secundùm Ecclesiæ morem, plurimi postea Ignatii dicti sunt. — Quòd Ignatius fuerit Episcopus Antiochiæ, omnes agnoscunt: quamdiu sederit, & quo tempore ordinatus, nemo hactenus diligenter quæsivit, aut quicquam probabile attulit. A S. Petro ordinatum fuisse scribunt S. Chrysostomus, ejusdem Ecclesiæ Presbyter, & Theodoretus, ejusdem Diœceseos Episcopus. Eusebius in Chronico ad 14. Neronis annum, sed post Othonis mortem, *Antiochiæ secundus Episcopus ordinatur Ignatius*; post mortem Petri scilicet. Quo-

SANCTI

IGNATII

EPISTOLÆ.

AD SMYRNÆOS.

Ignatius, qui & Theophorus. Ecclesiæ Dei Patris et dilecti Jesu Christi, habenti propitiationem in VET. INT.

Ignatius, qui & Theophorus, Ecclesiæ Dei Patris & dilecti Jesu Christi, misericordiam consecutæ in omni dono, VERS. COT.

modo igitur S. Petri dextrâ *ordinatus* est? Baronius autem vult. Petrum ordinâsse Ignatium Presbyterum, anno 2. Claudii, h. e. A. D. 42. Nec igitur puer fuit, quem Christus suscepit in manus; neque certè videtur fuisse Episcopus ille, qui anno 107. ut vult Usserius, exeunte passus est: nisi 65 annis sederit. In Chronici, quod Nicephoro attribuitur, codice Londinensi legimus, Ἀντιοχείας ἐπίσκοπος Ἰγνάτιος ὁ Θεοφόρος ἔτη λ', quod etiam testatur Syncellus, idque ex Eusebio sumpsit, qui Ignatium ordinatum tradit Neronis 14. denatum Trajani 10. Eutychius autem dicit. p. 336. *Anno imperii Neronis Cæsaris duodecimo constitutus est Ignatius Patriarcha Antiochiæ:* h. e. A. D. 65. Quæ satis cum veteribus consentiunt: nam omnes fere veteres putabant tunc Petrum superstitem fuisse. Fateor autem, numerum annorum, quem addit, non competere, *Qui quum annos triginta duos præfuisset, morte affectus est:* nam 32 additi 65 efficiunt annos 97, qui vix pertingunt ad imperium Trajani. Ipse tamen postea docet, Ignatium Romæ passum esse sub Trajano; & Heronem ejus successorem anno Trajani 6. ordinatum esse. PEARS.

Ὁ καὶ Θεοφόρος.] Duplicem rationem cur ita vocatus fuerit, adducunt Veteres: vel quia Deum ferret; vel quia à Deo aliquando fuerat gestatus. COT. —— Θεοφόρος propriè *Deifer*, sive *portans Deum*, h. e. *in se habens Deum*. In veteri Lat. Interp. 1 Cor. vi. 20. *Glorificate, & portate Deum in corpore vestro:* [Sic in quibusdam MSS. δοξάσατε καὶ βαστάσατε.] & S. Cyprianus in Orat. Dom. *Clarificate, & portate Deum &c.* Ambrosiaster etiam, non tantùm verba recitat, sed & expositionem addit: *Hoc est clarificare & portare Deum in corpore, ut secundùm legem ejus ambulemus. Per legem enim suam ipse videtur in nobis. Portare tamen Deum, hoc est, ima-*

[1] ἐλεημένῃ ἐν παντὶ χαρίσματι, πεπληρωμένῃ ἐν πίστει καὶ ἀγάπῃ, ἀνυστερήτῳ οὔσῃ παντὸς χαρίσματος, [2] θεοπρεπεστάτῃ καὶ ἁγιοφόρῳ, τῇ οὔσῃ ἐν Σμύρνῃ τῆς Ἀσίας, ἐν ἀμώμῳ πνεύματι καὶ λόγῳ Θεοῦ, πλεῖστα χαίρειν.

Α'. [3] ΔΟξάζω Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Θεὸν, τὸν οὕτως [4] ὑμᾶς σοφίσαντα· ἐνόησα γὰρ ὑμᾶς κατηρτισμένους ἐν ἀκινήτῳ πίστει, ὥσπερ καθηλωμένους ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, [5] σαρκί τε καὶ πνεύματι, καὶ [6] ἑδρασμένους ἐν ἀγάπῃ ἐν τῷ αἵματι Χριστοῦ, πεπληρο-

VAR. LECT. 1 MS. ἠλεημένη. 2 εὐπρεπεστάτη. 3 Δοξάζων 4 ἡμᾶς. 5 σαρκὶ τὲ. 6 ἡδρασμένους.

VERS. COT. *repletæ fide & caritate, nullum non donum assecutæ, divinissimæ & sanctiferæ, quæ est Smyrnæ in Asia; in Spiritu immaculato & Verbo Dei, salutem plurimam.*

ginem Dei in rebus bene gestis ostendere. In Irenæo etiam legimus *Capere, & portare Deum, & Christum, & Spiritum.* PEARS.——Ad alteram rationem quod spectat, omissis Andreæ Actis Ignatianis, & Græcorum Ritualibus, testem do Anastasium Bibliothecarium, Scholiis ad Actionem 1. Synodi VIII. *Tradunt Græci, quòd parvulus, quem Dominus advocatum statuit in medio, dicens; Nisi conversi fueritis, & efficiamini sicut hic parvulus &c. iste Ignatius fuit, & idcirco hunc Deiferum nuncupant: unde nec Apostoli ausi fuerint ei, cùm ad Ecclesiæ præsulatum promoveretur, ampliùs manus imponere, nimirum quem ore Dei laudatum, & ipsius tactu sanctificatum cognoverint.* Sic Nicephorus etiam Callistus Lib. ii. Cap. 35. Verùm traditio ista incerta est, atque ignota fuit Chrysostomo in laudem Martyris Ignatii peroranti. COT.

Ἐκκλησίᾳ Θεοῦ πατρὸς.] Signanter vocat *Ecclesiam Patris & Christi*; quibus verbis explicare videtur S. Paulum, qui vocare solet ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ. 1 Cor. i. 2. x. 32. xi. 16. 22. xv. 9. 2 Cor. i. 2. Sed in Epist. i. & ii. ad Thess. τῇ ἐκκλησίᾳ ..... ἐν Θεῷ πατρὶ καὶ Κυρίῳ Ἰησοῦ Χριστῷ. PEARS.

Ἠλεημένῃ, κ. τ. λ.] Vet. Int. *habenti propitiationem.* Meliùs Vulg. *misericordiam consecutæ:* ut Rom. xi. 30. Sed quum addatur ἐν παντὶ χαρίσματι, ostendit, quid consecuta fuerit Ecclesia Smyrnæorum per misericordiam, quâ donata est, nempe varia Dei dona. Ut S. Paulus de seipso 1 Cor. vii.

omni charismate, impletæ in fide et charitate, indeficienti existenti omni charismate, Deo-decentissimæ & sanctiferæ, existenti in Smyrna Asiæ; in incoinquinato spiritu & verbo Dei, plurimum gaudere. VET. INT.

I. GLorifico Jesum Christum Deum, qui vos sapientes fecit. Intellexi enim vos perfectos in immobili fide; quemadmodum clavifixos in cruce Domini nostri Jesu Christi, & carne & spiritu; & firmatos in caritate, in sanguine Christi;

I. Glorifico Jesum Christum Deum, qui tantâ vos sapientiâ donavit. Cognovi enim vos perfectos in fide immota; ut affixos cruci Domini nostri Jesu Christi, & carne & spiritu; & firmatos in caritate, in sanguine Christi; VERS. COT.

25. ὡς ἠλεημένος ὑπὸ κυρίου πιστὸς εἶναι, *tanquam misericordiam consecutus à Domino, ut sim fidelis.* Sic igitur interpretor ἠλεημένη ἐν παντὶ χαρίσματι, *omne donum per misericordiam Christi consecutæ.* Id.

Πεπληρωμένη ἐν κ. τ. λ.] Modus loquendi Apostolicus Ephes. v. 38. πληροῦσθε ἐν πνεύματι, *implemini Spiritu.* Id.

Ἀνυστερήτῳ κ. τ. λ.] Vet. Int. *indeficienti*: Vulg. *infraudatæ*: potiùs *indefectæ*: ut Phæd. Lib. i. Fab. 21. *defectus annis.* Ignatius igitur declarat, Ecclesiam Smyrnæorum omnia dona conservâsse, & nullo eorum destitutam fuisse. *Id.*

Ἁγιοφόρῳ.] Ecclesia rectè *sanctifera* dicitur, quia *Sanctis* referta est, eosque quasi parere videtur. *Id*

Ἐν ἀμώμῳ κ. τ. λ.] Hæc ad posteriora pertinent, ut ex aliis Salutationibus patet. In his S. Paulum imitatur noster; cujus Inscriptio Epist. ad Rom. hac ipsâ longior est. Id. —— Smyrnæis salutem cum integritate mentis, & omni divinæ scientiæ ex verbo Dei hauriendæ profectu optat. SMITH.

Δοξάζω.] In MS. δοξάζων, satis bene. PEARS.

Τὸν Θεὸν.] Christum vocat *Deum* cum articulo, eo sc. modo, quo S. Matthæus & S. Paulus, non tantùm in casu recto, sed etiam in obliquo. Vetustissimi Christiani Christum *Deum* simpliciter vocabant: posteriores Hæretici *Dominum* tantùm. *Id.*

Ἐνόησα γάρ.] *Observavi enim.* Quapropter jam fuerat ipse Smyrnæ, & eorum conversationem, dum apud eos esset, observaverat. *Id.*

Ὥσπερ καθηλωμένους.] *Quasi clavifixos*; ac si clavis fixi essent. *Id.*

Πεπληροφορημένους κ. τ. λ.] Theodoretus Dial. 1. citat hoc

φορημένους εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν, ἀληθῶς ὄντα ἐκ γένους Δαβὶδ κατὰ σάρκα, υἱὸν Θεοῦ κατὰ θέλημα καὶ δύναμιν Θεοῦ, γεγεννημένον ἀληθῶς ἐκ παρθένου, βεβαπτισμένον ὑπὸ Ἰωάννου, ἵνα πληρωθῇ πᾶσα δικαιοσύνη ὑπ' αὐτοῦ· ἀληθῶς ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου καὶ Ἡρώδου τετράρχου καθηλωμένον ὑπὲρ ἡμῶν ἐν σαρκί. Ἀφ' οὗ καρποῦ
* Θεομακαρίστου. SALV. ἡμεῖς ἀπὸ τοῦ * 7 θεομακαρίου αὐτοῦ πάθους, ἵνα ἄρῃ σύσσημον εἰς τοὺς αἰῶνας, διὰ τῆς ἀναστάσεως, εἰς τοὺς ἁγίους καὶ πιστοὺς αὐτοῦ, 8 εἴτε ἐν Ἰουδαίοις, 9 εἴτε ἐν ἔθνεσιν, ἐν ἑνὶ σώματι τῆς ἐκκλησίας αὐτοῦ.

Β'. Ταῦτα γὰρ πάντα ἔπαθεν δι' ἡμᾶς, ἵνα σωθῶμεν. Καὶ ἀληθῶς ἔπαθεν, ὡς καὶ ἀληθῶς ἀνέστησεν ἑαυτόν· οὐχ' ὥσπερ ἄπιστοί τινες λέγου-

VAR. LECT. 7 θεομακαρίτου. 8 ἔν τε. 9 ἔν τε.

VERS. COT. plenè perſuaſos in Dominum noſtrum: verè exſiſtentem de genere Davidis, ſecundùm carnem; filium Dei, ſecundùm voluntatem & potentiam Dei: natum verè ex Virgine; baptizatum à Johanne, ut *impleretur ab eo omnis juſtitia*; verè ſub Pontio Pilato & Herode Tetrarcha clavis

contra Epistolam Polycarpi sub finem. Nec ad rem ullatenus facit, quòd B. Hieronymus, dum raptim, ut solet, Eusebium interpretatur, Epistolæ ad Polycarpum tribuere videatur locum Epistolæ ad Smyrnæos. Adde idoneum meo quidem judicio testem, laudatorem Epistolæ, Auctorem Homiliæ de uno utriusque Testamenti legislatore, Tom. vi. S. Chrysostomi; cujus Patris fœtus esse putatur à Damasceno, & à Photio, quamquam obnituntur viri acuti, nec levibus sanè inducti rationibus. Et verò non sit Chrysostomi. Ego adversùs Savilium & Usserium existimo, esse Johanni coætanei Doctoris: idque colligo præsertim ex iis quæ contra Arianos habet. Verùm objicitur mentio ab eo facta Barbaricæ in Romanum imperium irruptionis. Quasi sub Arcadio & Honorio Barbari per totum Orientem & Occidentem ferro grassati non fuerint: referentibus cunctis scriptoribus. En locum laudatæ Homiliæ, prout jacet in Regiis membranis MS. 414. Διὰ τοῦτο γενναῖός τις τῶν ἀρχαίων· Ἰγνάτιος δὲ ἦν ὄνομα αὐτῷ· οὗτος ἱερωσύνῃ καὶ μαρτυρίῳ διαπρέψας, ἐπιστέλλων τινὶ ἱερεῖ ἔλεγεν· Μηδὲν ἄνευ γνώμης σου γινέσθω, μήτε σὺ ἄνευ γνώμης Θεοῦ τὶ πράττε Cot.

Ἰγνάτιος ὁ καὶ Θεοφόρος.] Ut in omnibus codicis Medicæi scripturam secutus sum, ita etiam in inscriptionibus singularum Epistolarum. Vulgò legebatur; Ἰγνάτιος ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας, ὁ καὶ μάρτυς Ἰησοῦ Χριστοῦ, &c. Duo hìc displicent: nam neque verisimile Ignatium semetipsum Martyrem appellâsse, quod vocabulum tum temporis vix aliter accipiebatur, quàm peculi-

Ignatius, qui & Theophorus, Polycarpo Episcopo Ecclesiæ Smyrnæorum, magis autem visitato à Deo Patre & Jesu Christo, plurimùm gaudere. VET. INT.

I. ACceptans tuam in Deo sententiam, firmatam ut supra petram immobilem, superglorifico, dignificatus tuâ facie immaculatâ; quâ fruar in Deo. Deprecor te in Dei gratiâ, quâ indutus es, apponere cursui tuo, & omnes deprecari ut salventur. Justi-

dibus, dignus habitus inculpatâ tuâ facie, quâ utinam fruar in Deo. Obsecro te in [Dei] gratia, quâ indutus es, ut ad cursum tuum adjicias, omnesque adhorteris ut sal- VERS. COT.

ari illâ significatione de illo, qui pro Christi confessione sanguinem suum effudisset, aut saltem multa fuisset perpessus. Sed & ipse Ignatius alibi inquit, sese nescire an dignus sit martyrii prærogativâ: quî itaque hìc martyrem sese vocaret? Neque etiam verum, sibi appellationem Episcopi adtribuisse: nisi semel tantùm in Epistola ad Romanos. Vide quantâ modestiâ loquatur in Epist. ad Magnesios; τῆς ἐν Συρίᾳ ἐκκλησίας, ὅθεν οὐκ ἄξιος εἰμὶ καλεῖσθαι. Item in Epist. ad Trallianos; τῆς ἐν Συρίᾳ ἐκκλησίας, ὅθεν καὶ οὐκ ἄξιός εἰμι λέγεσθαι, ὢν ἔσχατος ἐκείνων. His quoque in locis additur ἐπίσκοπος in vulgatis codicibus; quod tamen reticuit Ignatius. Sed nec habemus exemplum, quòd quispiam in primitiva illa Ecclesia Episcopi titulum sibi adtribuerit. Ita nec Polycarpus, quem tamen & Ignatius noster, & omnes Episcopum vocant, nomen illud expressit, cùm ad Philippenses scribit; Πολύκαρπος καὶ οἱ σὺν αὐτῷ πρεσβύτεροι· VOSS.

Μᾶλλον ἐπισκοπημένῳ] Pulchra Epanorthosis & planè Apostolica. Gal. iv. 9. PEARS.—— Ad Job. xx. ult. Auctor Comment. Tom. viii. Hieronymi: *Quemadmodum Dominus à dominatione rerum omnium scitur; ita Episcopus, eò quòd superintendat in omnem creaturam, verissimè dicitur.* Et Olympiodorus, Μακάριος ἐπίσκοπος, ὁ νοήσας τὸν ἀληθινὸν ἐπίσκοπον, καὶ ζηλῶν αὐτὸν, καὶ γινόμενος ὡς ἐν ἀνθρώποις θεὸς, καὶ ἔχων ἐπίσκοπον τὸν ποιοῦντα αὐτὸν ἀληθῶς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἐπίσκοπον. 1 Pet. ii. 25. COT.

Ἀποδεχόμενος] Gloss. Ἀποδέχομαι, *probo, acceptum habeo, comprobo. Comprobat,* ἀποδέχεται. PEARS.

Τὴν ἐν Θεῷ γνώμην.] In Epist. ad Rom. τὴν εἰς τὸν Θεόν μου γνώμην. *Id.*

Τοῦ προσώπου σου.] Nunquam igitur antè viderat Polycarpum. *Id.*

Προσθεῖναι τῷ δρόμῳ σου.] Πληροῦν τὸν δρόμον. Act. xiii. 25.

καὶ πάντας παρακαλεῖν, ἵνα σώζωνται. Ἐκδίκει σου τὸν τόπον ἐν πάσῃ ἐπιμελείᾳ, σαρκικῇ τε καὶ πνευματικῇ. Τῆς ἑνώσεως φρόντιζε, ἧς οὐδὲν ἄμεινον. Πάντας βάσταζε, ὡς καί σε ὁ Κύριος· πάντων ἀνέχου ἐν ἀγάπῃ, ὥσπερ καὶ ποιεῖς. Προσευχαῖς σχόλαζε ἀδιαλείπτοις· αἰτοῦ σύνεσιν πλείονα ἧς ἔχεις. Γρηγόρει, [1] ἀκοίμητον πνεῦμα κεκτημένος. Τοῖς κατ' ἄνδρα κατὰ βοήθειαν Θεοῦ λάλει. Πάντων τὰς νόσους βάσταζε, ὡς τέλειος ἀθλητής· ὅπου [2] πλείων κόπος, πολὺ κέρδος.

Β'. Καλοὺς μαθητὰς ἐὰν φιλῇς, χάρις σοι οὐκ ἔστιν· μᾶλλον τοὺς λοιμοτέρους ἐν πρᾳότητι ὑπότασσε. Οὐ πᾶν τραῦμα τῇ [1] αὐτῇ ἐμπλάστρῳ

VAR. LECT. [1] MS. ἀκοιμήτον. [2] πλεῖον. [1] MS. ἀυτῆ.

VERS. COT. ventur. Tuere locum tuum, in omni cura carnali & ſpiritali. Unitatis curam habe; quâ nihil melius. Omnes perfer; quò & te Dominus. Omnes tolera per caritatem; ſicut & facis. Precibus vaca perpetuis. Poſtula intellectum ampliorem, quàm habes. Vigila, inſomnem

Τελειοῦν τὸν δρόμον. xx. 24. 2 Tim. iv. 7. *Id.*

Ἐκδίκει σου τὸν τόπον.] Hortatur Polycarpum, ut locum & dignitatem officii ſui tueatur & defendat; eaque, quæ ad ſedem ſuam pertinebant, vindicet. Ita Origenes in Matt. p. 279. Ἐπεὶ δὲ τὸν τόπον ἐπισκοπῆς ἐκδικοῦντες, κ.τ.λ. PEARS.

Ἐν πάσῃ ἐπιμελείᾳ, κ. τ. λ.] In omn um cultu virtutum, tam quæ ad animum, quàm quæ ad corpus quoque ſpectant. 1 Cor. vii. 34. *Cogitat quæ Domini ſunt, ut ſit ſancta & corpore & ſpiritu.* Non mirum autem, Polycarpo dari conſilia per Ignatium, qui erat longè illo & natu grandior, & in Epiſcopatu antiquior. COT.

Ἀκοίμητον πνεῦμα] Videtur opponi πνεύματι τῆς ἀργίας καὶ κατανύξεως. Rom. xi. 8. SMITH. ——Apud Damaſcenum, qui hunc locum citat Parall. Lib. ii. 125. legitur ἀκοίμητον ὄμμα, quod idem eſt: intelligit enim ὄμμα τῆς ψυχῆς, ut Iſidor. Peluſ. Lib. iii. Ep. 324. Inde poſtea Monachi quidam dicti ſunt ἀκοίμητοι. PEARS.

Κατὰ βοήθειαν] Vetus lectio videtur eſſe ὁμοήθειαν· quæ vox ab interpolatore retinetur. β & μ in MSS. ſæpe vix diſtingui poſſunt. Sic legebat Vet. Int. ut Epiſt. ad Magneſ. §. 6. ὁμοήθειαν Θεοῦ vertit *eandem conſuetudinem Dei.* Id.——Βοήθειαν eſt vera lectio. Miror quî factum, ut Interpres Vetus verterit *conſuetudinem*, tanquam, ſi ſcriptum fuiſſet ὁμοήθειαν, quomodo legit Pſeudo-Ignatius; cùm tamen recentiores Verſio-

ſica locum tuum, in omni curâ carnali & ſpi- VET. INT.
rituali. Unionem cura, quâ nihil melius. Omnes ſupporta; ut & te Dominus. Omnes ſuſtine in charitate; quemadmodum & facis. Orationibus vaca indeſinentibus: pete intellectum ampliorem eo quem habes. Vigila, non dormientem ſpiritum poſſidens: ſingulis ſecundùm conſuetudinem Dei loquere. Omnium ægritudines porta, ut perfectus athleta: ubi major labor, multum lucrum.

II. Bonos diſcipulos ſi diligas, gratia tibi non eſt: magis deteriores in manſuetudine ſubjice. Non omne vulnus eodem emplaſtro curatur. Exacer-

ſpiritum poſſidens. Singulis juxta * adjutorium Dei loque- VERS. COT.
re. Cunctorum ægrotationes porta, ſicut perfectus athleta. *concordiam.
Ubi plus laboris; magnum lucrum eſt.

II. Bonos diſcipulos ſi amaveris, nulla tibi eſt gratia: potiùs peſtilentiores in manſuetudine ſubjice. Non omne vulnus eodem emplaſtro curatur. Vehementiores morbi

nes habeant *ſecundùm adjutorium*. VOSS.——Quænam eſt illa *Dei conſuetudo*, quam, ſingulis, prout illorum res tulerint, locuturus S. Polycarpus, debet imitari? Locutio ſanè dura & omnino rejicienda. SMITH.

Τὰς νόσους βάσταζε.] Quid eſt βαστάζειν τὰς νόσους, vide Matt. viii. 17. ex Iſaia, ſecundùm Heb. non LXX. unde fortaſſe colligi poteſt, S. Matthæum Hebraicè ſcripſiſſe. PEARS.

Ὡς τέλειος ἀθλητής] Pancratiaſtes ſive pentathlos; unde τέλειον & τελειώτατον γυμνάσιον apud Galen. ὑγι. Lib. iii. *Id.*

Ὅπου πλείων κόπος, κ. τ. λ.] Vide 1 Cor. iii. 8. Pulchra hæc eſt γνώμη ſive ſententia. Κόπος labor vehemens, & agitatio corporis violenta, unde laſſitudo oriri ſolet: major ſcil. quàm quæ à corpore ferri poſſit. Κόπος athletas propriè ſpectat. *Id.*

Χάρις σοι οὐκ ἔστιν.] Eodem ſenſu, quo apud 1 Pet. ii. 19, 20. τοῦτο γὰρ χάρις, &c. Si fratribus, qui doctrinæ & diſciplinæ tuæ morem geſſerint, benignus ſis, quid gratiæ illinc promereberis? Hoc vix laude & commendatione dignum cuiquam videbitur. *Id.*

Λοιμοτέρους.] Ita etiam Interpolator. Vulg. Int. *peſtiferos*. Antiochus, Antonius, & Damaſcenus, ſenſum reſpicientes, verba mutârunt, & exhibuerunt ἀπειθεστέρους. Eſt enim quaſi peſtis Eccleſiæ inobedientia. Act. xxiv. 5. Εὑρόντες γὰρ τὸν ἄνδρα τοῦτον λοιμὸν καὶ κινοῦντα στάσιν. PEARS.

Οὐ πᾶν τραῦμα κ. τ. λ.] Apud Damaſcenum etiam Capite

θεραπεύεται. Τοὺς παροξυσμοὺς ἐμβροχαῖς [2] παῦε. Φρόνιμος γίνου, ὡς ὄφις, ἐν ἅπασιν· καὶ ἀκέραιος, ὡσεὶ περιστερά. Διὰ τοῦτο σαρκικὸς εἶ καὶ πνευματικὸς, ἵνα τὰ φαινόμενά * σου εἰς πρόσωπον κολακεύῃς· τὰ δὲ ἀόρατα αἴτει ἵνα σοι φανερωθῇ, ὅπως μηδενὸς λείπῃ, καὶ παντὸς χαρίσματος περισσεύῃς. Ὁ καιρὸς ἀπαιτεῖ σε, ὡς κυβερνῆται ἀνέμους, καὶ ὡς χειμαζόμενος λιμένα, εἰς τὸ Θεοῦ ἐπιτυχεῖν. Νῆφε ὡς Θεοῦ ἀθλητής·

* Al. σοι.

VAR. LECT. [2] ἐν βροχαῖσ.

VERS. COT. accessiones superfusionibus seda. *Prudens esto, sicut serpens*, in omnibus; *& simplex, ut columba.* Propter hoc corporalis es & spiritualis, ut quæ apparent coram te de-

περὶ διαφορᾶς καταστάσεως &c. Proverbialis est locutio. In Antonii Melissa Lib ii. Serm. 69. ex Clemente; ἐν μιᾷ ἐμπλάστρῳ καὶ σεαυτὸν καὶ τὸν πλησίον ἰασάμενος. Hieronymus Ep. lxv. Cap. 1. *Scilicet uno medicamine omnes simul morbos debere curari.* Epist. lxi. Cap. 2. *Imperiti medici ad omnes oculorum dolores uno utuntur collyrio.* Sic Procœmio in Epist. ad Ephes. Præter Constit. Apost. Lib. ii. Cap. 20 & 41. legatur Salvianus paullò ante finem Lib. vi. de gubernatione Dei, cum Rittershusii Commentariis. COT.

Τοὺς παροξυσμοὺς ἐμβροχαῖς παῦε.] Falsa est planè, ne dicam ridicula, lectio, quæ apud Damascenum exstat in Parallelis; ἐν βρόχοις παῦε. Miror, fuisse aliquos, qui lectionem hanc adprobaverint. Nam quorsum laquei, aut restes, in paroxysmis? an ideo, ut sese ægri suspendant? Egregia certè medicina, si quis dixerit ægrotanti, Abi, sume restem, & suspende te, ac liberaberis morbo. Excellentiores hoc curationis genere sunt carnifices, quàm medici. Sed mittamus risum. Lectio vulgata verissima est. Vetus versio habet; *exacerbationes impluviis quieta:* nimirum quòd ἐμβρέχω, *impluo*, Glossæ interpretentur. Rectiùs medici ἐμβροχὴν *superfusionem* vocant. Posterioris ævi homines hanc *embrocationem* adpellârunt. Cur autem Ignatius dicat paroxysmos sanari embrochis, hæc est ratio; quòd locis malè affectis commodè quis possit embrochen adplicare, etiam in accessione febris: eo autem tempore non rectè uti quis possit emplastro propter gravitatem. Cùm vero & febris remittit, & ægrotus convalescit, tum demum cataplasmata adhibenda sunt. Et ferme ἐμβροχὴ, quæ mille modis præparabatur, est perpetuum medicorum remedi-

bationes impluviis quieta. *Prudens ſias, ut ſer-* Vet. Int.
pens, in omnibus; *& ſimplex, ut columba*. Propter Matt. x. 16.
hoc carnalis es & ſpiritualis; ut manifeſta in tuam faciem blandiaris: inviſibilia autem petas ut tibi manifeſtentur; ut nullo deficias, & omni chariſmate abundes. Tempus expetit te, ut gubernatores ventos; & ut qui in procella eſt portum à Deo potiendum.

mulceas: quæ autem non videntur petas ut manifeſtentur Vers. Cot
tibi; ne tibi quidquam deſit, & omni dono abundes. Tempus expetit te; ut gubernatores ventos; & ut tempeſtate jactatus portam; quò Deo potiaris. Cautè te ge-

um, ad dolores capitis, quibus adſit febris. Hinc βρίγμα dictum puto, quia ἐμβροχαὶ ſincipiti adhibentur. Voss. — Παῦε vox eſt à medicis ſæpe uſurpata. Παῦσις, *acceſſionis declinatio*. Senſus hujus conſilii optimè illuſtrari poteſt ex Conſtit. Apoſt. Lib. ii Cap. 20. & 41. Pears.

Σαρκικὸς εἶ καὶ πνευματικός.] Variis affectibus, qui tum à naturali ſtatu, tum à ſpirituali, in hac arctiſſima corporis & animæ unione, fluunt, quum ſis compoſitus: inde pro varia rerum ratione prudenter te agere oportet. Smith.

Τὰ φαινόμενα κ. τ. λ.] i. e. Corpus tuum. Pears. — *Quæ coram manifeſta ſunt, inque oculos tuos incurrunt*. Id.

Κολακεύῃς.] Videtur legendum κολακεύῃ. Voss — Uti legebat Antiochus, ſed malè. *Blandientium more tractes*, & placidè feras. Smith. — Vetus quædam verſio[ſc. Interpolat.] *corrigas*, quaſi eſſet κολάζῃς. Oxon.

Τὰ δὲ ἀόρατα κ. τ. λ.] Futura verò, quæ omnem conſpectum humanum fugiunt, à Deo pete, ut tibi manifeſta fiant: vel, arcana illa myſteria, quæ obtutu humano perfectè diſcerni & dignoſci non poſſunt, niſi Deo revelante: ob hæc Deus exorandus eſt, ut omni chariſmate ad munus Epiſcopale rite & pro dignitate obeundum abundes. Smith.

Εἰς τὸ Θεοῦ ἐπιτυχεῖν] Vet. Int. *à Deo potiundum*. Error procul dubio librarii, pro *ad Deo potiundum*: ut notârunt Uſſerius & Pearſonus. *Ut ipſe cum cæteris tuæ curæ commiſſis Deum aſſequaris*. In hac tua ſtatione, in hac temporum lucta, res afflictæ Chriſtianorum tuam opem deſiderant, imò & expoſcunt, ut navarchi proſperos ventorum flatus, ac mari procelloſo jactati portum Hanc periochen neutiquam intellexit Interpolator, qui ſupplendi ſenſûs cauſſâ malè addidit εὔχεσθαι. *Id.*

Νῆφε ὡς Θεοῦ ἀθλητής.] Tertullianus ad Martyres: *Nempe enim, ut Athletæ ſegregantur in ſtrictiorem diſciplinam, ut robori ædificando vacent, continentur à*

τὸ θέμα ἀφθαρσία καὶ ζωὴ αἰώνιος, περὶ ἧς καὶ σὺ πέπεισαι. κατὰ πάντα σου ἀντίψυχον [3] ἐγὼ, καὶ τὰ δεσμά μου, ἃ ἠγάπησας.

Γ΄. Οἱ δοκοῦντες ἀξιόπιστοι εἶναι καὶ ἑτεροδιδασκαλοῦντες, μή σε καταπλησσέτωσαν. Στῆθι ἑδραῖος ὡς ἄκμων τυπτόμενος. Μεγάλου ἐστὶν ἀθλητοῦ τὸ δέρεσθαι καὶ νικᾷν· μάλιστα δὲ ἕνεκεν Θεοῦ πάντα ὑπομένειν ἡμᾶς δεῖ, ἵνα καὶ αὐτὸς ἡμᾶς ὑπομείνῃ. Πλέον σπουδαῖος γίνου οὗ εἶ. Τοὺς καιροὺς καταμάνθανε· τὸν ὑπερκαι-

VAR. LECT. 3 ἐγώ.

VERS. COT. re, ut Dei athleta. Thema ſeu propoſita corona eſt incorruptio & vita æterna; de qua & tu perſuaſus es. Secundùm omnia vice animæ tuæ ſim ego, & vincula mea quæ dilexiſti.

luxuria, à cibis lautioribus, à potu jucundiore; coguntur, cruciantur, fatigantur: quantò plùs in exercitationibus laboraverint, tantò plùs de victoria ſperant. Vide Theophylactum ad 2 Tim. iv. 5. PEARS.

Τὸ θέμα ἀφθαρσία κ. τ. λ.] Hunc locum cùm is, qui Pſeudo-Ignatium nobis ſuppoſuit, non intelligeret, mirum in modum corrupit. Sed neque vetus interpres rectè mentem Ignatii percepit. Ita erat vertendum: *Tempus te expetit, ut gubernatores ventos, & tempeſtate vexati portus [expetunt] ut fruaris Deo. Sobrius eſto, ut athleta Dei. Depoſitum eſt, incorruptio & vita æterna, in quam & tu credis.* Θέμα hìc eſt pecunia, ſive ſors, quæ ad uſuram ponitur. De hoc vocabulo vide, quæ notavit magnus Salmaſius libro de trapezitico fœnore. Ita quoque accipiendum illud Tobiæ. iv. 9. θέμα γὰρ ἀγαθὸν θησαυρίζεις σεαυτῷ εἰς ἡμέραν ἀνάγκης. Quem locum non bene ceperunt interpretes. VOSS. —— Malo in comparatione Athletica τὸ θέμα exponere βραβεῖον, præmium certantibus propoſitum. Atque hujus ſignificationis exempla accipies à Seldeno, iiſque quos ille magnæ diligentiæ vir laudat, Ad marmora Arundelliana, p. 163. COT. —— Θέμα eſt vox Agoniſtica. Vult igitur Polycarpum, ut athletam, non hominum, ſed Dei, præmium quidem, ut athletæ ſolebant, expectare, non autem humanum; non coronam aut pecuniam, ſed à Deo dandum, & munus Deo dignum, immortalitatem ſc. & vitam æternam. Illud enim eſt ἆθλον Dei proprium. Sic eam vocem uſurpavit poſteriorum Sibyllinorum conditor, ſecundi ſeculi ſcriptor, præmium ipſum nunc θέμα ſimpliciter, nunc ἆθλον

Vigila, ut Dei athleta: thema incorruptio, vita æterna; de qua & tu confisus es secundùm omnia. Tui refrigerium ego, & vincula mea quæ dilexisti. VET. INT.

III. Qui videntur fide digni esse & altera docent, non te stupefaciant: sta firmus, ut incus percussa. Magni est athletæ, discerpi & vincere. Maximè autem propter Deum omnia sustinere nos oportet: ut & ipse nos sustineat. Plùs studiosus fias, quàm es. Tempora considera: eum qui supra tempus expec-

III. Qui videntur fide digni esse, & aliena docent, non te perterrefaciant. Sta firmus, ut incus quæ percutitur. Magni athletæ est, cædi & vincere. Maximè verò propter Deum omnia sustinere nos oportet; ut & ipse nos sustineat. Studiosior fias, quàm es. Tempora perpende. VERS. COT.

τοῦ θέματος appellans. p. 196.

Ἁγνὸς γὰρ Χριστὸς τούτοις τὰ δίκαια βραβεύσει,
Καὶ δοκίμους στέψει, αὐτὰρ θέμα μάρτυσι δώσει
Ἀθάνατον, μέχρι καὶ θανάτου ποιοῦσιν ἀγῶνα.
Παρθενικοῖς δὲ δραμοῦσι καλῶς ἄφθαρτον ἄεθλον
Δώσει τοῦ θέματος.

Agonum victores à præmio vel στεφανῖται vel θεματῖται dicebantur: vel θεματικοὶ, ut Jul. Poll. Lib. iii. C. 20. Θεματικοὶ autem ἀργυρῖται dicti sunt. Et apud Athen. p. 584. C. Οὐ γὰρ στεφανίτης ὁ ἀγών ἐστιν, ἀλλ' ἀργυρίτης. PEARS.

Ἀντίψυχον.] Int. Vet. mirè reddidit *refrigerium*, quasi legisset ἀνάψυχον, ut ipse in Epist. ad Trall. ἀναψύχειν vertit *refrigerare*. Id.

Στῆθι ἑδραῖος, κ. τ. λ.] Jobi xli. 15. ἕστηκεν δὲ ὥσπερ λίθος ἀνήλατος. S. Ephræm Syrus Paræn. 33. *Præbeamus ergo nos velut incudes percussi, & nequaquam terga vertentes, neque aliquam notam mollitiei, vel despicientiæ, desidiæve, per flagella atque tentationes in nos ipsos admittentes. Cæsi vincamus adversarium per patientiam.* Apud B. Hieronymum Epist. 151. quæst. 5. *Ut si forsitan surrexisset contra eum malleus universæ terræ, quasi incus durissima resisteret, malleumque contereret.* Denique in Vita S. Chrysostomi Metaphrastem, Cap. xxxiii. Rescriptum Epiphanii ad Chrysostomum est; Ἀθλητὰ Ἰωάννη, παίου καὶ νίκα, κ. τ. λ. COT.

Ἵνα καὶ αὐτὸς κ. τ. λ.] Apodosis apta & concinna: 'ut Deus pro 'infinita sua lenitate nos, si quo'quo modo ex fragilitate huma'næ naturæ deliquerimus, susti'neat, & benignè se erga nos 'gerat.' Superfluè verò, nec ad mentem Apostolici Scriptoris explicat Interpolator, ἀναμείνῃ εἰς τὴν βασιλείαν. SMITH.

Τὸν ὑπέρκαιρον] *Omni tempore*

ρον προσδόκα, τὸν ἄχρονον, τὸν ἀόρατον, τὸν δι' ἡμᾶς ὁρατὸν, τὸν ἀψηλάφητον, τὸν ἀπαθῆ, τὸν δι' ἡμᾶς παθητὸν, τὸν κατὰ πάντα τρόπον δι' ἡμᾶς ὑπομείναντα.

Δ'. Χῆραι μὴ ἀμελείσθωσαν· μετὰ τὸν Κύριον σὺ αὐτῶν φροντιστὴς ἔσο. Μηδὲν ἄνευ γνώμης σου γινέσθω, μηδὲ σὺ ἄνευ Θεοῦ τι * πρᾶσσε· ὅπερ οὐδὲ πράσσεις, εὐσταθής. Πυκνότερον συναγωγαὶ γινέσθωσαν· ἐξ ὀνόματος πάντας ζήτει. Δούλους καὶ [1] δούλας μὴ ὑπερηφάνει· ἀλλὰ μηδὲ αὐτοὶ φυσιούσθωσαν, ἀλλ' εἰς δόξαν Θεοῦ πλέον δουλευέτωσαν, ἵνα κρείττονος ἐλευθερίας ἀπὸ Θεοῦ τύχωσιν. Μὴ ἐράτωσαν ἀπὸ τοῦ κοι-

* πράττης. SALV.

VAR. LECT. [1] MS. δουλασ.

VER. COT. Eum qui ultra tempus eſt, exſpecta; intemporalem; inviſibilem, propter nos viſibilem; impalpabilem; impatibilem, propter nos patibilem; qui omnimodis propter nos ſuſtinuit.

priorem, ante orbem conditum. *Id.*

Τὸν ἄχρονον] *Antequam tempus eſſet*, h. e. ab omni æternitate. *Id.*——Clemens Alex. Lib. vii. 700. C. Τὸν ἄχρονον καὶ ἄναρχον ἀρχήν τε καὶ ἀπαρχὴν τῶν ὄντων τὸν υἱόν. PEARS.

Τὸν ἀόρατον, κ. τ. λ.] Iren. 277. D. *Invisibilis & visibilis factus, incomprehensibilis factus comprehensibilis, & impassibilis passibilis.* Id.

Τὸν ἀπαθῆ, κ. τ. λ.] Naz. Orat. xl. 671. C. ἀπαθῆ θεότητι, παθητὸν προσλήμματι. li. 538 C. D. παθητὸν σαρκὶ, ἀπαθῆ θεότητι· quem & vocat Θεὸν παθητὸν κατὰ τῆς ἁμαρτίας. Orat. xxxvi. Vide Barnabæ Epiſt. *Id.* —— Si, quemadmodum exiſtimat Uſſerius, in Interpolatarum Epiſtolarum Verſione poſterior hujus pars ideo reſecta fuit, quia multa in ea reperiebantur, quæ ad Smyrnenſes magis pertinerent; cur hoc in loco finis imponitur, & non in Cap. v. fine, poſt quem incipit ſermo ad plures? Itaque non de induſtria reſectio facta eſt, ſed caſu; opinor, propter mutilum exemplar: unde à Cod. Thuaneo abeſt clauſula, *Amen*. COT.

Μηδὲν ἄνευ γνώμης κ. τ. λ.] Apud Chryſoſtomum Tom. vi. Homil. de uno legiſlatore, ita hic locus citatur: μηδὲν ἄνευ τῆς γνώμης σου γινέσθω, μηδέ σὺ ἄνευ Θεοῦ γνώμης τι πράσσε. Ita quoque Pſeudo-Ignatius. Sed cum Florentini libri lectione convenit Verſio vetus. VOSS.

Ὅπερ οὐδὲ πράσσεις, εὐσταθής.] Peſſimè hæc reddidit Vet. Int,

ta, intemporalem, invisibilem, propter nos visibilem; impalpabilem, impassibilem, propter nos passibilem, secundùm omnem modum propter nos sustinentem. VET. INT.

IV. Viduæ non negligantur: post Dominum tu ipsarum curator esto. Nihil sine sententia tua fiat; neque tu sine Deo quid operare: quod autem operaris, sit bene stabile. Sæpe congregationes fiant: ex nomine omnes quære. Servos & ancillas ne despicias: sed neque ipsi inflentur; sed in gloriam Dei plùs serviant, ut meliori libertate à Deo poti-

IV. Viduæ non negligantur. Post Dominum tu earum curator esto. Nihil sine tua voluntate fiat; neque tu quidquam sine Dei voluntate agas; quod nec facis cùm sis constans. Crebriùs conventus fiant. Nominatim omnes inquire. Servos & ancillas ne superbè contemnas: sed nec ipsi inflentur; verùm ad gloriam Dei plùs serviant, ut potiorem libertatem à Deo consequantur. Non cupi- VERS. COT.

ac si legisset δὲ pro οὐδὲ, & εὐσταθὲς pro εὐσταθής. Tu igitur cum D. Vossio redde: *quod neque facis, constans quum sis.* Εὐσταθὲς quidem de constitutione corporis usurpabant Epicuræi; de qua Origenes contra Cels. L. iii p. 159. τὸ τῆς σαρκὸς εὐσταθὲς κατάστημα. De animo potiùs accipitur, & de constanti & immoto ejus tenore, & stabili, placido & quieto statu. Orig. in Jo. διὰ τὸ φρῶν αὐτῶν πρᾶον μὲν καὶ εὐσταθές. & contra Cels 50. Sæpe utitur Philo τὸ ἐπιεικὲς καὶ τὸ εὐσταθές. PEARS.

Πυκνότερον] Glossar πυκνῶς, *crebrò, assiduè. Frequentiùs* potiùs verterem, quòd Latinè utrumque significat. Non enim de crebris, sed de confertis & plenis conventibus agit: ut sequentia ostendunt; & ipse ad Ephesios §. xiii. *Id.*

Συναγωγαὶ] *Conventus sacri*, diebus festis aliisque, si commodum videbitur. SMITH.

Μὴ ἐράτωσαν κ. τ. λ.] Antonius Melissa Lib. ii. λόγ. κϚ'. οἱ δοῦλοι μὴ ἐράτωσαν ἀπὸ τοῦ κοινοῦ ἐλευθεροῦσθαι, ἀλλ' εἰς δόξαν Θεοῦ πλέον δουλευέτωσαν, ἵνα κρείττονος ἐλευθερίας ἀπὸ Θεοῦ τύχωσιν· ultimis verbis hujus periochæ omissis, aliisque inversis; quod citantibus frequenti usu venit. Antiochus quoque habet ἐράτωσαν, *desiderent*, & rectè quidem. Interpolator, αἱρείτωσαν, *eligant*, quum hoc non esset in illorum potestate. *Id.* —— Hæc sententia eodem modo profertur per Damascenum Cap. περὶ δούλων χρηστῶν. COT.

Ἀπὸ τοῦ κοινοῦ] An à commu-

νοῦ ἐλευθεροῦσθαι, ἵνα μὴ δοῦλοι εὑρεθῶσιν τῆς ἐπιθυμίας.

Ε΄. Τὰς κακοτεχνίας φεῦγε· μᾶλλον δὲ περὶ τούτων ὁμιλίαν ποιοῦ. Ταῖς ἀδελφαῖς μου προσλάλει, ἀγαπᾷν τὸν Κύριον, καὶ τοῖς συμβίοις ἀρκεῖν σαρκὶ καὶ πνεύματι. Ὁμοίως καὶ τοῖς ἀδελφοῖς μου παράγγελλε ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἀγαπᾷν τὰς συμβίους, ὡς ὁ Κύριος τὴν ἐκκλησίαν. Εἴ τις δύναται ἐν ἁγνείᾳ μένειν εἰς τιμὴν τοῦ Κυρίου τῆς σαρκὸς, ἐν ἀκαυχησίᾳ μενέτω. Ἐὰν καυχήσηται, ἀπώλετο· καὶ ἐὰν γνωσθῇ πλέον τοῦ ἐπισκόπου, ἔφθαρται. Πρέπει δὲ τοῖς γα-

VER. COT. ant à communi donari libertate, ne servi inveniantur cupiditatis.

V. Malas artes fuge : imò verò de iis verba ne facito. Sororibus meis dicito, ut Dominum ament, & maritis con-

ni sorte & conditione servorum? An à communitate, cui addicti erant? alii enim civitatis servi, alii privatorum. An à communibus sumptibus sive publico ærario Christianorum? SMITH. —— Κοινὸς Hesychio est δεσπότης. Κοινὸν commune Christianorum, seu Ecclesiam significat in Luciani Peregrino, & apud Eusebium Hist. ii. 1. Τὰ κοινὰ verò de publica pecunia dici monent Lexicographi. Primæ interpretationi nonnihil favet Brunneri Editio, dum pro κοινοῦ exhibet κυρίου. COT.

Τὰς κακοτεχνίας] *Malas artes.* Non rectè interpretes verterant, *maleficia.* Maleficium vocatur etiam, ubi nulla est ars. Multùm itaque differt κακουργία, & κακοτεχνία, ad quam, ut vox ipsa indicat, necessariò ars requiritur. VOSS.

Ὁμιλίαν ποιοῦ.] Legendum μὴ ποιοῦ, quomodo & Pseudo-Ignatius. VOSS. —— Non ita legendum : videntur enim hæc non ad priora, sed posteriora spectare. PEARS. —— Μὴ deest in MS. nec agnoscit Vet. Int. quasi S. Ignatius Polycarpum admonuisset, ut de hisce malis artibus frequentes orationes coram populo habeat, quò ab iisdem magis sedulò caveatur. Interpolator habet μὴ ποιοῦ· h. e. *cum hisce malis artibus nullum commercium habe aut consuetudinem :* sed tum pro περὶ τούτων ponendum videtur μετὰ τούτων. SMITH.

Τοῖς συμβίοις.] Ὁ σύμβιος, maritus; ἡ σύμβιος, uxor: unde συμβίωσις, *mariti & uxoris in vita consuetudo.* PEARS.

Ἀρκεῖν.] Sic MS. non ἀρκεῖσθαι, ut Codices impressi secundùm Editionem Vossianam.

Εἴ τις δύναται ἐν ἁγνείᾳ μένειν

antur. Non desiderent à communi liberi fieri; ne servi inveniantur concupiscentiæ. VET. INT.

V. Malas artes fuge: magis autem de his homeliam fac. Sorores meas alloquere, diligere Dominum, & viris sufficere carne & spiritu. Similiter & fratribus meis annuncia, in nomine Jesu Christi, diligere uxores, ut Dominus Ecclesiam. Si quis potest in castitate manere, in honorem carnis Domini, in ingloriatione Domini maneat. Si glorietur, perditur: & si videri velit plus Episcopo, corruptus est. Decet autem ducentes & ductas,

tentæ sint carne ac spiritu. Similiter & fratribus meis manda, in nomine Jesu Christi, diligant conjuges suas, sicut Dominus Ecclesiam. Si quis potest in castitate manere, ad honorem carnis Dominicæ, in humilitate maneat. Si glorietur, periit. Et si se majorem Episcopo censet, interiit. Decet verò ut sponsi & sponsæ de sen- VER. COT.

εἰς τιμὴν τοῦ Κυρίου τῆς σαρκὸς.] Prout Pseudo-Ignatius, ita quoque Vet. Int. & omnes commentatores, hunc locum intellexere. Ego certus sum, hunc locum ita vertendum, & intelligendum: *si quis potest in castitate carnis permanere, ad honorem Domini, sine jactantia permaneat.* VOSS.

Εἰς τιμὴν τῆς σαρκὸς τοῦ Κυρίου.] *In honorem carnis Dominicæ,* quæ casta extitit. [Sequitur enim Cotelerius Interpolatoris lectionem] Juxta Tertullianum de Monogamia Cap. iii. *Ipso Domino spadonibus aperiente regna cœlorum, ut & ipso spadone.* Vertere licet Medicei codicis lectionem, *ad honorem illius qui carnis Dominus est.* COT.

'Εν ἀκαυχησίᾳ.] Vet. Int. *in ingloriatione.* Ita habet uterque MS. Qui *in gloriatione* legebant, addiderunt *Domini.* PEARS.

'Εὰν γνωσθῇ πλέον.] In vulgatis editionibus πλὴν corruptissimè. Sensus verò videtur esse hujusmodi: 'Si quis inani δοκησισοφίᾳ 'elatus, aut ex morum castitatis-'que ostentatione se magis æ-'quo spectandum cognoscen-'dumque velit, ut in aliorum 'opinione Episcopo præferatur, 'ille omni sano judicio vacuus 'est.' SMITH.

Πρέπει δὲ τοῖς γαμοῦσι, κ. τ. λ.] Nuptiæ sc. in Ecclesia fiebant, & benedictio sacerdotalis solenniter impertita nuptis: hoc seculo secundo. PEARS. —— Hinc clarè patet, nuptias non fuisse habitas justas & legitimas absque sententia Episcopi, & benedictione sacerdotali, in primis Christianismi seculis. SMITH.

μοῦσι, καὶ ταῖς γαμουμέναις, μετὰ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου τὴν ἕνωσιν ποιεῖσθαι· ἵνα ὁ γάμος ᾖ κατὰ Θεὸν, καὶ μὴ κατ' ἐπιθυμίαν. Πάντα εἰς τιμὴν Θεοῦ γινέσθω.

ϛʹ. Τῷ ἐπισκόπῳ προσέχετε, ἵνα καὶ ὁ Θεὸς ὑμῖν. Ἀντίψυχον ἐγὼ τῶν ὑποτασσομένων τῷ ἐπισκόπῳ, πρεσβυτέροις, διακόνοις· καὶ μετ' αὐτῶν μοι τὸ μέρος γένοιτο σχεῖν ἐν Θεῷ. Συγκοπιᾶτε ἀλλήλοις, [1] συναθλεῖτε, συντρέχετε, συμπάσχετε, συγκοιμᾶσθε, συνεγείρεσθε, ὡς Θεοῦ οἰκονόμοι, καὶ πάρεδροι, καὶ ὑπηρέται. Ἀρέσκετε ᾧ στρατεύεσθε, ἀφ' οὗ καὶ τὰ ὀψώνια κομίζεσ-

VAR. LECT. 1 MS. συναθλῆτε.

VER. COT. tentia Episcopi conjugium faciant; quò nuptiæ ſint ſecundùm Dominum, & non ſecundùm cupiditatem. Omnia ad honorem Dei fiant.

Τῷ ἐπισκόπῳ προσέχετε.] Hic eſt locus, quo maximè evertere conati ſunt quidam hujus Epiſtolæ auctoritatem. Quid enim, inquiunt, itane ſui oblitus fuit Ignatius, ut neſciret, ſe ad Epiſcopum ſcribere? Non certè: ipſi videntur obliti eſſe præcedentium verborum, qui hæc carpunt. Suprà enim dixit Ignatius, προσλάλει, παράγγελλε, &c. Non itaque Polycarpo ſcribit, ut Epiſcopo obediat; ſed rogat eum, ut hortetur Smyrnæos hæc facere. Quorſum enim aliàs omnia iſta, quæ ſequuntur, συγκοπιᾶτε, συντρέχετε, ἀρέσκετε, &c. quæ non uni dicuntur. Apparet ergo, eſſe fictionem perſonæ Polycarpi, Smyrnæos hortantis. Confirmat quoque hunc locum Antiochus Sermone cxxiv. Sequentia apud illum hoc modo leguntur; ἀντίψυχον ἐγὼ τῶν ὑποτασσομένων ἐπισκόπῳ, πρεσβυτέροις, διακόνοις, μετ' αὐτῶν μοι γένοιτο τὸ μέρος ἔχειν. Voss.—— Quia ad Smyrnæ Epiſcopum deſtinata Epiſtola, ex more antiquo legenda etiam erat Smyrnenſibus, ideo ſanctiſſimus Martyr intermiſcet præcepta ad populum: exemplo Apoſtoli, qui in 1 ad Tim. multa præcipit omnibus Reipublicæ Chriſtianæ ordinibus; aitque ſicut hìc, *Nemo adoleſcentiam tuam contemnat*; et Tit. ii. 15. *Nemo te contemnat.* Cot.–Vide Apoc. ii. 10. Smith.

Συγκοπιᾶτε κ. τ. λ.] Alloquitur Epiſcopum, Preſbyteros, & Diaconos: οἱ κοπιῶντες ἐν τῷ λόγῳ. Pears.——Non ſunt hæc ad literam exigenda; & perverſi & rixoſi ingenii eſt ita rigidè interpretari, quæ metaphorarum, quas vel pueri nôrunt, ope plana & manifeſta ſunt. Smith.

Συγκοιμᾶσθε, συνεγείρεσθε.] Hæc videntur mihi proverbialiter &

VET. INT.

cum ſententia Epiſcopi unionem facere; ut ſit ſecundum Dominum, & non ſecundum concupiſcentiam. Omnia in honorem Dei fiant.

VI. Epiſcopo attendite, ut & Deus vobis. Unanimis ego cum ſubjectis Epiſcopo, Preſbyteris, Diaconis: & cum ipſis mihi pars fiat capere in Deo. Collaborate adinvicem, concertate, concurrite, compatimini, condormite, conſurgite, ut Dei diſpenſatores & aſſeſſores & miniſtri. Placete cui militatis; à quo & ſtipendia fertis. Nullus

VERS. COT.

VI. Epiſcopo attendite, ut & Deus vobis. Devovear ego pro iis, qui ſubditi ſunt Epiſcopo, Preſbyteris, Diaconis. Atque mihi contingat habere cum illis partem in Deo. Collaborate vobis mutuò, unà certate, unà currite, compatimini, unà dormite, unà exſurgite, ut Dei diſpenſatores, & aſſeſſores, & miniſtri. Placete illi cui militatis, à quo & ſtipendia refertis. Nemo veſtrûm de-

metaphoricè dicta, ſicut συντρίχετε. Lege 1 Theſs. v. 10. COT.

Οἰκονόμοι] Epiſcopi. 1. Cor. iv. 1. Tit. i. 7. PEARS.

Πάρεδροι] Preſbyteri. Thomas Magiſter: Πάρεδρος, οὐ συγκάθεδρος, συνέδριος δέ. Id. —— Aſſeſſores & aſſeclæ. COT.

Ὑπηρέται] Diaconi. *Id.*

Ἀφ' οὗ καὶ τὰ ὀψώνια κομίζεσθε.] Et ex hoc, & ex ſequentibus locis, voluerunt oſtendere viri docti, Epiſtolam hanc non eſſe Ignatii, vel ſaltem hanc partem; quòd in ea tot Latina vocabula occurrerent. Nam, inquiunt, itane rudis fuit Ignatius linguæ Græcæ, ut neſciret, quid *depoſitum*, quid *accipere*, quid *deſertorem*, ſermo Græcus vocet? Fefellit, ut puto, viros doctiſſimos judicium ſuum. Omnia enim hæc verba deſumta ſunt ex militia, & jure Romano; neque Græcis minùs nota, quàm Romanis; imò etiam vernaculis notiora. Quis eſt, qui neſciat omnia militaria vocabula etiam apud Græcos obtinuiſſe? Hoc qui ignorat, nunquam Tacticos legit: è quibus diſcere eſt, non tantùm officia, partes exercitûs, militum exercitia, ſimiliaque; ſed etiam leges militares Latinè fuiſſe ſcriptas, & recitatas. Eadem quoque eſt ratio in jure Græco-Romano, cujus innumera vocabula, unà cum imperio, in Græciam fuere tranſlata. Hoc nos neſcire non patiuntur veterum Juriſconſultorum libri. Non itaque mirandum, ſi notiora forent vulgo vocabula iſta, ὀψώνιον pro ſtipendio militari, δεσέρτωρ, δεπόσιτα, ἄκκεπτα, quàm illa, quæ antiquioribus Græcis in uſu fuerant. In actis Smyrnææ Eccleſiæ de Polycar-

θε. Μήτις ὑμῶν δεσέρτωρ εὑρεθῇ. Τὸ βάπτισμα ὑμῶν μενέτω ὡς ὅπλα, ἡ πίστις ὡς περικεφαλαία, ἡ ἀγάπη ὡς δόρυ, ἡ ὑπομονὴ ὡς πανοπλία. Τὰ δεπόσιτα ὑμῶν, τὰ ἔργα ὑμῶν· ἵνα τὰ ἄκκεπτα ὑμῶν ἄξια κομίζησθε. Μακροθυμήσατε οὖν μετ' ἀλλήλων ἐν πραότητι, ὡς ὁ Θεὸς ὑμῶν. Ὀναίμην ὑμῶν διὰ παντός.

Ζ'. Ἐπεὶ δὲ ἡ ἐκκλησία ἡ ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας εἰρηνεύει, ὡς ἐδηλώθη μοι, διὰ τὴν προσευ-

VER. COT. ſertor inveniatur. Baptiſmus veſter maneat, velut arma; fides, ut galea; caritas, ut haſta; patientia, ut tota armatura. Depoſita veſtra, ſint opera veſtra; ut accepta veſtra, digna reportetis. Longanimes igitur eſtote alter

po, habes κομφέκτωρ, & ſexcenta alibi id genus, etiam in libris Novi Fœderis. Miror autem, quid Veteri Interpreti in mentem venerit, ut pro *deſertore* ſubſtitueret *otioſum*. Quis enim neſcit in militia deſertores vocari λειποτακτοῦντας? Poſterior ætas non eos tantùm, ſed & rebelles & proditores ita adpellat. VOSS. —Ὀψώνια κομίζεσθαι, idem quod S. Paulo λαβεῖν ὀψώνιον. 2 Cor. xi. 8. PEARS.

Δεσέρτωρ κ. τ. λ.] Perquam eleganter δεσέρτωρ & μενέτω opponuntur: nec inſcitè ſubjungitur δεπόσιτα, cui voci reſpondet nomen ἄκκεπτα· quia, ut ait Vegetius Lib. ii. Cap. 20. *Miles qui ſumtus ſuos ſcit apud ſigna depoſitos de deferendo nihil cogitat.* Ille autem Antiquarius, qui voces Latinas mutavit in Græcas, ſicut exhibet Editio Tigurina, poſuitque pro δεσέρτωρ, εὑρεθῇ, διασαλευθῇ· pro δεπόσιτα, πολεμικά· pro ἄκκεπτα, ἆθλα: fortè per primum exprimere voluit agitationem, fluctuationem & inconſtantiam, cùm deſertoris caſtrorum, tum fidei apoſtatæ; per πολεμικὰ, caſtrenſe peculium publicè depoſitum. *Suetonius in Domit. Cap.* 7. *Spartianus de Peſcennio.* per ἆθλα, præmia quæ emeriti milites accipiebant. Tacitus Annal. i. *Sueton. in Octav. Cap.* 24. 49. Denique puto comparationes Paulinas Epheſ. vi. non impedire quò minùs inſtituantur conſimiles: nec ullus dubito, quin rectè vocabulum armaturæ & πανοπλίας tribuatur patientiæ, quæ, teſte Tertulliano, *omnem ſpeciem ſalutaris diſciplinæ gubernat; omnia placita Dei tuetur, omnibus mandatis ejus intervenit.* Cypriano auctore, *non tantùm bonum cuſtodit; ſed & repellit adverſa, & tentationes expugnat.* COT.

Μενέτω ὡς ὅπλα.] Μενέτω· nam deſertores arma abjiciebant. Vet. Int. *ut ſcutum,* quaſi legiſſet ὅπλον, & quia *ſcuti* poſtea mentio nulla. Onomaſticon Vet. *Scutum,* ὅπλον. Philox. Gloſſa, *Scutum,* ἄσπιδα καὶ ὅπλον. Inde

vestrûm otiosus inveniatur. Baptisma vestrum maneat ut scutum, fides ut galea, charitas ut lancea, sustinentia ut omnis armatura. Deposita vestra, opera; ut accepta vestra digna feratis. Longanimiter ferte igitur vos adinvicem in mansuetudine, ut Deus vos. Fruar vobis semper. VET. INT.

VII. Quia Ecclesia quæ in Antiochia Syriæ pacem habet, ut ostensum est mihi, per orationem

ad alterum in mansuetudine; ut & Deus erga vos. Utinam fruar vobis perpetuò. VERS. COT.

VII. Quia verò Ecclesia quæ est in Antiochia Syriæ, pace, ut relatum est mihi, fruitur, per preces vestras; &

ὁπλῖται, gravis armaturæ milites. Alludere videtur ad τὰ ὅπλα τοῦ φωτός. Rom. xiii. 12. Baptismus enim semper ut φωτισμὸς spectabatur. PEARS.

Ἡ πίστις ὡς περικεφαλαία.] Fides comparatur scuto apud S. Paulum, quod idem significat: quoniam utrumque inter τὰ σκεπαστὰ ὅπλα numerantur. Artemidorus, ἰδίως δὲ καὶ ἡ ἀσπὶς γυναῖκα σημαίνει, καὶ ἡ περικεφαλαία. *Id.*

Ἡ ὑπομονὴ ὡς πανοπλία.] Vet. Int. *sustinentia ut omnis armatura.* Veteres *armaturam* simpliciter dixere. Prudentius in Psychomachia:

——— Lex habet istud
Nostra genus belli, furias, omnemque malorum
Militiam, & rabidas tolerando extinguere vires.

Et mox,

Omnibus una comes virtutibus associatur,
Auxiliumque suum fortis Patientia miscet.
Nulla anceps luctamen init virtute sine ista
Virtus: nam vidua est, quam non Patientia firmat. Id.

Δεπόσιτα.] Glossæ Juris, δεπόσιτον, παρακαταθήκη. Τῆς οὐσίας ὑπὸ τοῦ φίσκου καταληφθείσης. Artemidorus 237. *Id.* —Quicquid vobis à Deo in vicem talenti committitur & deponitur, illud in usus necessarios tum vestri tum aliorum impendendum est; ut debitam bonorum operum mercedem ex infinita Dei benignitate tandem in altera vita reportetis. SMITH.

Μακροθυμήσατε κ. τ. λ.] Damasceni Ecloga de patientia & longanimitate: μακροθυμεῖτε μετ' ἀλλήλων ἐν πραΰτητι, ὡς ὁ Θεὸς μεθ' ὑμῶν διαπαντός. COT.—— Legendum μεθ' ὑμῶν, ut apud Antonium. SMITH.

Ὡς ἐδηλώθη μοι.] Quum esset Troade certior factus est, finem persecutioni Antiochiæ per Trajanum impositum esse. De qua re dubitari non debet: nam à Joanne Antiocheno, Historico probato, apud Suidam, observatum est, ὅτι Τραϊανὸς τοῖς Χριστιανοῖς ἀνακωχήν τινα τῆς τιμωρίας

χὴν ὑμῶν, κᾀγὼ εὐθυμότερος ἐγενόμην ἐν ἀμεριμνίᾳ Θεοῦ, ἐάνπερ διὰ τοῦ παθεῖν Θεοῦ ἐπιτύχω, εἰς τὸ εὑρεθῆναί με ἐν τῇ ἀναστάσει ὑμῶν μαθητήν. Πρέπει, Πολύκαρπε θεομακαριστότατε, συμβούλιον ἀγαγεῖν θεοπρεπέστατον, καὶ χειροτονῆσαί τινα, ὃν ἀγαπητὸν λίαν ἔχετε καὶ ἄοκνον, [1] ὡς δυνήσεται θεόδρομος καλεῖσθαι· τοῦτον [2] καταξιῶσαι, ἵνα πορευθεὶς εἰς Συρίαν δοξάσῃ ὑμῶν τὴν ἄοκνον ἀγάπην εἰς δόξαν Χριστοῦ. Χριστιανὸς ἑαυτοῦ ἐξουσίαν οὐκ ἔχει, ἀλλὰ Θεῷ σχολάζει. Τοῦτο τὸ ἔργον Θεοῦ ἐστιν καὶ ὑμῶν, ὅταν [3] αὐτὸ ἀπαρτίσητε. Πιστεύω γὰρ τῇ χάριτι, ὅτι ἕτοιμοί ἐστε εἰς εὐποιΐαν Θεῷ ἀνήκουσαν. Εἰδὼς οὖν ὑμῶν τὸ σύντονον τῆς ἀληθείας, δι᾽ ὀλίγων ὑμᾶς γραμμάτων παρεκάλεσα.

VAR. LECT. [1] MS. ὃσ. [2] καταξιῶ σε. [3] αυτῷ.

VERS. COT. ego tranquilliori animo fui in ſecuritate Dei; ſi modò per paſſionem Deum aſſequar; ut inveniar in reſurrectione veſter diſcipulus. Decet, in Deo beatiſſime Polycarpe, concilium cogere Deo decentiſſimum, & eligere aliquem, quem valde carum habeatis, & impigrum, qui poterit divinus Curſor appellari; illumque eo dignari honore, ut profectus in Syriam, glorificet veſtram impigram carita-

παρέσχεν· & tum ſubjungit Tiberiani hiſtoriam. Tiberiani autem relatio facta eſt ad Trajanum, quum eſſet Antiochiæ, ut teſtatur Joannes Mallela, Antiochenus & ipſe. PEARS.

Κᾀγὼ.] *Ideo etiam ego.* SMITH.

Ἐν ἀμεριμνίᾳ Θεοῦ.] Vet. Int. *in ſollicitudine Dei.* Vertendum erat, *in ſecuritate Dei*; vel, ut ille ſcripſit, *in inſollicitudine Dei.* VOSS.

Ἐν τῇ ἀναστάσει.] Qui Pſeudo-Ignatium nobis ſuppoſuit, legit, ἐν τῇ αἰτήσει. Atque ita quoque Vet. Int. vertit; & proculdubio veriſſima eſt hæc lectio. *Id.* —— Conjiciet forſan aliquis legendum ἀναιτήσει. COT. —— Vet. Int. *in oratione*, ex MS. Caienſi: an legit ἀνατάσει; ſed Montacutii codex *in reſurrectione:* quod verum eſt, & illud *oratione* abbreviatura eſt. PEARS.

Μαθητὴν] MS. παθητήν. Quære, an ut à μαθεῖν μαθητὴς, ita à παθεῖν παθητής. Id.

Πρέπει κ. τ. λ.] Hæc refert S. Polycarpus in Epiſt. ad Philippenſes [§. xiii.] *Id.*

Πολύκαρπε] Propter hoc Caput, & conſequens, ſcribit Euſebius, ab Ignatio Eccleſiam Antiochenam Polycarpo fuiſſe commendatam: idque poſtea in Catalogum ſuum retulit Hie-

vestram: & ego lætior factus sum in sollicitudine Dei; siquidem, per pati, Deo potiar, in inveniri me in oratione vestri discipulum. Decet, Polycarpe Deo beatissime, concilium congregare Deo decentissimum, & ordinare aliquem quem dilectum valde habetis & impigrum, qui poterit Dei-cursor vocari: & hunc dignificari, ut vadens in Syriam, glorificet vestram impigram charitatem in gloriam Dei. Christianus sui ipsius potestatem non habet, sed Deo vacat. Hoc opus Dei est & vestri, quoniam ipsi perfecti estis. Credo enim gratiæ, quoniam parati estis ad beneficentiam Deo decentem. Sciens vestrum compendium veritatis, per paucas vos literas consolatus sum. VET. INT.

tem in gloriam Christi. Christianus sui potestatem non habet, sed Deo vacat. Hoc est opus Dei & vestrum, quando ipsum perfeceritis. Credo enim gratiæ, quòd parati sitis ad beneficentiam Deo congruentem. Cùm itaque scirem vehemens vestrum erga veritatem studium, per breves litteras vos adhortatus sum. VERS. COT.

ronymus. Vide sis Jus Græco-Romanum, p. 179. COT.

Θεομακαριστότατε.] Vet. Int. *Deo-beatissime*. Hinc colligo hanc Interpretationem factam fuisse ante A. 650. quando Scriptor quidam Martinum Papam *Deo beatissimum* vocat, p. 66. B. PEARS.

Θεόδρομος.] Qui in Epist. ad Smyrnæos [§. xi.] vocatur Θεοπρεσβύτης. VOSS.

Χριστιανὸς.] Utpote Dei servus, in cujus potestate est, & cujus voluntati, non sui ipsius, parendum est. Ideo nemini iter hoc, Dei caussâ suscipiendum, utut difficile & laboriosum, declinare licebit. SMITH.

Ὅταν αὐτὸ ἀπαρτίσητε.] Vet. Int. *qui ipsi perfecti estis*, vel, ut codex Montacutii *quoniam*. Legebat igitur Interpres αὐτοὶ, quod puto verum esse; & οἱ pro ὅταν, quod etiam verum esse sequentia suadent. PEARS.

Πιστεύω γὰρ τῇ χάριτι, ὅτι] Transpone verba, ὅτι τῇ χάριτι h. e. διὰ τῆς χάριτος. SMITH.

Τὸ σύντονον τῆς ἀληθείας] Proba est hæc lectio. VOSS.—— Vet. Int. *compendium veritatis*, malè. Legit igitur, ut Interpolator, Codd. Nydpruccianus & Florentinus, σύντομον. Augustanus autem codex, & Anglicanus, ut & Mediceus, rectè habet σύντονον. Σύντονον, σφοδρὸν, ἰσχυρὸν, συνεχές. Suid. Σύντονον autem τῆς ἀληθείας, ut ἄοκνον τῆς ἀγάπης. PEARS.

Δι' ὀλίγων γραμμάτων] *Brevi-*

Η'. Ἐπεὶ [οὖν] πάσαις ταῖς ἐκκλησίαις οὐκ ἠδυνήθην γράψαι, διὰ τὸ ἐξαίφνης πλεῖν με ἀπὸ Τρωάδος εἰς Νεάπολιν, ὡς τὸ θέλημα προστάσσει, γράψεις ταῖς ἔμπροσθεν ἐκκλησίαις, ὡς Θεοῦ γνώμην κεκτημένος, εἰς τὸ καὶ αὐτοὺς τὸ αὐτὸ ποιῆσαι· οἱ μὲν δυνάμενοι πεζοὺς πέμψαι· οἱ δὲ ἐπιστολὰς διὰ τῶν ὑπὸ σου πεμπομένων, ἵνα δοξασθῆτε αἰωνίῳ ἔργῳ ὡς ἄξιος ὤν. Ἀσπάζομαι πάντας ἐξ ὀνόματος, καὶ τὴν τοῦ Ἐπιτρόπου σὺν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτῆς καὶ τῶν τέκνων. Ἀσπάζομαι Ἄτταλον τὸν ἀγαπητόν μου. Ἀσπάζομαι τὸν μέλλοντα καταξιοῦσθαι τοῦ εἰς Συρίαν πορεύεσθαι. Ἔσται ἡ χάρις μετ' αὐτοῦ διὰ παν-

VERS. COT. VIII. Quoniam igitur omnibus Ecclesiis nequivi scribere, quòd repentè navigaverim à Troade Neapolim, ut Voluntas imperat; scribes vicinis Ecclesiis, tamquam qui sententiæ Dei compos sis, quò & ipsi idem faciant: qui

bus literis, hac nempe ad Polycarpum, & alterâ ad Smyrnæos. *Id.*

Ἐπεὶ] Vet. Int. *Quia igitur*. Legebat ergo Ἐπεὶ οὖν, [ut in Interpol.] *Id.*

Πάσαις ἐκκλησίαις.] Scripserat ad Ecclesiam Smyrnæorum & Philadelphensium: ad alias autem scribere non potuit. Quare scribit privatim ad Polycarpum, ut ipse ejus loco ad alias scriberet. *Id.*

Ἀπὸ Τρωάδος εἰς Νεάπολιν.] Ut S. Paulus, Act. xvi. 11. *Id.*

Ταῖς ἔμπροσθεν ἐκκλησίαις.] Gloss. ἔμπροσθεν, *anterius*. Red de *prioribus* seu *anterioribus illis ecclesiis*, quæ in Asia versus Syriam jacebant, præter Philadelphicos, ad quos ipse scribebat de eadem re. *Id.*——Quæ inter Smyrnam & Antiochiam &c. VOSS.——Vet. Int. *ut glo-*

sitæ sunt; quarum aliquot vicinæ S. Ignatium, quum, relictâ Syriâ, & longo isto Minoris Asiæ littore præternavigato, Smyrnam appulisset, per Episcopos & Presbyteros suos invisebant. SMITH.

Ὡς Θεοῦ γνώμην κεκτημένος.] *Utpote perspecto Dei consilio.* Id.

Ἵνα δοξασθῆτε αἰωνίῳ ἔργῳ ὡς ἄξιος ὤν.] Ita hæc distinguenda. Vetus enim Versio, & novi Interpretes, malè hæc distinguendo, malum quoque effecere sensum. Frustra quoque fuere, qui locum hunc corrigere voluerunt. Locutio enim hæc satis solemnis apud Græcos, neque ipsi Ignatio inusitata: ut qui, cùm alibi, tum in initio Epistolæ ad Ephesios dicat, τὸ πολυαγάπητόν σου ὄνομα ὃ κέκτησθε,

VIII. Quia igitur omnibus Ecclesiis non potui scribere, propter repentè navigare me à Troade in Neapolim, ut Voluntas præcipit: scribes aliis Ecclesiis, ut Dei sententiam possidens, idem & ipsos facere; hi quidem potentes pedites mittere, hi autem Epistolas per à te missos, ut glorificeris æterno opere. Ut dignus existens, saluto omnes ex nomine; & eam quæ Epitropi, cum domo tota ipsius & filiorum. Saluto Attalum dilectum meum. Saluto futurum dignificari ad eundum in Syriam: erit gratia cum ipso semper, & mittente ipsum VET. INT.

possunt, pedites mittant; alii verò, Epistolas, per eos qui à te mittentur: ut glorificeris æterno opere, quemadmodum dignus es. Saluto omnes nominatim; & Epitropi uxorem cum tota domo sua & liberis. Saluto Attalum mihi carum. Saluto eum qui profectione in Syriam dignus habebitur. Gratia in perpetuum cum illo erit; & cum mit- VERS. COT.

rificeris: quasi legisset δοξασθῇς. ἐν Θεῷ ἡμῶν, &c. Sed eâ conjecturâ non est opus. Mos enim est Ignatio ita loqui. PEARS.

Αἰωνίῳ ἔργῳ.] Phrasis Oratoribus usitata. Hoc charitatis & benevolentiæ Christianæ officio longùm duraturo, imò in æternum celebrando. SMITH.

Ὡς ἄξιος ὢν.] Hæc de S. Polycarpo intelligenda sunt, & non cum sequentibus conjungenda: hoc enim non sinit S. Martyris humilitas & modestia. *Id.*

Αὐτῆς.] Fortasse ipse Epitropus, illius maritus, erat aut mortuus, aut absens. *Id.*

Ἔσται ἡ χάρις μετ' αὐτοῦ διὰ παντὸς] Ex versione antiqua, & vulgatis, ita legendum videtur; ἔσται ἡ χάρις μετ' αὐτοῦ διαπαντὸς, καὶ τοῦ πέμποντος αὐτὸν Πολυκάρπου· ἐρ῾ῶσθαι ὑμᾶς διὰ παντὸς Nisi fortè Florentini codicis lectio sit melior. Suprà enim dixit, concilium convocandum, ut statueretur, quis in Syriam esset mittendus. Itaque penes Polycarpum solum non erat hujus rei arbitrium; quod tamen ex alterâ lectione consequi videtur. Sed sciendum, quòd quamvis tales ab Ecclesiis & Presbyteriis ordinabantur, tamen ab Episcopis missi dicerentur, vel quòd ipsi essent primi Presbyterorum, vel quòd talium decretorum essent executores. Ita Polycarpus de hac ipsa re loquens inquit, ὅπερ ποιήσω, ἐὰν λάβω καιρὸν εὔθετον, εἴτε ἐγὼ, εἴτε ὃν πέμψω πρεσβεύσοντα καὶ περὶ ὑμῶν. Quæ verba adprimè conveniunt cum Ignatianis. Quoniam enim quædam Ecclesiæ miserant Episcopos suos Antiochiam, ut adparet ex

τὸς, καὶ τοῦ πέμποντος αὐτὸν Πολυκάρπου. Ἐῤῥῶσθαι ὑμᾶς διὰ παντὸς ἐν Θεῷ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ εὔχομαι· ἐν ᾧ [2] διαμείνητε ἐν ἑνότητι Θεοῦ καὶ ἐπισκοπῇ. Ἀσπάζωμαι Ἄλκην τὸ ποθητόν μου ὄνομα. Ἔῤῥωσθε ἐν Κυρίῳ.

ΠΡΟΣ ΠΟΛΥΚΑΡΠΟΝ.

VAR. LECT. 2 διαμείνηται.

VER. COT. tente illum Polycarpo. Opto vos valere ſemper in Deo noſtro Jeſu Chriſto; in quo permaneatis in unitate Dei & viſita-

Epiſtola ad Philadelphenſes; eò adhuc incertus erat Polycarpus, utrùm ipſe eò mittendus eſſet, an verò alius quiſpiam Preſbyter, ſive Diaconus. VOSS.

Ἐπισκοπῇ.] Sub cura & regi-

ΠΡΟΣ ΕΦΕΣΙΟΥΣ.

Ἰγνάτιος, ὁ καὶ Θεοφόρος, τῇ εὐλογημένῃ ἐν μεγέθει Θεοῦ Πατρὸς πληρώματι, τῇ προωρισμένῃ πρὸ αἰώνων εἶναι διὰ παντὸς εἰς δόξαν παράμονον, ἄτρεπτον, ἡνωμένην, καὶ ἐκλελεγμένην ἐν πάθει ἀληθινῷ, ἐν θελήματι τοῦ Πατρὸς, καὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, τῇ ἐκκλησίᾳ τῇ ἀξιομακαρίστῳ τῇ οὔσῃ ἐν Ἐφέσῳ τῆς Ἀσίας, πλεῖστα ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ καὶ ἐν ἀμώμῳ χάριτι χαίρειν.

VER. COT. *Ignatius, qui & Theophorus, benedictæ in magnitudine Dei Patris, & plenitudine, predeſtinatæ ante ſæcula, ut eſſet ſemper in permanente gloria, immutabilis, unita,*

Ἰγνάτιος κ. τ. λ.] Cur non licuerit Ignatio Paulum & Petrum, necnon Johannis Apocalypſin, in longioribus Epiſtolarum inſcriptionibus imitari, nullus video. Longiuſcula quoque eſt inſcriptio ab Athanaſio præfixa Epiſtolæ ad ſolitariam vitam agentes. COT.

Πληρώματι.] Ita ipſe in Epiſt. ad Trall. ἣν ἀσπάζομαι ἐν πληρώματι. Hujus vocis ſunt variæ ſignificationes, quarum illa ad hunc locum propriè pertinere videtur, quæ, quid ſit πλήρωμα τῆς πόλεως indicat. Ita Nazianz. 375. A. 159. B. 410. C. & hic ſenſus maximè facit contra Schiſma. PEARS.——Πλήρωμα ſive αὐτάρκεια, ſive immenſa Dei natura, quæ implet res & loca omnia, ſpatiumque, ultra quod

Polycarpo. Valere vos ſemper in Deo noſtro Jeſu Chriſto oro; in quo permaneatis in unitate Dei & viſitatione. Saluto Alken, deſideratum mihi nomen. Valete in Domino. VET. INT.

tione. Saluto Alcen, deſiderabile mihi nomen. Valete in Domino. VERS. COT.

mine unius Epiſcopi, nimirum veſtri Polycarpi. Alloquitur jam univerſos iſtius urbis Chriſtianos. Codices Auguſtanus & Leiceſtrenſis habent ἐπισκόπου, & fortaſſe rectiùs. SMITH.

AD EPHESIOS.

Ignatius, qui & Theophorus, benedictæ in magnitudine Dei Patris & plenitudine, prædeſtinatæ ante ſecula eſſe ſemper in gloriam permanentem, invertibilem, unitam, & electam in paſſione vera, in voluntate Patris & Jeſu Chriſti Dei noſtri; Eccleſiæ dignè beatæ exiſtenti in Epheſo Aſiæ, plurimum in Jeſu Chriſto, & in immaculata gratia, gaudere. VET. INT.

& electa, in vera paſſione, per voluntatem Patris, & Jeſu Chriſti Dei noſtri; Eccleſiæ meritò beatæ, quæ eſt Epheſi in Aſia, plurimam in Jeſu Chriſto & in immaculata gratia ſalutem. VERS. COT.

intellectus humanus vel concipere vel fingere poſſit. SMITH.

Ἐκλελεγμένην ἐν πάθει ἀληθινῷ.] Junius legi vult πόθῳ, ſed malè. Senſus hìc manifeſtus videtur: 'electam virtute meritorum 'mortis & paſſionis Chriſti, 'quam ille verè ſubiit.' Hæc enim epitheta referri debent ad ἐκκλησίαν, quod poſt εἶναι in quarto caſu ſubintelligendum eſt, non ad δόξαν. Id.

Τῇ ἀξιομακαρίστῳ.] Ut in Epiſt. ad Rom. ad finem, διὰ Ἐφεσίων ἀξιομακαρίστων, tanquam diſcipulos Pauli; quem ἀξιομακάριστον vocat in hac Epiſtola, uti etiam poſtea Eccleſiam Romanam. PEARS.

Τῇ οὔσῃ ἐν Ἐφέσῳ τῆς Ἀσίας.] Irenæus de S. Joanne Lib.iii. 1. ἐν Ἐφέσῳ τῆς Ἀσίας διατρίβων. Id.

Α'. ΑΠοδεξάμενος ἐν Θεῷ τὸ [1] πολυαγάπητόν σου ὄνομα, ὃ κέκτησθε φύσει δικαίᾳ, κατὰ πίστιν καὶ ἀγάπην ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ τῷ Σωτῆρι ἡμῶν, μιμηταὶ ὄντες Θεοῦ, ἀναζωπυρήσαντες ἐν αἵματι Θεοῦ, τὸ συγγενικὸν ἔργον τελείως [2] ἀπηρτίσατε· ἀκούσαντες γὰρ δεδεμένον ἀπὸ Συρίας ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ ὀνόματος καὶ ἐλπίδος, ἐλπίζοντα τῇ προσευχῇ ὑμῶν ἐπιτυχεῖν ἐν Ῥώμῃ θηριομαχῆσαι, ἵνα διὰ τοῦ μαρτυρίου ἐπιτυχεῖν δυνηθῶ μαθητὴς εἶναι τοῦ ὑπὲρ ἡμῶν ἑαυτὸν ἀνενεγκόντος Θεῷ προσφορὰν καὶ

VAR. LECT. [1] MS. πολυαγαπητόν. [2] ἀπαρτίσατε.

VER. COT. I. SUscepi vestrum in Deo multùm dilectum nomen, quod possidetis naturâ justâ, secundùm fidem & caritatem in Jesu Christo Salvatore nostro, cùm imitatores sitis Dei, excitando vos per sanguinem Dei, cogna-

Ἀποδεξάμενος ἐν Θεῷ κ. τ. λ.] Non laudo eos, qui jejunam aliquam paronomasiam hìc quærunt, in vocibus, Ἔφεσος, & ἔφεσις: tanquam ideo dixerit Ignatius πολυαγάπητόν σου ὄνομα, &c. cùm certum sit, πολυαγάπητον ὄνομα Ἐφεσίων idem esse, quod sit πολυαγάπητοι Ἐφέσιοι. Quæ loquendi formula satis frequens apud antiquos. Ita τὸ Θηβαῖον ὄνομα, pro Thebanis, apud Æschylum: & *felix nomen agelli*, pro felici agello, apud Valerium Catonem in Diris. Sed & ipse Ignatius in Epist. ad Smyrn. ad finem: ἀσπάζομαι Ἄλκην τὸ ποθητόν μοι ὄνομα. Et in principio Epist. ad Magnes. καταξιωθεὶς γὰρ ὀνόματος θεοπρεπεστάτου, &c. Crediderunt viri docti, hìc alludi ad nomen Christianum: sed certum est, hæc omnia ita, ut dixi, intelligenda. VOSS.

Τὸ πολυαγάπητόν σου ὄνομα.] 'Existimationem, famam, quæ 'apud omnes amabilis est, il-'lorumque affectus allicit.' Ad Ecclesiam scribit singulari numero, utpote in uno capite, Christo, & eidem Episcopo unitam. Sed quare ergo in cæteris Epistolis non eadem reperitur loquendi forma? Veruntamen non est, quòd accuratiorem Grammaticam, in homine occupatissimo, & in itinere variis negotiis & molestiis districto, exigamus. SMITH.

Φύσει δικαίᾳ.] *Naturâ justâ, re justâ*, i. e. *justè, proposito justo.* COT.——Onomasticon Vet. *Indoles*, φύσις. Barnabas in præfat. Epist. *supra modum exhilaror beatis & præclaris spiritibus vestris, quòd sic naturalem gratiam accepistis.* An φύσει δικαίᾳ nihil aliud, quàm δικαίως, *meritò?* Hæretici di-

I. ACceptans in Deo multùm dilectum tuum nomen, quod possedistis naturâ justâ, secundùm fidem & charitatem in Christo Jesu Salvatore nostro, [glorificato Jesum Christum Deum :] quia imitatores existentes Dei, & reaccendentes in sanguine Christi Dei, cognatum opus integrè perfecistis. Audientes enim ligatum à Syria pro communi nomine & spe, sperantem oratione vestrâ potiri, in Roma cum bestiis pugnare, videre festi- VET. INT.

VERS. COT. tum opus omnibus suis numeris absolvistis; postquam audistis me vinctum à Syria pro communi nomine & spe, sperantem, quòd vestris precibus consequar ut Romæ adversùs bestias pugnem, quò per martyrium adipisci possim discipulus esse illius, qui seipsum pro nobis obtulit Deo

cebant, Catholicos χρήσει tantùm gratiam habuisse. Iren. 28. B. PEARS.——*Bonâ indole* sive *naturâ* per Spiritum Sanctum infusâ. 'Vos qui 'præclaram hanc laudem ex 'ista ingenita indole acquisi-'vistis.' Epist. ad Trall. §. 1. Incoinquinatam mentem habentes, οὐ κατὰ χρῆσιν, ἀλλὰ κατὰ φύσιν. SMITH.

Τῷ σωτῆρι ἡμῶν.] Vet. Int. hìc adjungit, *glorificato Jesum Christum Deum*; forsan ut sensum impleret, qui neque hìc, neque in sequentibus periodis, satis absolvitur. VOSS.—— Ad voces, opinor, *in sanguine Christi Dei*, extrinsecus apposuerat pius aliquis lector, *Glorificato Jesum Christum Deum*: id verò postea intra textum receptum est. Vide Epist. ad Magnes. §. 2. COT.

Μιμηταὶ ὄντες.] Græcus textus hoc modo reformari possit: Ἀπεδεξάμην, ut habent vulgati codices [& Interpol.] ἐν Θεῷ ..... ὅτι μιμηταὶ κ. τ. λ. particula enim ὅτι è Græco exemplari videtur excidisse, ex Vet. Int. restituenda. Sensus planè hiulcus aliter haud facilè explicandus. SMITH.

Ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ ὀνόματος.] 'Ob 'Christum, cujus *nomine* cen-'semur, utpote *communem* Sal-'vatorem nostrum, & omni-'um Christianorum *spem*. 1 'Tim. i. 1. vel ob *spem* vitæ 'æternæ, ad quam nos omnes 'anhelantes aspiramus.' *Id.*

Ἵνα διὰ τοῦ μαρτυρίου ...... καὶ θυσίαν.] Hæc omissa sunt à Vet. Int. & nihil aliud repositum, quàm, *videre festinâstis*. Quæ verba ab otiosa manu irrepserunt. VOSS.——Fortè, post θηριομαχῆσαι, scriptum fuit, ἰδεῖν ἐσπουδάζετε, quæ in suo codice vidit & transtulit Vet. Int. PEARS.

Ἐπιτυχεῖν δυνηθῶ.] Ἐπιτυχεῖν redundare videtur: & planè omisit Interpolator. SMITH.

* πολυκληρίαν. SAL.

θυσίαν. Ἐπεὶ οὖν τὴν [3] * πολυπληθίαν ὑμῶν ἐν ὀνόματι Θεοῦ ἀπείληφα ἐν Ὀνησίμῳ, τῷ ἐν ἀγάπῃ ἀδιηγήτῳ, ὑμῶν δὲ ἐν σαρκὶ ἐπισκόπῳ· ὃν εὔχομαι κατὰ Ἰησοῦν Χριστὸν ὑμᾶς ἀγαπᾷν, καὶ πάντας ὑμᾶς αὐτῷ ἐν ὁμοιότητι εἶναι. Εὐλογητὸς γὰρ ὁ χαρισάμενος ὑμῖν ἀξίοις οὖσι τοιοῦτον ἐπίσκοπον κεκτῆσθαι.

Β'. Περὶ δὲ τοῦ συνδούλου μου Βούῤῥου, τοῦ κατὰ Θεὸν διακόνου ὑμῶν ἐν πᾶσι εὐλογημένου, εὔχομαι παραμεῖναι αὐτὸν εἰς τιμὴν ὑμῶν καὶ τοῦ ἐπισκόπου. Καὶ Κρόκος δὲ ὁ Θεοῦ ἄξιος καὶ ὑμῶν, ὃν ἐξεμπλάριον τῆς ἀφ' ὑμῶν ἀγάπης ἀπέλαβον, κατὰ πάντα με ἀνέπαυσεν, ὡς καὶ αὐτὸν ὁ Πατὴρ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀναψύξαι, ἅμα Ὀνησίμῳ, καὶ Βούῤῥῳ, καὶ Εὔπλῳ, καὶ [1] Φρόντωνι, δι' ὧν πάντας ὑμᾶς κατὰ ἀγάπην εἶδον· [2] ὀναίμην ὑμῶν διὰ παντὸς, ἐάνπερ ἄξιος ὦ. Πρέπον οὖν ἐστι κατὰ πάντα τρόπον δοξάζειν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν δοξάσαντα ὑμᾶς· ἵνα ἐν μιᾷ ὑποταγῇ ἦτε κατηρτισμένοι τῷ αὐτῷ νοῒ καὶ τῇ

VAR. LECT. 3 πολυπληρίαν. 1 MS. Φρόντονι. 2 ὠναίμην.

VERS. COT. oblationem & hoſtiam. Quandoquidem numeroſam multitudinem veſtram in nomine Dei ſuſcepi in Oneſimo, inenarrabilis caritatis viro, veſtro autem in carne Epiſcopo; quem obſecro, ut juxta Jeſum Chriſtum ametis, utque vos omnes illius ſimiles ſitis. Benedictus enim, qui donavit vobis, qui digni eſtis, talem Epiſcopum poſſidere.

Ἀπείληφα ἐν Ὀνησίμῳ] Vet. Int. *ſuſcepi in Oneſimo:* an recte? *accepi per Oneſimum.* In iſto ſæculo & ſequioribus nomen iſtud vulgare fuit. PEARS.—— Vel hic Oneſimus eſt Oneſimus Philemonis ſervus, juxta Bedam, Adonem & alios: vel, quod malim, alter eſt, ſuperſtes priori, Epiſcopo Berœenſi dicto Conſtit. Apoſt. vii. 46. Quinetiam exiſtimaverim Oneſimum noſtrum ſucceſſiſſe Epheſi non Caio aut Phygello, ſed Johanni & Timotheo. COT.

Βούῤῥου.] Malè in Pſeudo-Ignatio Βίῤῥου, malè in Veteri Verſione *Borro.* Burrhus eſt nomen Romanum, ſatis vulgare; non autem Birrus, Byrrus, aut

nâſtis. Plurimam enim multitudinem veſtram in nomine Dei ſuſcepi in Oneſimo, qui in charitate inenarrabilis eſt, veſter autem in carne Epiſcopus: quem oro ſecundùm Jeſum Chriſtum vos diligere, & omnes vos ipſi in ſimilitudine eſſe. Benedictus enim qui tribuit vobis dignis exiſtentibus talem Epiſcopum poſſidere. VET. INT.

II. De conſervo autem meo Borro, ſecundùm Deum diacono* noſtro in omnibus benedicto: oro permanere ipſum in honorem veſtri & Epiſcopi. Sed & Crocus Deo dignus & vobis, quem exemplarium ejus quæ à vobis charitatis ſuſcepi, ſecundùm omnia me quieſcere fecit; ut & ipſum Pater Jeſu Chriſti refrigeret: cum Oneſimo, & Burro, & Euplo, & Frontone; per quos vos omnes ſecundùm charitatem vidi. Fruar vobis ſemper; ſiquidem dignus exiſtam. Decens igitur eſt ſecundùm omnem modum glorificare Jeſum Chriſtum,

* *ſ.* veſtro.

VER. COT.

II. De Burrho autem conſervo meo, & ſecundùm Deum Diacono veſtro in omnibus benedicto, oro ut permaneat ad honorem veſtri & Epiſcopi. Sed & Crocus, & Deo & vobis dignus, quem exemplar veſtræ caritatis accepi, per omnia me recreavit, quo modo & ipſum refrigeret Pater Jeſu Chriſti, unà cum Oneſimo, Burrho, Euplo, ac Frontone, per quos vos omnes quoad caritatem vidi. Fruar vobis perpetuò, ſi dignus fuero. Decet itaque vos omnibus modis glorificare Dominum Jeſum

Borrus. VOSS.

Παραμεῖναι αὐτὸν] Malè addit Interpolator ἄμωμον. VOSS. SMITH.

Ἀναψύξαι.] Sic MS. [non ἀναψύξει, ut Voſſius, &c.] Neque aliter legit Vet. Int. dum vertit *refrigeret*. Hinc patet ἀναπαύειν & ἀναψύχειν idem fere ſignificare apud Veteres: ἀναπαύειν *à motu*, ἀναψύχειν *à calore & æſtu, liberare*. Inde *refrigerium*, *refrigerare*, & *refrigerari* apud Latinos: primò de incarceratis apud Tertullianum frequenter; deinde de mortuis. Hinc *æternum refrigerium* apud Iren. iv. 14. PEARS.

Ὑποταγῇ ἦτε κατηρτισμένοι τῷ αὐτῷ νοῒ κ. τ. λ.] Hic locus in

αὐτῇ γνώμῃ, καὶ τὸ αὐτὸ λέγητε πάντες περὶ τοῦ αὐτοῦ, ἵνα ἐπιτασσόμενοι τῷ ἐπισκόπῳ καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ, κατὰ πάντα ἦτε ἡγιασμένοι.

Γ. Οὐ διατάσσομαι ὑμῖν, ὡς ὤν τις. Εἰ γὰρ καὶ δέδεμαι ἐν τῷ ὀνόματι, οὔπω ἀπήρτισμαι ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ. νῦν γὰρ ἀρχὴν ἔχω τοῦ μαθητεύεσθαι, καὶ προσλαλῶ ὑμῖν ὡς συνδιδασκαλίταις μου. ἐμὲ γὰρ ἔδει ὑφ᾽ ὑμῶν ὑπαλειφθῆναι πίστει, νουθεσίᾳ, ὑπομονῇ, μακροθυμίᾳ. Ἀλλ᾽ ἐπεὶ ἡ ἀγάπη οὐκ ἐᾷ με σιωπᾶν περὶ ὑμῶν, διὰ τοῦτο προέλαβον παρακαλεῖν ὑμᾶς, ὅπως συντρέχητε τῇ γνώμῃ τοῦ Θεοῦ. Καὶ γὰρ Ἰησοῦς Χριστὸς, τὸ ἀδιάκριτον [1] ἡμῶν ζῆν, τοῦ Πατρὸς ἡ γνώμη, ὡς καὶ οἱ ἐπίσκοποι οἱ κατὰ

VAR. LECT. [1] MS. ὑμῶν.

VERS. COT. Christum, qui glorificavit vos, ut in obedientia unà *sitis perfecti, eadem mente, eademque sententiâ*; *idemque dicatis de eodem omnes*, ut subjecti Episcopo & Presbyterio, per omnia sanctificati sitis.

III. Non præcipio vobis quasi sim aliquis. Quamvis enim vinctus sum in nomine, necdum tamen perfectus

Cod. Florent. interpolatus est. Ille, quem vidit Vet. Int. sic se habet, ἵνα ἐν μιᾷ ὑποταγῇ κατηρτισμένοι, ὑποτασσόμενοι τῷ κ. τ. λ. Id.

Ἐπιτασσόμενοι.] Insignis error Librarii & planè intolerabilis, pro ὑποτασσόμενοι, *subjecti*. SMITH.——Cur *planè intolerabilis?* Nonne ἐπιτασσόμενοι etiam *subjecti* significat?

Συνδιδασκαλίταις.] Mira vox: neque enim puto vocem simplicem διδασκαλίτης uspiam occurrere. Interpolator συνδούλοις, [ὁμοδούλοις] *conservis*. An συνδιδασκαλῖται, qui communem Magistrum & Doctorem habentes, scil. Paulum, imò & Joannem. Ignatius enim Joannis discipulus fuit. PEARS.

Ὑπαλειφθῆναι.] Vet. Int. *suscipi*, quod est ὑποληφθῆναι. Interpolator ὑπομνησθῆναι, *commoneri*, ad sensum paullò propius. Junius legendum putat ὑπολειφθῆναι, *relinqui*, i. e. *vobis longè inferiorem esse*. Sed neque ἐμὲ ἔδει, neque ὑφ᾽ ὑμῶν, talem interpretationem patitur. Lectio codicis Medicei & emendata, & clara, & necessariò recipienda, & conservanda est. Hìc enim ὑπαλειφθῆναι est *ungi, excitari, instrui, ad certamen præparari*; & quidem à Doctore seu Magistro. Plutarchus in vita Periclis: τῷ δὲ Περικλεῖ

qui glorificavit vos: ut in una ſubjectione perfecti, ſubjecti Epiſcopo & Preſbyterio, ſecundùm omnia ſitis ſanctificati. VET. INT.

III. Non diſpono vobis, ut exiſtens aliquis. Si enim & ligor in nomine Chriſti; nequaquam perfectus ſum in Jeſu Chriſto. Nunc autem principium habeo addiſcendi: & alloquor vos, ut doctores mei. Me enim oportuit à vobis ſuſcipi, fide, admonitione, ſuſtinentiâ, longanimitate. Sed quia charitas non ſinit me ſilere pro vobis; propter hoc præoccupavi rogare vos, ut concurratis ſententiæ Dei. Etenim Jeſus Chriſtus, incomparabile noſtrum vivere Patris ſententia, ut & ipſi ſecundùm

ſum in Jeſu Chriſto. Nunc enim incipio diſcipulus eſſe; & alloquor vos ut condoctores meos. Nam oportebat me à vobis incitari, ſide, admonitione, patientiâ, æquanimitate. At quando caritas non ſinit me tacere de vobis, propterea anteverti vos admonere, ut in Dei ſententiam concurratis. Etenim Jeſus Chriſtus, inſeparabilis noſtra vita, Patris eſt ſententia; ut & Epiſcopi per terræ termi- VERS. COT.

σκηνῆν, καθάπερ ἀθλητῇ, τῶν πολιτικῶν ἀλείπτης καὶ διδάσκαλος. Sic Iſidorus Peluſ. L. iii. Epiſt. 265. Suidas, Ἀλεῖπται, οἱ πρὸς τοὺς ἀγῶνας ἐπασκοῦντες. Ὁ θεολόγος λέγει· ἀλεῖπται εἰς ἀρετην. Hic optimus Magiſter oſtendit, quo modo Chriſtianus inſtrui debet ad patiendum pro Chriſti nomine. *Id.*

Ἀδιάκριτον.] Vet. Int. *incomparabile*, ac ſi ἀσύγκριτον legiſſet. S. Jacobus iii. 17. hanc vocem de ſapientia, quæ de cœlo eſt, uſurpavit. Ipſe Ignatius in initio Epiſt. ad Trall. etiam utitur: ubi Vet. Int. *inſeparabilem* vertit. Vulgatus, *ſine dolo*. Idem habet in fine Epiſt. ad Magneſ. ἀδιάκριτον πνεῦμα. Uterque reddit *inſeparabilem ſpiritum*. An *indubitabilem?* Baſil. ἀδιάκριτος πληροφορία. Id.

Τοῦ Πατρὸς ἡ γνώμη.] Γνώμη hìc idem videtur eſſe cum τῷ λόγος. Quæ phraſis quum paullò durior videretur Interpolatori, illam molliendo, corrupit ſenſum: Καὶ γὰρ Ἰησοῦς Χριστὸς πάντα κατὰ γνώμην πράττει τοῦ Πατρός. Quid ſi legamus τῇ γνώμῃ, hoc ſenſu? '*Chriſtus* Dei *Patris voluntate & ſententiâ* Princeps 'Eccleſiæ ὁρισθεὶς ſive conſtitutus, *ſicut & Epiſcopi* ipſius '*ſententiâ*.' Quod nimirum ſequitur: '*Epiſcopi ex voluntate Chriſti* ubique *per omnes terrarum tractus ſtabiliti*;

τὰ πέρατα ὁρισθέντες ἐν Ἰησοῦ Χριστοῦ γνώμῃ εἰσίν.

Δ. Ὅθεν πρέπει ὑμῖν συντρέχειν τῇ τοῦ ἐπισκόπου γνώμῃ, ὅπερ καὶ ποιεῖτε. Τὸ γὰρ [1] ἀξιονόμαστον ὑμῶν πρεσβυτέριον, τοῦ Θεοῦ ἄξιον, οὕτως συνήρμοσται τῷ ἐπισκόπῳ, ὡς χορδαὶ κιθάρᾳ. Διὰ τοῦτο ἐν τῇ ὁμονοίᾳ ὑμῶν, καὶ συμφώνῳ ἀγάπῃ, Ἰησοῦς Χριστὸς ᾄδεται. Καὶ οἱ κατ' ἄνδρα δὲ χορὸς γίνεσθε, ἵνα σύμφωνοι ὄντες ἐν ὁμονοίᾳ, χρῶμα Θεοῦ λαβόντες ἐν ἑνό-
* ᾄδητε. Salv. τητι, * ᾄδετε ἐν φωνῇ μιᾷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τῷ
* ἐπιγινώσκῃ. Id. Πατρί, ἵνα ὑμῶν καὶ ἀκούσῃ, καὶ * ἐπιγινώσκων δι' ὧν εὖ πράσσετε, μέλη ὄντας τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. Χρήσιμον οὖν ἐστιν ὑμᾶς ἐν ἀμώμῳ ἑνότητι εἶναι, ἵνα καὶ Θεοῦ πάντοτε [2] μετέχητε.

Ε'. Εἰ γὰρ ἐγὼ ἐν μικρῷ χρόνῳ τοιαύτην συνήθειαν ἔσχον πρὸς τὸν ἐπίσκοπον ὑμῶν, οὐκ ἀνθρωπίνην οὖσαν, ἀλλὰ πνευματικήν, πόσῳ μᾶλλον ὑμᾶς μακαρίζω, τοὺς [1] ἐγκεκραμένους οὕτως, ὡς ἡ ἐκκλησία Ἰησοῦ Χριστῷ, καὶ ὁ Ἰη-

Var. Lect. 1 MS. ἀξιόνομαστον 2 μετέχετε. 1 MS. ἐνκεκραμένους.

Ver. Cot. nos definiti, ex Jesu Christi sunt sententia.

IV. Unde decet vos in Episcopi sententiam concurrere: quod & facitis. Nam memorabile vestrum Presbyterium, dignum Deo, ita coaptatum est Episcopo, ut chordæ citharæ. Propter hoc, in consensu vestro & concordi caritate, Jesus Christus canitur. Sed & vos

'quam nimirum Apostoli ab 'ipsius ore didicerunt, & in ipsius nomine in universis ecclesiis *definiverunt*.' Eadem lectio occurrit in re prorsus eadem, in inscriptione Epist. ad Philadelphenses. Smith.

Ἐν Ἰησοῦ Χριστοῦ γνώμῃ.] Doctissimus Hammondus præpositionem ἐν vult deleri, & legi γνώμη casu recto, ut in priore parte hujus periochæ, ad mentem quoque Vet. Int. Hæc turpi negligentiâ omittens Interpolator, alia diversi argumenti stupidè & prorsus ἀπροσδιονύσως substituit. *Id.*

terræ fines determinati Jeſu Chriſti ſententia ſunt. VET. INT.

IV. Unde decet vos concurrere Epiſcopi ſententiæ: quod & facitis. Dignè nominabile enim veſtrum Preſbyterium, Deo dignum, ſic concordatum eſt Epiſcopo, ut chordæ citharæ. Propter hoc in conſenſu veſtro & conſona charitate Jeſus Chriſtus canitur. Sed & ſinguli chorus facti eſtis: ut conſoni exiſtentes in conſenſu, melos Dei accipientes in unitate, cantetis in voce una per Jeſum Chriſtum Patri; ut & vos audiat, & cognoſcat per quem bonum operamini, membra exiſtentes Filii ipſius. Utile igitur eſt vos in immaculata unitate eſſe; ut & Deo ſemper participetis.

V. Si enim ego in parvo tempore talem conſuetudinem tenui ad Epiſcopum veſtrum, non humanam exiſtentem ſed ſpiritualem: quanto magis vos beatifico, conjunctos ſic ut Eccleſia Jeſu Chriſto,

ſinguli chorus eſte; ut conſoni per concordiam, melos Dei recipientes in unitate, cantetis voce unâ per Jeſum Chriſtum Patri; quò & vos audiat, & agnoſcat ex iis quæ operamini, membra eſſe vos Filii ipſius. Utile itaque eſt, in immaculata unitate vos eſſe; ut & ſemper participetis Deo. VERS. COT.

V. Si enim ego brevi temporis ſpatio talem conſuetudinem contraxi cum Epiſcopo veſtro, quæ non humana ſed ſpiritualis eſt; quanto vos beatiores judico, conjunctos

Συμφώνῳ ἀγάπῃ.] Vide Orig. in Matth. 204. C. PEARS.

Ἄδετε] Euſeb. in vita Conſtantini l. i. C 15. ἀριστῶν παρὰ τοῖς πᾶσιν ᾀδομένων. Chryſoſt de Babyla, οὐκ ᾄδεται τὰ παράδοξα. Id.

Χρῶμα] Pro hoc Interpolator ſubſtituit συνάφειαν. Heſych. χρῶμα παρὰ τοῖς Μουσικοῖς χροία. Id.

Δι' ὧν εὖ πράσσετε.] Sic MS. Vet. Int. legit δι' ὃν. Voſſ. & Cot. ἐπράσσετε.

Μέλη ὄντας.] Lege ὄντες. VOSS.

Οὐκ ἀνθρωπίνην.] 'Non qualem homines ſeculo addicti inter ſe familiari ſermone de rebus variis ſolent exercere.' SMITH.

Ἐγκεκραμένους.] Quaſi *immixtos & ſimul adunatos*. Sed comparationes hujuſmodi, quæ ſequuntur, non ſunt ad rigorem literæ exigendæ. *Id*.

σοῦς Χριστὸς τῷ Πατρὶ, ἵνα πάντα ἐν ἑνότητι σύμφωνα ᾖ; Μηδεὶς πλανάσθω· ἐὰν μή τις ᾖ ἐντὸς τοῦ θυσιαστηρίου, [2] ὑστερεῖται τοῦ ἄρτου τοῦ Θεοῦ. Εἰ γὰρ ἑνὸς καὶ δευτέρου προσευχὴ τοσαύτην ἰσχὺν ἔχει, πόσῳ μᾶλλον ἥτε τοῦ ἐπισκόπου καὶ πάσης τῆς ἐκκλησίας; Ὁ οὖν μὴ ἐρχόμενος ἐπὶ τὸ αὐτὸ, οὗτος ἤδη ὑπερηφανεῖ, καὶ ἑαυτὸν διέκρινεν· γέγραπται γὰρ, ὑπερηφάνοις ὁ Θεὸς [3] ἀντιτάσσεται. Σπουδάσωμεν οὖν μὴ ἀν-
Θεῷ. SALV. τιτάσσεσθαι τῷ ἐπισκόπῳ, ἵνα ὦμεν * Θεοῦ ὑποτασσόμενοι.

ϛʹ. Καὶ ὅσον βλέπει τις σιγῶντα ἐπίσκοπον, πλειόνως αὐτὸν φοβείσθω. πάντα γὰρ ὃν πέμπει ὁ οἰκοδεσπότης εἰς ἰδίαν οἰκονομίαν, οὕτως δεῖ ἡμᾶς αὐτὸν δέχεσθαι, ὡς αὐτὸν τὸν πέμψαντα. Τὸν οὖν ἐπίσκοπον [1] δῆλον, ὅτι ὡς αὐτὸν τὸν Κύριον δεῖ [2] προσβλέπειν. Αὐτὸς μὲν οὖν Ὀνήσιμος ὑπερεπαινεῖ ὑμῶν τὴν ἐν Θεῷ εὐταξίαν, ὅτι πάντες κατὰ ἀλήθειαν ζῆτε, καὶ ὅτι ἐν ὑμῖν οὐδεμία αἵρεσις κατοικεῖ· ἀλλ' οὐδὲ ἀκούετέ τινος πλέον
* ἤπερ. SALV. SMITH. * εἴπερ Ἰησοῦ Χριστοῦ λαλοῦντος ἐν ἀληθείᾳ.

VAR. LECT. [2] ὑστερεῖτε. 3 ἀντιτάσσεσθε. [1] MS. δηλονότι. [2] προβλέπειν. Sic etiam Antonius.

VERS. COT. ficuti Ecclefia Jefu Chrifto, & Jefus Chriftus Patri; ut omnia per unitatem confentiant? Nemo erret: nifi quis intra altare fit, privatur pane Dei. Si enim unius atque alterius precatio tantas vires habet; quanto magis illa quæ Epifcopi eft & totius Ecclefiæ? Qui igitur in conventum non venit, hic jam fuperbiâ elatus eft, & feipfum feparavit atque judicavit. Scriptum eft enim, *fuperbis Deus refiftit.* Studeamus igitur Epifcopo non refiftere; ut fimus fubjecti Deo.

VI. Et quanto quis taciturniorem viderit Epifcopum,

Πάσης τῆς ἐκκλησίας.] 'Totius ecclefiæ, ipfi fubjectæ, & fub ipfius cura & regimine adunatæ.' *Id.*

Ἐπὶ τὸ αὐτὸ.] *Ad eundem facrum cœtum.* Id.

Καὶ ὅσον.] Interpol. ὅσῳ. S.. Voffius, Cotelerius, &c. ——

& ut Jeſus Chriſtus Patri; ut omnia in unitate conſona ſint! Nullus erret. Si quis non ſit intra altare, privatur pane Dei. Si enim unius & alterius oratio tantam vim habet: quanto magis illa quæ Epiſcopi & omnis Eccleſiæ! Qui igitur non venit in idem, hic jam ſuperbit & ſeipſum condemnavit. Scriptum eſt enim: *Superbis Deus reſiſtit.* Feſtinemus igitur non reſiſtere Epiſcopo; ut ſimus Deo ſubjecti.

VET. INT.

Prov. iii. 34. Iac. iv. 6. 1 Pet. v. 5.

VI. Et quantum videt quis tacentem Epiſcopum, plus ipſum timeat. Omnem enim quem mittit Dominus domûs in propriam diſpenſationem, ſic oportet nos ipſum recipere, ut ipſum mittentem. Epiſcopum igitur manifeſtum quoniam ut ipſum Dominum oportet reſpicere. Ipſe igitur quidem Oneſimus ſuperlaudat veſtram divinam ordinationem: quoniam omnes ſecundùm veritatem vivitis, & quoniam in vobis neque una hæreſis habitat; ſed neque auditis aliquem ampliùs quàm Jeſum Chriſtum loquentem in veritate.

VERS. COT.

tanto magis eum revereatur. Quemcumque enim Pater familias mittit ad gubernandam familiam ſuam, hunc ita accipere debemus ut illum ipſum qui mittit. Manifeſtum igitur eſt, quòd Epiſcopum reſpicere oporteat ut ipſum Dominum. Et ipſe quidem Oneſimus ſupra modum laudat veſtrum decentem divinumque ordinem, quòd omnes ſecundùm veritatem vivitis, & quòd inter vos nullus eſt hæreſi locus: ſed neque auditis aliquem ampliùs quàm Jeſum Chriſtum, qui loquitur in veritate.

Ob dignitatem venerabilis eſt Epiſcopus, etiam dum minùs loquitur & imperat. Vide § xv. & Epiſt. ad Philadelph. in initio. SMITH.

Πάντα ...... σύμψαντα:] Inſeruit Eclogis ſuis ſacris B. Johannes Damaſcenus, Cap. περὶ ἀγγέλλοντος καὶ μεσάζοντος ἀπόκρισιν. COT.

Τὸν οὖν ἐπίσκοπον κ. τ. λ.] Ergo Epiſcopus auctoritatem habet à Chriſto, utpote ipſius οἰκονόμος. PEARS.

Ζʹ. Εἰώθασι γάρ τινες δόλῳ πονηρῷ τὸ ὄνομα περιφέρειν, ἀλλά τινα πράσσοντες ἀνάξια Θεοῦ· οὓς δεῖ ὑμᾶς ὡς θηρία ἐκκλίνειν. εἰσὶν γὰρ κύνες λυσσῶντες, λαθροδῆκται· οὓς δεῖ ὑμᾶς φυλάσσεσθαι, ὄντας δυσθεραπεύτους. Εἷς ἰατρός ἐστιν, σαρκικός τε καὶ πνευματικὸς, γεννητὸς καὶ ἀγέννητος, ἐν σαρκὶ γενόμενος Θεὸς, ἐν ἀθανάτῳ ζωῇ ἀληθινῇ, καὶ ἐκ Μαρίας καὶ ἐκ Θεοῦ, πρῶτον παθητὸς καὶ τότε ἀπαθής.

VERS. COT. VII. Solent enim nonnulli malo dolo nomen quidem circumferre; sed patrant quædam indigna Deo: quos oportet vos ut feras evitare. Sunt enim canes rabidi, clam mordentes: quos à vobis vitari oportet, ut morbo difficulter curabili laborantes. Medicus autem unus eſt, &

Εἰώθασι] Damaſcenus Cap. de Hæreticis, tamquam ex Ignatii Epiſt ad Epheſ. τοὺς μερισμοὺς φεύγετε, ὡς ἀρχὴν κακῶν· εἰώθασί τινες, &c. in quibus ſcribitur ἄλλα τινά. Priora tamen ſunt Epiſt. ad Smyrn. Cap. vii. COT.

Τὸ ὄνομα περιφέρειν.] Vel Chriſti vel Chriſtianorum (vide Epiſt. ad Philadelph. §. x) utpote nomine tenus Chriſtiani & Pſeudo-Chriſtiani: quales erant Ebionitæ & Gnoſtici. Τῶν ψευδαδέλφων, καὶ τῶν ἐν ὑποκρίσει φερόντων τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου. Polycarpus ad Philadelph. [§. vi] SMITH.

Δυσθεραπεύτους.] Interpol. ἀνίατα γὰρ νοσοῦσιν, quaſi incurabilis eſſet morbus ille, ut ex antiquis aliqui putârunt. Sed aliud ἀθεράπευτος, *incurabilis, inſanabilis*; aliud δυσθεράπευτος. Veteres medici morſum canis rabidi, antequam ad hydrophobiam perveniatur, omnino curabilem putabant, ſed difficulter. PEARS.

Εἷς ἰατρός ἐστιν, σαρκικός τε καὶ πνευματικός.] Vet. Int. cum hac lectione convenit. Apud Theodoretum Dial. i. legitur γεννητὸς ἐξ ἀγεννήτου. Noſtram tamen lectionem probat Athanaſius De Synodis, & Gelaſius De Duabus naturis. VOSS.— Chriſtus, qui animis ſauciis, æquè ac corpori, morbis infirmitatibuſque laboranti, adhibet medicinam SMITH.

Γεννητὸς καὶ ἀγέννητος.] Uſum modò promiſcuum, modò diſtinctum γεννητοῦ & γενητοῦ, itemque ἀγενήτου & ἀγεννήτου obſervârunt recentiori memoriâ complures. Quos ante Tertullianus ſcripſerat Cap. 4. Libri de anima; *Conſequens eſt, ut ex Dei flatu animam profeſſi, initium ei deputemus. Hoc Plato excludit, innatam & infectam animam volens. Et natam autem docemus & factam, ex initii conſtitutione. Nec ſtatim erravimus, utrumque dicentes; quia, ſcilicet, aliud ſit natum, aliud factum, utpote illud animalibus competens.*

VII. Confueverunt enim quidam dolo malo nomen circumferre, fed quædam operantes indigna Deo: quos oportet vos ut beftias declinare. Sunt enim canes rabidi, latenter mordentes: quos oportet vos obfervare, exiftentes difficilè curabiles. Unus medicus eft, carnalis & fpiritualis, genitus & ingenitus, in carne factus Deus, in immortali vita vera, & ex Maria & ex Deo, primò paffibilis & tunc impaffibilis, Dominus Chriftus nofter. VET. INT.

carnalis & fpiritualis, genitus & ingenitus *feu* factus & non factus, in homine exfiftens Deus, in morte vita vera, & ex Maria & ex Deo, primùm paffibilis & tunc impaffibilis, Jefus Chriftus Dominus nofter. VER. COT.

Differentiæ autem, fua habendo loca & tempora, habent aliquando & paffivitatis commercia. Capit itaque, & facturam dici generari pro ineffe ponit, fiquidem omne, quod quoque modo accipit effe, generatur. Nam & factor ipfe parens facti poteft dici: fic & Plato utitur. Et Johannes Damafcenus in Libris Orthodoxæ fidei γενητὸν explicat κτιστὸν, ἀγένητον ἄκτιστον, γεννητὸν γεννηθὲν, ἀγέννητον μὴ γεννηθέν. Acceffit huc ad majorem confufionem audacia librariorum, infcitia, fupinitas. Quibus factum eft, ut fæpiffime nefciamus fcripferintne Auctores per unum ν, an per duo. Exempli gratiâ hìc, pofuiffe quidem Ignatium antiquo more γεννητὸς καὶ ἀγέννητος, pro γενητὸς καὶ ἀγένητος, *factus & non factus*, feu *creatus & increatus*, arbitramur, adducti auctoritate MS. Florentini, itemque Interpretis, Interpolatoris, ac Theodoriti: hoc tamen omni ex parte non liquet. Plures enim Codices Athanafii in citatione loci iftius habent γενητὸς & ἀγένητος, atque ita videtur legiffe Gelafius, dum vertit *factus & non factus*, quamvis potuerit ad eum modum ex fenfu reddere. Quæres unde fluxerit lectio Theodoriti minùs bona, γεννητὸς ἐξ ἀγεννήτου. Sic habeto: ignarus aliquis veteris acceptionis ἀγεννήτου pro *increato*, cùm non valeret concoquere Filium dici *ingenitum*, Ignatii textum corrigendum fibi cenfuit. Eademque laboravit imperitiâ Interpolator, nifi erro. Cæterùm propter hunc locum aliofque multos, à Hieronymo affirmatur Ignatius adversùs Ebionem ftylum acuiffe. COT. — Vide D. Bullum in Defenf. fidei Nicenæ. P. 75. [Sect. ii. Cap. 2. §.6] SMITH.

Ἐν σαρκὶ γενόμενος κ. τ. λ.] Legendum videtur, confentientibus Athanafio, Theodoreto, & Gelafio, ἐν ἀνθρώπῳ Θεὸς, ἐν θανάτῳ ζωὴ ἀληθινή VOSS.

Τότε ἀπαθής.] Chriftus poft re-

Η'. Μὴ οὖν τις ὑμᾶς ἐξαπατάτω, ὥσπερ οὐδὲ ἐξαπατᾶσθε, ὅλοι ὄντες Θεοῦ. ὅταν γὰρ μηδεμία ἔρις ἐνείρισται ἐν ὑμῖν, ἡ δυναμένη ὑμᾶς βασανίσαι, ἆρα κατὰ Θεὸν ζῆτε. Περίψημα ὑμῶν καὶ ἁγνίζομαι ὑμῶν Ἐφεσίων ἐκκλησίας τῆς διαβοήτου τοῖς αἰῶσιν. Οἱ σαρκικοὶ τα πνευματικὰ πράσσειν οὐ δύνανται, οὐδὲ οἱ πνευματικοὶ τὰ σαρκικά· ὥσπερ οὐδὲ ἡ πίστις τὰ τῆς ἀπιστίας, οὐδὲ ἡ ἀπιστία τὰ τῆς πίστεως. Ἃ δὲ καὶ κατὰ σάρκα πράσσετε ταῦτα πνευματικά ἐστιν· ἐν Ἰησοῦ γὰρ Χριστῷ πάντα πράσσετε.

Θ'. Ἔγνων δὲ παροδεύσαντάς τινας ἐκεῖθεν, ἔχοντας κακὴν διδαχήν· οὓς οὐκ εἰάσατε σπεῖραι εἰς ὑμᾶς, βύσαντες τὰ ὦτα, εἰς τὸ μὴ παραδέξασθαι τὰ σπειρόμενα ὑπ' αὐτῶν, ὡς ὄντες

VER. COT. VIII. Ne quis igitur vos ſeducat, ſicut nec ſeducimini: toti namque eſtis Dei. Cùm enim nullâ lite implicemini, quæ vos diſcruciare poſſit; profectò ſecundùm Deum vivitis. Purgamentum veſtri ſum, & piaculum efficiar pro veſtra Epheſiorum Eccleſia, celeberrima in ſæculis. Carnales ſpiritualia exercere nequeunt, neque

ſurrectionem nullis infirmitati bus, ægritudinibus, affectibuſque, quos antea ſubierat, jam futurus obnoxius. SMITH.— Adde ex Theodoreto, Gelaſio, & veteri verſione, Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ Κύριος ἡμῶν. VOSS.

Περίψημα ὑμῶν κ. τ. λ.] Locus procuIdubio corruptus, & quem non rectè tranſtulit Vetus Interpres, ſed obſcuriorem reddidit: Scribe, Περίψημα ὑμῶν ἐγὼ, καὶ ἅγνισμα ὑμῶν Ἐφεσίων &c. VOSS.

Καὶ ἁγνίζομαι ὑμῶν.] Vet. Int. *& caſtificetur*. Scripſit, ut opinor, *caſtificer*. Ἁγνίζομαι pro ἅγνισμά εἰμι, quod adhuc apertius eſt in Epiſt. ad Trall. §. xiii. Ἁγνίζεται ὑμῶν τὸ ἐμὸν πνεῦμα, i. e. ἅγνισμά ἐστι. PEARS. —— Legendum ἁγνίζωμαι. *ipſe offerar in victimam pro eccleſia Epheſiorum.* Interpolator ſenſum vocis non intellexit, ideo hoc modo παραφράζει· Περίψημα δὲ ὑμῶν καὶ τῆς ἁγνοτάτης Ἐφεσίων ἐκκλησίας. SMITH.

Πνευματικά ἐστιν] *Ad finem ſpiritualem diriguntur.* Id.

Βύσαντες τὰ ὦτα.] Vult Chriſtianos aures ſuas obturare contra Hæreticos, quod Judæi facere ſolebant contra blaſphemos. Act. vii. 57. PEARS.

Ὡς ὄντες λίθοι] Objicitur Me-

VIII. Non igitur quis vos ſeducat; quemadmodum neque * ſeducemini, toti exiſtentes Dei. Quum enim neque una lis complexa eſt in vobis, potens vos torquere; tunc ſecundùm Deum vivitis. *Peripſima veſtri & *caſtificetur à veſtra Epheſiorum Eccleſia, famoſa in ſeculis. Carnales ſpiritualia operari non poſſunt, neque ſpirituales carnalia: quemadmodum neque fides quæ infidelitatis, neque infidelitas quæ fidelitatis & fidei. Quæ autem & ſecundùm carnem operata ſunt, hæc ſpiritualia ſunt: in Jeſu enim Chriſto omnia operata ſunt.

VET. INT.
* f. ſeducimini.
* f. Peripſema.
* f. caſtificer.

IX. Cognovi autem tranſeuntes quoſdam inde, habentes malam doctrinam. Quos non dimiſiſtis ſeminare in vos; obſtruentes aures, ad non recipere ſeminata ab ipſis; ut exiſtentes lapides tem-

ſpirituales carnalia: ſicut nec fides quæ incredulitatis ſunt, nec incredulitas quæ fidei. Quæ verò & ſecundùm carnem agitis, ea ſpiritualia ſunt. In Jeſu enim Chriſto omnia agitis. VERS. COT.

IX. Novi autem nonnullos illic tranſiiſſe, qui habent perverſam doctrinam. Quos non permiſiſtis ſeminare inter vos; & obturâſtis aures, ne reciperetis quæ ab ipſis

taphoræ novitas, necnon abſurditas. De primo, mira ſanè vis eſt, exigere in qualibet ſimilitudine geminam. Ecce ad manum (nam ſtultum eſſet quærere) aliquatenus ſimilia Hippolyti verba, Gudianæ Editionis, p. 87. κλίμαξ ἐν ἐκκλησίᾳ εἰς ὕψος ἀνάγουσα ἐπὶ τὸ κέρας, εἰκὼς σημείου πάθους Χριστοῦ, ἕλκουσα τοὺς πιστοὺς εἰς ἀνάβασιν οὐρανῶν. & Methodii apud Gretſerum de ſancta Cruce, p. 1669. μηχανὴ δι' ἧς οἱ εἰς τὴν οἰκοδομίαν ἐνθετοῦντες τῆς ἐκκλησίας, κάτωθεν λίθου τετραγώνου δίκην ἀνέλκονται ἐναρμοσθησόμενοι τῷ θείῳ λόγῳ. Abſurdi verò quid? ſi Deus Pater ſanctos homines quaſi lapides divini templi dicatur ſuſtollere per crucem Chriſti tamquam per machinam, & per Spiritum Sanctum veluti per funem, ſubvectionem adjuvante fide, cum caritate. Nec omittam monere, B. Ignatium ſcribentem ad Epheſios præclarè alludere ad locum Paulinæ Epiſtolæ iiſdem miſſæ, ii. 19, &c. Denique quod dicitur hìc de fide & caritate, laudatur à Damaſceno inedito, Cap. περὶ πίστεως καὶ εὐσεβείας εἰς Θεόν. COT.

λίθοι ναοῦ Πατρὸς, ἡτοιμασμένοι εἰς οἰκοδομὴν Θεοῦ Πατρὸς, ἀναφερόμενοι εἰς τὰ ὕψη διὰ τῆς μηχανῆς Ἰησοῦ Χριστοῦ, [1] ὅ ἐστιν σταυρὸς, σχοινίῳ χρώμενοι τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ· ἡ δὲ πίστις ὑμῶν ἀναγωγεὺς ὑμῶν, ἡ δὲ ἀγάπη ὁδὸς ἡ ἀναφέρουσα εἰς Θεόν. Ἐστ' οὖν καὶ σύνοδοι πάντες, Θεοφόροι, καὶ ναοφόροι, Χριστοφόροι, ἁγιοφόροι, κατὰ πάντα [2] κεκοσμημένοι ἐντολαῖς Ἰησοῦ Χριστοῦ· οἷς καὶ ἀγαλλιῶμαι ὅτι ἠξιώθην δι' ὧν γράφω προσομιλῆσαι ὑμῖν, καὶ συγχαρῆναι, ὅτι κατ' ἄλλον βίον οὐδὲν ἀγαπᾶτε, εἰ μὴ μόνον τὸν Θεόν.

I. Καὶ ὑπὲρ τῶν ἄλλων δὲ ἀνθρώπων ἀδιαλείπτως [1] προσεύχεσθε· ἔστιν γὰρ ἐν αὐτοῖς ἐλπὶς μετανοίας, ἵνα Θεοῦ τύχωσιν. ἐπιτρέψατε

VAR. LECT. [1] MS. ὅς. [2] κεκοσμιμένοι. [1] MS. προσεύχεσθαι.

VERS. COT. sunt disseminata; ut qui lapides sitis templi Patris, præparati in Dei Patris ædificium; sublati in alta per machinam Jesu Christi, quæ est crux, Spiritu Sancto pro fune utentes: fides autem vestra subvectrix vestra, caritas verò via deducens ad Deum. Estis igitur & viæ comites omnes, Deiferi & Templiferi, Christiferi, Sancti-

Ἀναγωγεύς.] Vet. Int. *dux vester*, perperam. Ἀγωγεὺς, ἀγωγὸς aliquando id significat, sed hoc loco non potest. Similitudines hæ non placent: sed tales viri & sanctissimi & doctissimi prosecuti sunt; & fortasse hoc ipso loco impulsi, & exemplo viri maximi inducti, id fecere. Alterum etiam locum sugillat Blondellus, quòd idem Spiritum S. vocat σχοινίον, quo ἀναγωγεὺς utitur. Sed, ut rectè observavit Vossius, malè *hominem* interpretatus est, quum *trochleam* significet. Hesych. ἀγωγεὺς, ὁ ἱμὰς, & illud Homericum, σὺν δ' ἤειρεν ἱμᾶσιν, exponit συνέδησε δὲ τοὺς ἀγωγεῖς τῶν ἵππων. Onomasticum vetus, *habena*, ἡνία, ἀγωγεύς. Alii. *ductorium*, ἀγωγεύς. Ita apud Xenophontem. PEARS.

Σύνοδοι.] Hesych. Σύνοδος, συνοδοιπόρος. Φαλητήρια καὶ φαλεαὶ, τῶν θιάσων καὶ συνόδων οἶκοι. Gloss. Σύνοδος, ὁ συνοδεύων, *comes*. Vet. Int. *conviatores*, rectè. *Dilectio*, inquit, *via est, ducens ad Deum. Vos igitur in ea via comites estis, ferentes Deum & Christum*, quasi solenni pompâ

pli Patris, parati in ædificatione Dei Patris, relati in excelſa per machinam Jeſu Chriſti, quæ eſt crux, fune utentes Spiritu Sancto. Fides autem veſtra dux veſter, charitas verò via referens in Deum. Eſtis igitur conviatores, Deiferi, & templiferi, & Chriſtiferi, ſanctiferi, ſecundùm omnia ornati in mandatis Jeſu Chriſti: quibus & exultans dignificatus ſum, per quæ ſcribo, alloqui vobis, & congaudere; quoniam ſecundùm aliam vitam nihil diligitis niſi ſolum Deum. VET. INT.

X. Sed & pro aliis hominibus indeſinenter Deum oratis. Eſt enim in ipſis ſpes pœnitentiæ, ut Deo

feri, per omnia ornati præceptis Jeſu Chriſti: propter quos exſulto, quòd dignus habitus ſim, per ea quæ ſcribo, colloqui vobiſcum, & ſimul gaudere; quia ratione alterius vitæ habitâ, nihil diligitis præter ſolum Deum. VERS. COT.

X. Sed & pro aliis hominibus indeſinenter oratis. Eſt enim ipſis ſpes pœnitentiæ, ut Deum nanciſcantur. Per-

tendentes ad ipſum Deum. In talibus enim ſacris proceſſionibus erant multi, qui ferebant ſacra quædam vaſa, vel alia. *Id.*

Θεοφόροι, καὶ ναοφόροι, χριστοφόροι, ἁγιοφόροι.] Intelligendum illud, non de materiato templo, ſed de ſpirituali, quod in pectoribus noſtris erigere debemus. VOSS.——Frequenter occurrunt in ſcriptis Patrum voces Θεοφόρος & Χριστοφόρος. Duæ verò aliæ ejuſdem creberrimæ apud Græcos compoſitionis, ναοφόρος & ἁγιοφόρος, eamdem habent ſignificationem. Chriſtum enim Deum Scripturæ *Sanctum* appellant; eumque templum eſſe Dei oſtenditur à Martyre Cypriano, Lib. i. Cap. 15. Teſtimoniorum. Quamquam ἁγιοφόροι explicari poteſt de hominibus ſanctitatem ferentibus ac poſſidentibus; & ναοφόροι de illis qui templum Dei gerunt, ipſique ſunt. Ab Antiocho Homil. 1. Ignatiana verba paullulum immutata uſurpantur. Ὁ τοιοῦτος γίνεται Θεοφόρος, ἤγουν Χριστοφόρος, καὶ ναὸς Θεοῦ, καὶ ἁγιοδρόμος, (malim ἁγιοδόμος, ut reſpondeat ad ἁγιοφόρος) κατὰ (ſic duo veteres libri) πάντα κεκοσμημένος ἐν ταῖς ἐντολαῖς Ἰησοῦ Χριστοῦ. COT.

Κατ' ἄλλον βίον] *Secundùm vitam* hanc Chriſtianam, quæ *alia* eſt à naturali. SMITH.

Ὑπὲρ τῶν ἄλλων.] Preces pro nondum converſis. PEARS.

οὖν αὐτοῖς κἂν ἐκ τῶν ἔργων ὑμῖν μαθητευθῆναι. Πρὸς τὰς ὀργὰς αὐτῶν ὑμεῖς πραεῖς, πρὸς τὰς ² μεγαλοῤῥημοσύνας αὐτῶν ὑμεῖς ταπεινόφρονες, πρὸς τὰς βλασφημίας αὐτῶν ὑμεῖς τὰς προσευχάς, πρὸς τὴν πλάνην αὐτῶν ὑμεῖς ἑδραῖοι τῇ πίστει, πρὸς τὸ ἄγριον αὐτῶν ὑμεῖς ἥμεροι. Μὴ σπουδάζοντες ἀντιμιμήσασθαι αὐτούς, ³ ἀδελφοὶ αὐτῶν εὑρηθῶμεν τῇ ἐπιεικείᾳ· μιμηταὶ δὲ τοῦ Κυρίου σπουδάζωμεν εἶναι. τίς πλέον ⁴ ἀδικηθῇ, τίς ⁵ ἀποστερηθῇ, τίς ⁶ ἀθετηθῇ· ἵνα μὴ τοῦ διαβόλου βοτάνη τὶς εὑρεθῇ ἐν ὑμῖν· ἀλλ' ἐν πάσῃ ἁγνείᾳ καὶ σωφροσύνῃ *μένετε, ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ, σαρκικῶς καὶ πνευματικῶς.

* f. μένητε.

ΙΑ'. Ἔσχατοι καιροὶ λοιπόν· αἰσχυνθῶμεν, φοβηθῶμεν τὴν μακροθυμίαν τοῦ Θεοῦ, ἵνα μὴ ἡμῖν εἰς κρίμα γένηται. Ἢ γὰρ τὴν μέλλουσαν ὀργὴν φοβηθῶμεν, ἢ τὴν ἐνεστῶσαν χάριν ¹ ἀγα-

VAR. LECT. ² μεγαλορημοσύνας. ³ ἄδελφοι. ⁴ ἀδικηθεῖ. ⁵ ἀποστερηθεῖ. ⁶ ἀθετηθεῖ. ¹ MS. ἀγαπήσομεν.

VERS. COT. mittite itaque ipſos, ſaltem ex operibus, à vobis erudiri. Sitis vos adversùs iras eorum mites, adversùs magniloquentias eorum humiles: eorum maledictis opponite vos preces, adversùs errorem eorum vos firmi permanete in fide, adversùs efferos mores illorum vos manſueti ſitis.

Μαθητευθῆναι.] Præclarè hæc dicta ſunt. *Id* —— ‘ Ut bonis veſtris operibus inſtructi convictique, de ſuis malis moribus pudefiant, & ad Deum convertantur, indeque *diſcipuli fiant* Chriſti. SMITH.

Ὑμεῖς τὰς προσευχάς.] Deeſt quippiam ad abſolvendam ſyntaxin. Interpol. habet ἀντιτάξατε, quod non inconcinnum videtur. *Id.*

Τὶς πλέον .... ἀθετηθῇ.] Vel τίς cum acuto, & cum puncto interrogante: *Quis magis injuriâ affectus fuerit? quis fuerit defraudatus? quis ſpretus?* COT.—— Locus ſic opinor reſtituendus οὗ τίς πλέον. PEARS.—— Hæc verba parentheſi includi oportere puto. SMITH. — MS. exhibet τίς.

Τοῦ διαβόλου βοτάνη] Malus affectus, aut mala doctrina, quam Diabolus ſuorum mentibus inſerere ſolet. Hac metaphorâ ex frequenti uſu S. Ignatium mirè delectari quis ne-

potiantur. Monete igitur ipſos, ſaltem ex operibus à vobis erudiri. Ad iras ipſorum vos manſueti, ad magniloquia eorum vos humilia ſapientes: ad blaſphemias ipſorum vos orationes, ad errorem ipſorum vos firmi fide, ad agreſte ipſorum vos manſueti. Non feſtinantes imitari ipſos; fratres ipſorum inveniamur in manſuetudine: imitatores autem Dei ſtudeamus eſſe. Quis plus injuſtum patiatur, quis fraudetur, quis contemnatur. Ut non Diaboli herba quis inveniatur in vobis: ſed in omni caſtitate & temperantia maneatis, in Jeſu Chriſto, carnaliter & ſpiritualiter. VET. INT.

XI. Extrema tempora de cetero. Verecundemur & timeamus longanimitatem Dei; ut non nobis in judicium fiat. Vel enim futuram iram timeamus, vel præſentem gratiam diligamus. U-

Non ipſos contrà imitari conati; fratres eorum inveniamur per benignitatem: imitatores autem Domini ſtudeamus eſſe: unuſquiſque majorem injuriam patiatur, unuſquiſque defraudari ſe ſinat, unuſquiſque contemni. Ut non herba aliqua Diaboli in vobis inveniatur; ſed in omni puritate & temperantia maneatis, in Jeſu Chriſto, carnaliter & ſpiritualiter. VERS. COT.

XI. Noviſſima jam ſunt tempora: revereamur & timeamus Dei longanimitatem, ne in judicium nobis cedat. Aut enim futuram timeamus iram, aut præſentem gra-

gaverit? Vide Epiſt. ad Philadelph § iii. & ad Trall. § vi. ubi ſeipſum clarius explicat: ἀλλοτρίας δὲ βοτάνης ἀπέχεσθαι, ἥτις ἐστὶν αἵρεσις, eodem planè ſenſu, quo impia illa & blaſphema dogmata nuncupat κακὰς παραφυάδας, § xi. SMITH

Ἀλλ' ἐν πάσῃ ἁγνείᾳ κ. τ. λ.] Tantumne vigere in viris doctis reprehendendi cacoethes! Arguant ergo & Apoſtolum, 1 Cor vii 34. COT.

Μένετε.] Ex feſtinatione variat perſonam, accuratæ locutionis parum curioſus. Vet Int. maneatis: ac ſi legiſſet μένητε. Nec quicquam omnino refert. SMITH.

Ἔσχατοι καιροὶ λοιπόν· αἰσχυνθῶμεν κ. τ. λ.] Forſan, Ἔσχατοι καιροί· λοιπὸν κ. τ. λ.] Iu

Χάριν.] Male hic Pſeudo-Ignatius, χαρὰν. VOSS.

πήσωμεν· ἓν τῶν δύο μόνον ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ εὑρεθῆναι, εἰς τὸ ἀληθινὸν ζῆν. Χωρὶς τούτου μηδὲν ὑμῖν πρεπέτω, ἐν [2] ᾧ τὰ δεσμὰ περιφέρω, τοὺς πνευματικοὺς μαργαρίτας, ἐν οἷς γένοιτό μοι ἀναστῆναι τῇ προσευχῇ ὑμῶν, ἧς γένοιτό μοι ἀεὶ μέτοχον εἶναι, ἵνα [3] ἐν κλήρῳ Ἐφησίων εὑρεθῶ τῶν Χριστιανῶν, οἳ καὶ [4] τοῖς ἀποστόλοις πάντοτε συνῄνεσαν ἐν δυνάμει Ἰησοῦ Χριστοῦ.

ΙΒʹ. Οἶδα τίς εἰμι καὶ τίσιν γράφω. ἐγὼ κατάκριτος, ὑμεῖς [1] ἐλεημένοι· ἐγὼ ὑπὸ κίνδυνον, ὑμεῖς ἐστηριγμένοι. Πάροδός ἐστε τῶν εἰς Θεὸν ἀναιρουμένων· Παύλου συμμύσται τοῦ ἁγιασ-

[2] τῷ. [3] ἑνί. [4] τοὺς ἀποστόλους. [1] MS. ἠλεημένοι.

VER. COT. tiam diligamus: unum ex duobus, modò in Chrifto Jefu inveniamur, ad veram vitam vivendam. Sine ipfo nihil vos deceat; in quo vincula circumfero, fpirituales margaritas, in quibus erectum ftare mihi contingat oratione

Ἓν τῶν δύο] Apud Damafcenum Cap. περὶ διορθώσεως βίου κακοῦ &c. ἐν τῷ νῦν βίῳ, quem admodum . Interpolata. COT. —— Si interponatur particula εἰς poft μόνον, fenfus erit facilis: 'Aut hoc aut illud folum agamus, ut in Jefu Chrifto inveniamur; ad vitam veram & immortalem in cœlis obtinendam magis inde comparati & difpofiti.' SMITH.

Τὰ δεσμὰ περιφέρω, τοὺς πνευματικοὺς μαργαρίτας.] Polycarpus initio Epiftolæ; ἐνειλημένους τοῖς ἁγιοπρέπεσι δεσμοῖς, ἅτινά ἐστι διαδήματα τῶν ἀληθῶς ὑπὸ Θεοῦ καὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν ἐκλελεγμένων. Cyprianus Epift. 77. *Dicatis Deo hominibus, & fidem fuam religiofâ virtute teftantibus, ornamenta funt ifta, non vincula; nec Chriftianorum pedes ad infamiam copulant, fed clarificant ad coronam.* Eufebius Hift. Ecclef. Lib. i Cap. 5. ὥστε καὶ τὰ δεσμὰ κόσμον εὐπρεπῆ περικεῖσθαι αὐτοῖς, ὡς νύμφη κεκοσμένη ἐν κροσσωτοῖς χρυσοῖς πεποικιλμένοις. Et à Chryfoftomo Libro de S. Babyla circa medium, refertur Martyrem illum cum catenis voluiffe fepeliri, ut oftenderet eas honorificas effe & fplendidas; exemplo Pauli Apoftoli, qui furfum ac deorfum, ftigmata, vincula, catenam gloriabundus verfat. Denique Victoris Vitenfis verba funt Lib v. de perfecutione Africana, paullò ante finem; *Eductifque illis de cuftodia, multitudo populi Dei bellatores Trinitatis quafi agnos innocuos ad*

num duorum ſolum in Chriſto Jeſu * invenitur, in verum vivere. Sine ipſo nihil vos deceat: in quo vincula circumfero, ſpirituales margaritas; in quibus fiat mihi reſurgere, oratione veſtrâ. Quâ fiat mihi ſemper participem eſſe: ut in ſorte Epheſiorum inveniar Chriſtianorum; qui & Apoſtolis ſemper conſenſerunt, in virtute Jeſu Chriſti.

VET. INT. * *f.* inveniatur

XII. Novi quis ſum, & quibus ſcribo. Ego condemnatus, vos propitiationem habentes; ego ſub periculo, vos firmati. Tranſitus eſtis eorum qui in Deum interficiuntur: Pauli condiſcipuli

VER. COT.

veſtrâ, cujus me opto ſemper fieri participem, ut inveniar in ſorte Epheſiorum Chriſtianorum, qui & Apoſtolis ſemper conſenſerunt, in virtute Jeſus Chriſti.

XII. Scio qui ſum, & quibus ſcribo. Ego condemnatus, vos miſericordiam aſſecuti: ego periculo obnoxius; vos confirmati. Tranſitus eſtis eorum qui ob Deum interficiuntur: Pauli ſymmyſtæ, qui ſanctificatus, marty-

victimam deducebat: & rigentium pondera catenarum quaſi quædam monilia per-videbat; quia non fuerunt illa vincula, ſed ornamenta. Eant nunc, qui nobis in hac cauſſa adverſantur, ac mirentur *vincula* Martyrum *ſpirituales* dici *margaritas*. COT.

Ἀναστῆναι] Exponi poteſt, vel *erectum ſtare*, uti converſum eſt ab Uſſerio: vel *diſcedere, cogi ad migrandum, everti*; quo ſenſu accepiſſe videtur Interpolator, cùm ἀναστῆναι mutavit in τελειωθῆναι: vel *reſurgere*, idque tum reſurrectione à lapſu peccati, tum reſurrectione juſtorum, vitæ, & primâ, quemadmodum loquuntur S. Scripturæ. *Id.*

Συνῄνεσαν.] Hæc eſt vera lectio: nam apud Pſeudo-Ignatium non rectè legitur συνῆσαν. VOSS.

Ἐγὼ κατάκριτος, ὑμεῖς ἠλεημένοι.] ‘Adjudicatus à Trajano ‘ad beſtias, vos verò ab ejuſmodi ſuppliciis *per Dei miſericordiam* liberati.’ SMITH.

Ἐστηριγμένοι] ‘In pace *firmati* & extra omne periculum.’ *Id.*

Πάροδος] Διάβασις. Heſych. Epheſum rectè petebant, qui ex Oriente iter versùs Romam inſtituebant. Hæc non intellexit Interpolator. Senſus eſt, ‘Vos in Epheſo, per quam ‘*tranſeunt* illi, qui in Oriente ‘condemnati Romam mittun‘tur.’ PEARS.

Παύλου συμμύσται.] ‘Qui par‘ticipes facti eſtis *Myſterii S.* ‘*Pauli*, à Domino immediatè

μένου, τοῦ μεμαρτυρημένου, ἀξιομακαρίστου, οὗ γένοιτό μοι ὑπὸ τὰ ἴχνη εὑρεθῆναι, [2] ὅτ' ἂν Θεοῦ ἐπιτύχω, ὃς ἐν πάσῃ ἐπιστολῇ μνημονεύει ὑμῶν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

ΙΓ'. Σπουδάζετε οὖν πυκνότερον [1] συνέρχεσθαι εἰς εὐχαριστίαν Θεοῦ καὶ εἰς δόξαν. [2] ὅτ' ἂν γὰρ πυκνῶς ἐπὶ τὸ αὐτὸ γίνεσθε, καθαιροῦνται αἱ δυνάμεις τοῦ Σατανᾶ, καὶ λύεται ὁ ὄλεθρος αὐτοῦ ἐν τῇ ὁμονοίᾳ ὑμῶν τῆς πίστεως. Οὐδέν ἐστιν ἄμεινον εἰρήνης, ἐν ᾗ πᾶς πόλεμος [3] καταργεῖται ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων.

ΙΔ'. Ὧν οὐδὲν λανθάνει ὑμᾶς, ἐὰν τελείως

VET. INT. [2] ὅταν. [1] MS. συντρέχεσθαι. [2] ὅταν. [3] καταργεῖτε.

VER. COT. rium consecutus, & dignè beatus eſt (ad cujus veſtigia contingat mihi ut inveniar, ubi Deo potitus fuero) qui totâ Epiſtolâ memor veſtri eſt in Chriſto Jeſu.

XIII. Date itaque operam, ut crebriùs congregemini ad gratias Deo agendas, & ad eum laudandum. Quando

'revelati, & ad Epheſios præ-'cipuè explicati,' ut ipſe explicat, Epheſ. iii. 4. Vide Hieronymi Præf. Comm. in iſtam Epiſt. Chryſoſt. in argumento, Ἐστὶ δὲ νοημάτων μεστὴ ἡ ἐπιστολὴ ὑψηλῶν καὶ δογμάτων —καὶ ὑψηλῶν σφόδρα γέμει τῶν νοημάτων καὶ ὑπερόγκων—λέγεται δὲ καὶ τὰ βαθύτερα τῶν νοημάτων αὐτοῖς ἐμπιστεῦσαι. Inde, opinor, Origenes Celſum provocans ad ſapientiam Pauli ex Epiſtolis intelligendam, inter reliquas primam nominat Epiſtolam ad Epheſios. p. 122. Paulò poſt S. Ignatium, S. Polycarpus in Epiſt. ad Philipp. οὔτε ἐγὼ, οὔτε ἄλλος ὅμοιος ἐμοὶ δύναται κατακολουθῆσαι τῇ σοφίᾳ τοῦ μακαρίου καὶ ἐνδόξου Παύλου. Μύσται vox frequentiſſima apud omnes ſcriptores [Eccleſiaſticos.] Erant autem illi μύσται & συμμύσται nulli alii, quàm πιστοὶ & fideles omnes, qui admittebantur ad Euchariſtiam percipiendam: qui pariter participabant cum S. Paulo Euchariſtiam, & in myſteriis fidei per ipſum præcipuè inſtituti & eruditi ſunt. Unde Veteres Epheſios μύστας ſignanter dictos putabant. Præclarus locus eſt, & ad hanc rem appoſitiſſimus, in vetuſtiſſima Chryſoſtomi vita, paullò poſt mortem ejus ſcriptâ, qui conſuli & legi meretur. *Id.*

Μεμαρτυρημένου.] Sine dubio intellexit cruentam ejus paſſionem. Sed videtur potiùs exponendum ſecundùm S. Scripturæ loquendi modum. *Id.*

Ἐν πάσῃ ἐπιστολῇ.] Fruſtra

(ſanctificati, martyrizati, dignè beati) cujus fiat mihi ſub veſtigiis inveniri, quando Deo fruar; qui in omni Epiſtola memoriam facit veſtri in Jeſu Chriſto. VET. INT.

XIII. Feſtinate igitur crebriùs convenire in gratiarum actionem Dei, & in gloriam. Quum enim crebrò in idipſum convenitis, deſtruuntur potentiæ Satanæ; & ſolvitur * proditio ipſius in concordia veſtræ fidei. Nihil eſt melius pace; in qua omne bellum evacuatur cœleſtium & terreſtrium.

* *l.* perditio.

XIV. Quorum nullum latet vos: ſi perfectè in

enim ſæpius in idem loci convenitis, labefactantur vires Satanæ, & concordiâ veſtræ fidei ſolvitur exitium quod ille infert. Nihil præſtantius pace eſt, quâ aboletur omne bellum cœleſtium & terrenorum. VERS. COT.

XIV. Quorum nihil vos latet; ſi perfectè habueritis

ſunt, & Andabatarum more digladiantur viri litterati; non videntes ἐν πάσῃ ἐπιστολῇ eſſe *in tota Epiſtola*, ad Epheſios, nimirum, ſcriptâ; quâ illos laudat valde, ac ſemper commendat, nunquam reprehendit Apoſtolus, ut fuit à Hieronymo obſervatum. COT. ——Hieronymus contra Luciferianos: *&* *per omnem Pentecoſten*: non per unamquamque Pentecoſten, quaſi quotannis in feſto Pentecoſtes, ſed per totam, per omnes dies quinquaginta, qui à Paſchate ad Pentecoſten numerabantur. Opus imperfect. Homil. 19. 579. *De quibus cavendis in omni epiſtola ſua ſollicitè monet Apoſtolus.* Videtur omnino illa Epiſtola ex Laodicea eſſe hæc ad Epheſios; ad hos quidem miſſa, ſed ſcripta tanquam ad Aſianos omnes: imò miſſa eſt & ad reliquas Aſiæ Eccleſias, & ad Laodicenos. Monendum igitur duxit Ignatius, quæcunque præclarè de iis, ad quos ſcripſit, dicta ſunt, ea omnia ad Epheſios pertinere. PEARS.

Εἰς εὐχαριστίαν κ. τ. λ.] Ad frequentes ſacras ſynaxes Epheſios hortatur, utpote in quibus ſolennes gratiarum actiones Deo præſtantur; & maximè glorificatur Deus ob myſterium redemptionis hominum, per mortem Chriſti in illis ſacratiſſimis ritibus repræſentatam. SMITH.

Πυκνῶς] Συνεχῶς, συχνῶς. Heſych. De frequenti ſeu conferta & plena ſynaxi hæc intelligenda eſſe etiam illud ſuadet, quod de pace ſequitur, quæ intelligi ſolebat contra Schiſmaticos: ut Cyprianus de unitate, *Ad pacis præmium venire non poſſunt, qui pacem Domini diſcordiæ furore ruperunt.* PEARS.

O

εἰς Ἰησοῦν Χριστὸν ἔχητε τὴν πίστιν, καὶ τὴν ἀγάπην, ἥτις ἐστὶν ἀρχὴ ζωῆς καὶ τέλος· ἀρχὴ μὲν πίστις, τέλος δὲ ἀγάπη. τὰ δὲ δύο ἐν ἑνότητι γενόμενα, Θεοῦ ἐστιν· τὰ δὲ ἄλλα πάντα εἰς καλοκἀγαθίαν ἀκόλουθά ἐστιν. Οὐδεὶς πίστιν ἐπαγγελλόμενος ἁμαρτάνει, οὐδὲ ἀγάπην κεκτημένος μισεῖ. Φανερὸν τὸ δένδρον ἀπὸ τοῦ καρποῦ αὐτοῦ· οὕτως οἱ ἐπαγγελλόμενοι Χριστιανοὶ εἶναι, δι' ὧν πράσσουσιν ὀφθήσονται. Οὐ γὰρ νῦν ἐπαγγελίας τὸ ἔργον, ἀλλ' ἐν δυνάμει πίστεως, ἐάν τις εὑρεθῇ καὶ εἰς τέλος.

ΙΕ'. Ἄμεινόν ἐστι σιωπᾶν καὶ [1]εἶναι, ἢ λαλοῦντα μὴ εἶναι. καλὸν τὸ διδάσκειν, ἐὰν ὁ λέγων ποιῇ. Εἷς οὖν διδάσκαλος, ὃς εἶπεν, καὶ ἐγένετο· [2]ἃ σιγῶν δὲ πεποίηκεν, ἄξια τοῦ Πατρός ἐστιν. Ὁ λόγον Ἰησοῦ κεκτημένος ἀλη-

VAR. LECT. 1 MS μὴ εἶναι. 2 καὶ ἃ.

VERS. COT. in Jesum Christum fidem, & caritatem; quæ initium vitæ & finis sunt: principium quidem fides, finis verò caritas. Hæc autem duo, in unum coëuntia, Dei sunt: omnia verò alia ad probitatem consectanea sunt. Nullus fidem repromittens, peccat; neque caritatem possidens,

Ἥτις ἐστὶν.] Vet. Int. videtur legisse, αἵτινές εἰσιν· quod videtur rectius; aut certè explicare voluisse Græca, ac si ita scripta, fuissent: nam & Interpolator ἥτις retinet. *Id.*

Θεοῦ ἐστιν.] ‘*Hæc duo*, fides ‘& charitas, simul conjuncta, ‘*Dei sunt*, i.e. à Deo proficis‘cuntur; & sunt præterea præ‘cipua religionis Christianæ ‘officia’ SMITH.—— Vet. Int. *Deus est*, ac si legisset. Θεός, perperam omnino, non observans Græcæ linguæ idiotismum. PEARS.—— Θεός ἐστιν, in Damasceni Excerptis, De fide ac pietate in Deum; ubi totum Caput adducitur. COT.

Εἰς καλοκἀγαθίαν ἀκόλουθά ἐστιν.] Vet. Int. perperam. Sic explico: ‘Ceteraque, quæ ad ‘bene sancteque vivendum ‘requiruntur, sunt horum qua‘si appendices & ἀκόλουθα.’ SMITH.—Non est ἀκολουθητία, sed ἀκόλουθα. Gloss. Ἀκόλουθος, ἐπὶ λόγου ἢ πράξεων· ἀκόλουθον, *congruum*, *consequens*. ‘Præter ‘fidem & charitatem *reliqua*, ‘utpote illis *congrua* & *consentanea*.’ PEARS.

Jeſum Chriſtum habeatis fidem & charitatem; quæ VET. INT.
ſunt principium vitæ & finis. Principium quidem fides; finis autem charitas. Hæc autem duo, in unitate facta, Deus eſt: alia autem omnia in bonitate ſequenda ſunt. Nullus fidem repromittens peccat, neque charitatem poſſidens odit. *Manifeſta eſt arbor à fructu ipſius:* Matt. xii. 33. ſic repromittentes Chriſtiani eſſe, per quæ operantur manifeſti erunt. Non enim nunc repromiſſionis opus, ſed in virtute fidei, ſi quis inveniatur in finem.

XV. Melius eſt ſilere & eſſe; quàm loquentem non eſſe. Bonum docere, ſi dicens facit. Unus igitur Doctor, qui dixit, & factum eſt: ſed & quæ ſilens fecit, digna Patre ſunt. Qui verbum Jeſu

odit. *Manifeſta eſt arbor ex fructu ipſius:* ſimiliter qui VERS. COT.
profitentur ſe Chriſtianos eſſe, ex iis quæ faciunt, cernentur. Non enim nunc repromiſſionis opus; ſed per virtutem fidei, ſi quis inveniatur uſque ad finem.

XV. Melius eſt tacere & eſſe, quàm loquentem, non eſſe. Bonum eſt docere, ſi qui dicit, faciat. Unus igitur Doctor, qui dixit, & factum eſt: ſed & quæ ſilens fecit, digna Patre ſunt. Qui verbum Jeſu poſſidet, verè po-

Οὐ γὰρ νῦν ἐπαγγελίας κ. τ. λ.] Hoc eſt, ni fallor, neque enim id præfidenter ſtatuo: ‘Nos ‘non poſſumus præſtare quod ‘ſuſcepimus, niſi ope fidei, quâ ‘in finem uſque in ſanctitate ‘vitæ & bonis operibus præſtan‘dis perſeveramus.’ SMITH.

Καὶ εἰς τέλος.] Sic MS. in libris editis καὶ omittitur.

Σιωπᾷν καὶ εἶναι.] Eſſe Chriſtianum ſine ſtrepitu verborum. SMITH.

Ἃ σιγῶν κ. τ. λ.] Expono de incarnatione Domini: ex Cap. xix. quo loci Mariæ Virginis partus appellatur Myſterium clamoris, quod in Dei quiete ac ſilentio perpetratum eſt. Atque eo modo à Patribus & Interpretibus accipitur Pſalm. lxxi. 6. *Deſcendet ſicut pluvia in vellus, & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram.* COT. —— Chriſtus ſui ipſius gloriæ, ‘per univerſam vitam, etiam ‘quando maximè mira, & di‘vinâ miſſione prorſus digna, ‘præſtitiſſet, non velificatus ‘eſt, utpote ab omni oſtenta‘tione vacuus.’ SMITH.

Ὁ λόγον Ἰησοῦ κεκτημένος κ. τ. λ.] ‘Qui ſermonibus Chriſti au‘ſcultat, imitatur ejus ſtupen-

θῶς δύναται καὶ τῆς ἡσυχίας αὐτοῦ ἀκούειν, ἵνα τέλειος ᾖ· ἵνα δι' ὧν λαλεῖ [3] πράσσῃ, καὶ δι' ὧν σιγᾷ γινώσκηται. Οὐδὲν λανθάνει τὸν Κύριον, ἀλλὰ καὶ τὰ κρυπτὰ ἡμῶν ἐγγὺς αὐτῷ ἐστιν. Πάντα οὖν ποιῶμεν ὡς αὐτοῦ ἐν ἡμῖν κατοικοῦντος, ἵνα ὦμεν αὐτοῦ ναοὶ, καὶ αὐτὸς ᾖ ἐν ἡμῖν Θεὸς ἡμῶν· ὅπερ καὶ ἔστιν καὶ φανήσεται πρὸ προσώπου ἡμῶν, ἐξ ὧν δικαίως ἀγαπῶμεν αὐτόν.

Iϛ'. Μὴ πλανᾶσθε [1] ἀδελφοί μου. Οἱ οἰκοφθόροι βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσιν. Εἰ οὖν οἱ κατὰ σάρκα ταῦτα πράσσοντες ἀπέθανον, πόσῳ μᾶλλον ἐὰν πίστιν Θεοῦ ἐν κακῇ διδασκαλίᾳ φθείρῃ, ὑπὲρ ἧς Ἰησοῦς Χριστὸς ἐσταυρώθη; ὁ τοιοῦτος, ῥυπαρὸς γενόμενος, εἰς τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον χωρήσει, ὁμοίως καὶ ὁ ἀκούων αὐτοῦ.

VAR. LECT. 3 πράσσει. 1 MS. ἄδελφοί.

VER. COT. test & silentium ipsius audire, ut perfectus sit: ut per quæ loquitur operetur, & per quæ silet cognoscatur. Nihil latet Dominum, sed & arcana nostra prope ipsum sunt. Omnia itaque faciamus, sicut ipso in nobis habitante; ut illius simus templa, & ipse sit in nobis Deus noster; quo modo & est, & apparebit ante faciem nostram; ex quibus justè diligimus ipsum.

'dam modestiam & humilitatem. Quod enim *Christus silendo fecit*, ille dum vitæ sanctioris regulas, ab ipso institutas & traditas, verè & sincerè observat sequiturque, inde melius habet perspectum. Qui integrum hunc vitæ Christianæ apicem & *perfectionem* assecutus est, sive *loquitur*, sive *silet*, continuo vitæ ipsius tenore se esse Christianum demonstrat. *Id.* — Ἡσυχία hìc opponitur λόγῳ, ut §. xix. κραυγῇ, & omnino σιγὴν vel σιωπὴν significat. PEARS.

Τὸν Κύριον.] Christum, qui mox nuncupatur Θεός. Imitatur, ut sæpissime alibi, S. Paulum, 1 Cor. iii. 16. SMITH.

Ὅπερ καὶ ἔστιν κ.τ.λ.] 'Hoc, (nempe, *Deum in nobis esse*) & revera ita se habet, & nobis tanquam *ob oculos manifestabitur*, ex hoc indicio, si *illum* verè, & sicut lex Christiana postulat, *diligamus*.' Id.

Οἱ οἰκοφθόροι.] Vetus Interpres vertit, *domûs corruptores*; re-

VET. INT.

possidet, verè potest & silentium ipsius audire, ut perfectus sit: ut per quæ loquitur operetur, & per quæ silet cognoscatur. Nihil latet Dominum: sed & abscondita nostra prope ipsum sunt. Omnia igitur faciamus,* sic ipso in nobis habitante: ut simus ipsius templa, & ipse in nobis Deus noster: quomodo & est, & apparebit ante faciem nostram; ex quibus justè diligimus ipsum.

* f. sicut.

XVI. Non erretis, fratres mei. Domûs corruptores regnum Dei non hæreditabunt. Si igitur qui secundùm carnem hæc operantur mortui sunt, quanto magis, si quis fidem Dei in mala doctrina corrumpat, pro qua Jesus Christus crucifixus est? Talis, inquinatus factus, in ignem inextinguibilem ibit: similiter & qui audit ipsum.

VERS. COT.

XVI. Ne erretis, fratres mei: feminarum corruptores regnum Dei non hæreditabunt. Si autem ii qui secundùm carnem hæc operati sunt, morte sunt affecti; quanto magis, si quis fidem Dei pravâ doctrinâ corrumpat; pro qua Jesus Christus crucifixus est? Talis, inquinatus factus, in ignem inestinguibilem ibit; similiter & qui audit ipsum.

centior, *masculorum concubitores*; Hesychius, οἰκοφθόρους, μοιχούς. Sed non mœchos solos hìc Ignatius vocat οἰκοφθόρους: verùm & illos, qui in aliorum liberos contra naturam peccent, vel potiùs hos solos. VOSS. —— Breviter exprimit 1 Cor. vi. 9. PEARS. ———— 'Qui seipsis 'mollitie abutuntur, aut illici- 'tis nefandisque concubitibus 'indulgent; quum sint *domus* '& templa Dei: cujus spiritus 'οἰκεῖ habitat in nobis. Εἴ τις 'τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ φθείρει, κ. τ. λ. '1 Cor. iii. 17.' SMITH.

Ἐὰν πίστιν Θεοῦ.] Post ἐὰν inferendum est τις. COT.—'Qui 'doctrinam *fidei*, quam *Deus* 'per Christum revelavit, ὑπὲρ 'ἧς, pro qua *fide*, (sive in cu- 'jus confirmationem) Christus 'mortem oppetiit, falsis dog- 'matibus hæreticisque com- 'mentis *corrumpit*.' De hac κακῇ διδαχῇ vide §. ix. quæ mox appellatur §. xvii διδασκαλία τοῦ ἄρχοντος τοῦ αἰῶνος τούτου. Interpolator sensum hujus periochæ miserè pervertit. Hæretici illi, ex S. Ignatii sententia, longè in pejori statu erunt, quàm vitâ & turpissimis moribus flagitiosi. SMITH.

ΙΖ΄. Διὰ τοῦτο μῦρον ἔλαβεν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ ὁ Κύριος, ἵνα πνέῃ τῇ ἐκκλησίᾳ ἀφθαρσίαν. Μὴ ἀλείφεσθε δυσωδίαν τῆς διδασκαλίας τοῦ ἄρχοντος τοῦ αἰῶνος τούτου· μὴ αἰχμαλωτίσῃ ὑμᾶς ἐκ τοῦ προκειμένου ζῆν. [1]Διά τι δὲ οὐ πάντες φρόνιμοι γινόμεθα λαβόντες Θεοῦ γνῶσιν, ὅ ἐστιν Ἰησοῦς Χριστός; τί μωρῶς ἀπολλύμεθα, [2]ἀγνοοῦντες τὸ χάρισμα, [3]ὃ πέπομφεν ἀληθῶς ὁ Κύριος;

ΙΗ΄. Περίψημα τὸ ἐμὸν πνεῦμα τοῦ σταυροῦ, ὅ ἐστιν σκάνδαλον τοῖς ἀπιστοῦσιν, ἡμῖν δὲ σωτηρία καὶ ζωὴ αἰώνιος. Ποῦ σοφός; ποῦ συζητητής; ποῦ καύχησις τῶν λεγομένων συνετῶν; Ὁ γὰρ Θεὸς ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ἐκυοφορήθη ὑπὸ Μαρίας, κατ' οἰκονομίαν Θεοῦ, ἐκ σπέρματος μὲν Δαβίδ, πνεύματος δὲ ἁγίου· ὃς ἐγεννήθη, καὶ ἐβαπτίσθη, ἵνα τῷ πάθει τὸ ὕδωρ καθαρίσῃ.

VAR. LECT. [1] MS. διὰ τί. [2] ἀγνοῦντες. [3] ὁ.

VERS. COT. XVII. Ob id Dominus in capite suo accepit unguentum; ut Ecclesiæ spiret incorruptionem. Non ungamini tetro odore doctrinæ Principis hujus sæculi: non captivos vos abducat à proposita vita. Cur verò non omnes prudentes sumus, acceptâ Dei cognitione, quod est Jesus Christus? Quid fatuè perimus, non agnoscentes donum quod verè misit Dominus?

Ps. xliv. 8.
cxxxi. 2.

Ἐκ τοῦ προκειμένου ζῆν] 'A *vita* Christiana proposita, 'quam vos, juxta sanctam pro'fessionem in baptismo factam, 'persequi oportet.' *Id.*

Διά τι δὲ κ. τ. λ.] '*Quare* 'non hac solenni institutione, 'contra hasce impias fraudes '& præstigias, *sapientiâ in*'*structi* sumus, qui doctrinam '*Jesu Christi* Salvatoris nostri, 'ex speciali *gratia Dei*, acce'perimus? Hoc ipso nomine 'edocti sumus, quòd nemo 'nisi abjectâ spe salutis *ignorare* 'potest, ut Christum ejusque 'Evangelium, in quo quic'quid de Deo revelavit conti'netur, amplectamur & confi'teamur.' *Id.*

Περίψημα κ. τ. λ.] 'Vitam 'meam dabo, tanquam victi'mam piacularem pro doctri'na *crucis*.' Id.

Ποῦ καύχησις κ. τ. λ.] Totum hunc locum, prout hìc legitur,

XVII. Propter hoc, unguentum in capite suo recepit Dominus; ut spiret Ecclesiæ incorruptionem. Non ungamini fœtore doctrinæ principis seculi hujus: non captivet vos ex præsenti * unire. Propter quod autem non omnes prudentes sumus; accipientes Dei cognitionem, qui est Jesus Christus? Quid fatuè perdimur; ignorantes charisma, quod verè misit Dominus?

Ver. Int. Ps. xliv. 8.

* vivere. Voss.

XVIII. Peripsima meus spiritus Crucis; quæ est scandalum non credentibus, nobis autem salus & vita æterna. *Ubi sapiens, ubi conquisitor, ubi gloriatio dictorum sapientum?* Deus enim noster Jesus Christus conceptus est ex Maria, secundùm dispensationem Dei, ex semine quidem David, Spiritu autem Sancto. Qui natus est; & baptizatus est, ut passione aquam purificaret.

1 Cor. i. 18. 23. 24.
——20.

XVIII. Purgamentum meus spiritus est Crucis; quæ incredulis scandalum, nobis verò salus est & vita æterna. *Ubi sapiens? ubi conquisitor?* ubi gloriatio eorum, qui dicuntur prudentes? Deus enim noster Jesus Christus in utero gestatus est à Maria, juxta dispensationem Dei, ex semine Davidis, Spiritu autem Sancto. Qui natus est; & baptizatus est, ut passione aquam purificaret.

Vers. Cor.

citat Theodoretus, Dial. i. excepto quòd, pro istis, ἵνα τῷ πάθει τὸ ὕδωρ καθαρίσῃ, legerit, ἵνα τὸ θνητὸν ἡμῶν καθαρισθῇ. Voss.

Κατ' οἰκονομίαν Θεοῦ] Phrasis Paulina, Col. i. 25. 1 Tim. i. 4. ubi vulgo legitur οἰκοδομίαν Θεοῦ· minus rectè, ut opinor. Beza testatur, in multis vetustis codicibus legi οἰκονομίαν. Οἰκοδομία autem in N. Testamento nunquam legitur, sed οἰκοδομή· alibi autem occurrit οἰκοδομία. Hæc vox de incarnatione Christi sæpe usurpata, sed ab Hæreticis sæpe etiam usurpatur, ut distinguerent Salvatorem superiorem, ab eo qui erat *dispositionis*, i. e. οἰκονομίας. Iren. 280 A. & alibi sæpius. Reliquis postea Patribus eo sensu familiaris fuit. Orig. in Jo. 142. A. Pears.

Ἵνα τῷ πάθει κ. τ. λ.] '*Christus genitus & baptizatus est, ut aqua*, solenni istâ institutione purificata, sit sacramentum in remissionem peccatorum per sanguinem Christi, & sordes peccatorum ab-

ΙΘ. Καὶ ἔλαθεν τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου ἡ παρθενία Μαρίας, καὶ ὁ τοκετὸς αὐτῆς, ὁμοίως καὶ ὁ θάνατος τοῦ Κυρίου· τρία μυστήρια κραυγῆς, ἅτινα ἐν ἡσυχίᾳ Θεοῦ ἐπράχθη. Πῶς οὖν ἐφανερώθη τοῖς αἰῶσιν; Ἀστὴρ ἐν οὐρανῷ ἐ-

VER. COT. XIX. Et principem hujus mundi latuit Mariæ virginitas, & partus ipſius, ſimiliter & mors Domini; tria my-

'luat.' SMITH. ——— Lectionem Theodoriti, indeque Catenæ, ἵνα τὸ θνητὸν ἡμῶν καθαρισθῇ, fecit aut memoriæ lapſus, aut ſuſpicio, minùs commodè πάθος dici de Baptiſmo. COT.

Καὶ ἔλαθεν τὸν ἄρχοντα κ. τ. λ.] Hic locus mirum in modum multos exercuit. Vide, quæ ad eum annotavit Armachanus. Inſtar vero commentarii eſſe poſſunt verba veteris Theologi, quæ ex libro quodam noſtro manu exarato deſcripſi: *Tria fuerunt, quæ Diabolum latuerunt: partus, ſcilicet, divinus; virginitas matris Salvatoris; & paſſio Redemptoris. Paſſio namque Salvatoris Diabolum latuit; quia, ſicut Apoſtolus ait, ſi cognoviſſent, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent. Partus autem divinus illum latuit; quia ignoravit, quomodo Dei Filius in utero virginis incarnari voluit. Latuit illum virginitas Dei genetricis; quomodo, ſcilicet, virgo ante partum, virgo poſt partum permanſerit.* An fragmentum hoc deſumtum ſit ex Hieronymo, an vero Ambroſio, aut alio, quærant ii, qui non niſi oculis ſuis credunt. Ego tantâ temporis jacturâ non emerim tam levis deſiderii ſatisfactionem. VOSS. ——— Citantur verba Ignatii ab Origene Homil. 6. in Lucam, à Baſilio Homil. 25. de ſancta Chriſti nativitate, Hieronymo ad Mat. i. Jovio Monacho ἐν οἰκονομικῇ πραγματείᾳ Lib. vii. Cap. 31. apud Photium Bibliothecæ Codice 222. & ab Andrea Cretenſi Homil. 2. in nativitatem B. Virginis. Res verò ipſa, quam Ignatius exprimit, paſſim apud ſanctos Patres invenitur. Baſilius ac Hieronymus Ignatium non ex Ignatio laudant, ſed ex Origene; arbitratique ſunt, iſta quæ Origenes Ignatianis de ſuo ſubjungit, *latuit propter Joſeph* &c. Ignatii quoque eſſe. *Quare non de ſimplici virgine, ſed de deſponſata concipitur? Primùm, ut per generationem Joſeph origo Mariæ monſtraretur. Secundò, ne lapidaretur à Judæis ut adultera. Tertiò, ut in Ægyptum fugiens haberet ſolatium. Martyr Ignatius etiam quartam addidit cauſſam, cur à deſponſata conceptus ſit: ut partus, inquiens, ejus celaretur Diabolo; dum eum putat non de virgine, ſed de uxore generatum.* Quæ verba Hieronymi ideo appoſui, ut agnoſceret ea lector in his falſi Theophili Antiocheni Lib. 1. Commentariorum in Evangelia: *Quare non ex ſimplici virgine ſed ex deſponſata concipitur Chriſtus? Primùm . . . . ſolatium viri. Quartò, ut partus e-*

XIX. Et latuit principem feculi hujus virginitas Mariæ, & partus ipfius; fimiliter & mors Domini. Tria myfteria clamoris; quæ in filentio Dei operata funt. Qualiter igitur manifeftatus eft feculis? Aftrum in cœlo refplenduit fuper omnia — Vet. Int. — Matt. ii.

fteria clamoris quæ in filentio Dei patrata funt. Quomodo igitur manifeftatus eft fæculis? Stella in cœlo fulfit, — Ver. Cot.

jus falleret Diabolum, putantem Jefum de uxorata, non de virgine natum. Cot.

Ἡ παρθενία Μαρίας.] Auctor operis imperfecti in Matt. Hom. v. *Ideo de defponfata & in domo habita natus eft, ut partus Virginis Diabolo celaretur.* Pears.

Τρία μυστήρια κραυγῆς.] Ita quoque Pfeudo-Ignatius, & vetus Interpres. Itaque non probo id, quod apud Andream Hierofolymitanum legitur, τρία μυστήρια φρικτά. Similis locutio in Sacris Scripturis, ἡμέρα σάλπιγγος, καὶ κραυγῆς. Voss.—Κραυγῆς, *clamore, vociferatione, revelatione, & clariffimâ patefactione digniffima.* Pears.—'Quæ jam omnium ore celebrantur, & nullo modo, uti *myfteria* Gentilium, celantur & reticentur.' *Hæc tria* inquit S. Martyr *effe myfteria*, quæ omnes verè Chriftiani jam apertè, quafi *proclamatione factâ*, confitentur. Smith.

Ἅτινα ἐν ἡσυχίᾳ Θεοῦ ἐπράχθη.] 'Juxta *Dei* confilium & decretum ab omni æternitate, in qua feipfo fruebatur, quæ diu latuerant, typis quoque filentio obruta'. *Id.* —— De divina ἡσυχίᾳ Dionyfius Cap. xi. Libri de divinis nominibus. Lege Rom. xvi. 25. Cot.

Πῶς οὖν ἐφανερώθη τοῖς αἰῶσιν;] *Poteft*, inquit Hieronymus enarrans textum Ephef. iii. 9. *myfterium à fæculis abfconditum & aliter intelligi, quòd ipfa illud fæcula ignoraverint, hoc eft, omnes fpirituales & rationabiles creaturæ, quæ in fæculis fuerunt. Sæculum quippe frequenter pro his quæ in fæculo verfantur accipitur*, &c. Idem fub finem Comm. in Zachariam. In operibus Gregorii Thaumaturgi Serm. i. in Annunciationem Deiparæ; μεμάθηκας, ὦ παρθένε, ἃ μέχρι τοῦ νῦν κεκρυμμένα καὶ τοῖς ἀγγέλοις ἐτύγχανον. & Serm. iii. Vide nos fuprà. ἦν γὰρ πρεπωδέστατον, τὸν πρεσβύτατον τῶν αἰώνων, καὶ πρῶτον τῶν ἀρχαγγέλων, ἀνθρώποις μέλλοντα συνομιλεῖν, &c. In Convivio Methodii Orat. iii. poft initium. Litania Chryfoftomo attributa Cod. Reg. 1026. Ὁ ἡνίοχος τῶν Χερουβὶμ καὶ ἐποχούμενος τοῖς Σεραφὶμ, ἐλέησον ἡμᾶς. Ὁ ἀρχιστράτηγος τῶν ἀγγέλων καὶ βασιλεὺς τῶν αἰώνων, ἐλέησον ἡμᾶς. Id.

Ἀστὴρ ἐν οὐρανῷ ἔλαμπεν.] Sic MS. non ἔλαμψεν, ut in vulgatis.——Mirum, hæc potuiffe videri temere fcripta, abfurda, indicta. Quid enim clarius certiufque maximo fplendore *ftellæ* illius quæ Magis in nativitate Domini præfulfit? Obliti-

λαμπεν ὑπὲρ πάντας τοὺς ἀστέρας, καὶ τὸ φῶς αὐτοῦ ἀνεκλάλητον ἦν, καὶ ξενισμὸν παρεῖχεν ἡ καινότης αὐτοῦ. Τὰ δὲ λοιπὰ πάντα ἄστρα, ἅμα ἡλίῳ καὶ σελήνῃ, [1] χορὸς ἐγένετο τῷ ἀστέρι· αὐτὸς δὲ ἦν ὑπερβάλλων τὸ φῶς αὐτοῦ ὑπὲρ πάντα. Ταραχή τε ἦν, πόθεν ἡ καινότης ἡ ἀνόμοιος αὐτοῖς· ὅθεν ἐλύετο πᾶσα μαγεία, καὶ πᾶς δεσμὸς ἠφανίζετο κακίας, ἄγνοια [2] καθῃρεῖτο, παλαιὰ βασιλεία διεφθείρετο, Θεοῦ ἀνθρωπίνως φανερουμένου εἰς καινότητα ἀϊδίου ζωῆς. Ἀρχὴν δὲ ἐλάμβανεν τὸ παρὰ Θεῷ ἀπηρτισμένον. Ἔνθεν τὰ πάντα συνεκινεῖτο, διὰ τὸ μελετᾶσθαι θανάτου κατάλυσιν.

Κ'. Ἐάν με καταξιώσῃ Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν τῇ προσευχῇ ὑμῶν, καὶ θέλημα ᾖ, ἐν τῷ δευτέρῳ

VAR. LECT. 1 MS. χωρός. 2 καθηρῆτο.

VER. COT. ſplendore exſuperans omnes ſtellas, & lux illius ineffabilis erat; & ſtuporem incuſſit ipſius novitas. Omnia autem reliqua aſtra, unà cum Sole & Luna, chorus fuere Stellæ: ipſa verò lumen ſuum extendebat ſuper omnia: & perturbatio erat, unde prodiret illis novitas diſſimilis: quare ſoluta eſt omnis magia, & omne vinculum malitiæ eſt abolitum, ignorantia deſtructa eſt, vetus regnum eſt labefactatum;

Oblitine erant eruditi homines illorum quæ ſuper hac re tradita ſunt à Chryſoſtomo, Theophylacto, Euthymio, Prudentio, Leone, aliis cùm veteribus, tum recentioris memoriæ? Nec minùs cognita eſt diſſolutio Magicarum præſtigiarum per illud tempus: utpote teſtes nacta illuſtres, Tertullianum de Idololatria, Cap. 9. Origen i. contra Celſum, Baſilium Hom. xxv. Gregorium Nazianzen. Arcanorum quinto Carmine, Theophilum Alexandrinum Epiſtolâ Paſchali 2. Hieronymum in Eſaiæ Cap. xix. Auguſtinum de Tempore Serm. 31. cum Cæſario Quæſtione 107. Iſidoro, &c. Poſtremò, aſtra, ſolem, lunam *exſtitiſſe chorum Stellæ*, nihil aliud ſibi vult quàm cinxiſſe Stellam: id verò cur in cœlorum rotunditate negetur cauſſam non video. *Id.*

Καὶ πᾶς δεσμὸς] Malè in vulgatis legitur θεσμός. Voss.

Φανερουμένου.] In Pſeudo-Ignatio non rectè eſt φαινομένου. *Id.*

Εἰς καινότητα ἀϊδίου ζωῆς.] 'Chriſtus, in carne manifeſta-' tus, *novam* clarioremque, de

ſtra, & lumen ipſius ineffabile erat: & ſtuporem tribuit novitas ipſius. Reliqua verò omnia aſtra, ſimul cum Sole & Luna, chorus facta ſunt illi aſtro: ipſum autem erat ſuperferens lumen ipſius ſuper omnia. Turbatio autem erat, unde novitas, quæ diſſimilis ipſis: ex qua ſolvebatur omnis magia, & omne vinculum diſparuit malitiæ, ignorantia omnis ablata eſt, vetus regnum corruptum eſt; Deo humanitus apparente, in novitatem vitæ æternæ. ' Principium autem aſſumpſit, quod apud Deum perfectum. Inde omnia commota erant, propter meditari mortis diſſolutionem. VET. INT.

XX. Si me dignificet Jeſus Chriſtus in oratione veſtra, & voluntas ſit; in ſecundo libello, quem

Deo humanitus manifeſtato, in novitatem vitæ æternæ. Principatum verò accepit id quod à Deo omnibus ſuis partibus abſolutum erat. Inde omnia commovebantur, quòd meditaretur mortis abolitionem. VERS. COT.

XX. Si me dignatus fuerit Jeſus Chriſtus per orationem veſtram, & voluntas ſit; in ſecundo libello, quem

' *vita immortali* in cœlis fruenda, fidem & doctrinam mundo, fugatis ignorantiæ tenebris, inductoque Evangelii lumine, intulit:' ut poſtea εἰς καινότητα ἐλπίδος, Epiſt. ad Magneſ. §.ix. SMITH.

Ἀρχὴν δὲ ἐλάμβανεν] Senſus mihi videtur eſſe ejuſmodi: ' Chriſtus, ab initio incarnationis & in iſthoc momento, humanam naturam divinâ operatione *perfectam* aſſumpſit:' vel ' Diſpenſatio illa de Chriſto naſcituro tum revera *initium* in terris habuit, *quæ* in mente divina ab ſeculis æternis exſtabat, & *apud Deum perficiebatur*.' Alter Interpres ἀρχὴν reddit *principatum*, (cetera verò miſerrimum in modum pervertens) quaſi hoc voluiſſet S. Ignatius, ' Chriſtum à Deo Patre, ſummam tum in cœlo tum in terris poteſtatem, morte ſuâ adeptum fuiſſe.' Sed hoc, ut quidem puto, ad mentem illius parum facit. *Id.*

Ἔνθεν τὰ πάντα συνεκινεῖτο.] h. e. in regno Satanæ, eò quòd mali Spiritus ſibi metuere inceperint; quòd jam Chriſtus, carne aſſumptâ, mortem ipſam vel moriendo diſſolvere eſſet propoſiturus. *Id.*

Ἐν τῷ δευτέρῳ βιβλιδίῳ.] Epiſtolam alteram ſive libel-

βιβλιδίῳ, ὃ μέλλω γράφειν ὑμῖν, προσδηλώσω

* οἰκονομίαν. SALV.

ὑμῖν ἧς ἠρξάμην * οἰκονομίας εἰς τὸν καινὸν ἄνθρωπον Ἰησοῦν Χριστὸν, ἐν τῇ αὐτοῦ πίστει, καὶ ἐν τῇ αὐτοῦ ἀγάπῃ, ἐν πάθει αὐτοῦ καὶ ἀναστάσει, μάλιστα ἐὰν ὁ Κύριός μοι ἀποκαλύψῃ· ὅτι οἱ κατ' ἄνδρα κοινῇ πάντες ἐν χάριτι ἐξ ὀνόματος συνέρχεσθε ἐν μιᾷ πίστει, καὶ ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ, τῷ κατὰ σάρκα ἐκ γένους Δαβὶδ, τῷ υἱῷ ἀνθρώπου, καὶ υἱῷ Θεοῦ, εἰς τὸ ὑπακούειν ὑμᾶς τῷ ἐπισκόπῳ καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ ἀπερισπάστῳ διανοίᾳ, ἕνα ἄρτον [1] κλῶντες,

* f. ὅ.

* ὅς ἐστιν φάρμακον ἀθανασίας, ἀντίδοτος τοῦ μὴ ἀποθανεῖν ἀλλὰ ζῆν ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ διὰ παντός.

ΚΑ'. Ἀντίψυχον ὑμῶν ἐγὼ, καὶ ὃν ἐπέμψατε εἰς Θεοῦ τιμὴν εἰς Σμύρναν· ὅθεν καὶ γράφω ὑμῖν, εὐχαριστῶν τῷ Κυρίῳ, ἀγαπῶν Πολύκαρπον ὡς καὶ ὑμᾶς. Μνημονεύετέ μου ὡς καὶ ὑμῶν Ἰησοῦς Χριστός. Προσεύχεσθε ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας

VAR. LECT. 1 MS. κλῶντος.

VERS. COT. ſcripturus ſum vobis, declarabo vobis quam inceperam diſpenſationem in novum hominem Jeſum Chriſtum, in fide ipſius & in ipſius dilectione, in paſſione ipſius & reſurrectione; maximè, ſi Dominus mihi revelaverit. Siquidem ſinguli communiter omnes, ex gratia, nominatim convenitis in una fide & uno Jeſu Chriſto, ſecundùm

lum ad Epheſios ampliori verborum contexturâ ſcribere in animo habuit; nempe de Chriſti incarnatione, ceteriſque rebus ad ipſius vitam ac mortem ſpectantibus. Vide Vind. ii. 136. *Id.*— Reſponſione digna non ſunt quæ hìc, & alibi non raró, objiciunt, nimio ἀνθολκῆς ardore. COT.

Εἰς τὸν καινὸν ἄνθρωπον.] h. e. περὶ τοῦ καινοῦ ἀνθρώπου, ſive ' de Chriſto facto *homine*, quatenus iſta *diſpenſatio* ad *paſſionem & reſurrectionem ipſius* ' refertur. Hæc pleniùs vobis ' ex *fide* illâ & *dilectione*, quam ' erga illum habeo, deinceps ' *manifeſtabo*'. SMITH.

Ὅτι οἱ κατ' ἄνδρα κ. τ. λ.]

Vet. Int.

ſcripturus ſum vobis, manifeſtabo vobis quam inceperam diſpenſationem in novum hominem Jeſum Chriſtum, in ipſius fide & in ipſius dilectione, in paſſione ipſius & reſurrectione: maximè, ſi Dominus revelet mihi. Quoniam qui ſecundùm virum communiter omnes in gratia ex nomine convenitis in una fide, & in Jeſu Chriſto (ſecundùm carnem ex genere David, filio hominis & filio Dei) in obedire vos Epiſcopo & Presbyterio indiſcerptâ mente: unum panem frangentes; quod eſt pharmacum immortalitatis, antidotum ejus quod eſt non mori, ſed vivere in Jeſu Chriſto ſemper.

XXI. Unanimis vobiſcum ego, & * quos miſiſtis in Dei honorem in Smyrnam: unde & ſcribo vobis, gratias agens Domino, diligens Polycarpum ut & vos. Mementote mei, ut veſtri Jeſus Chriſtus. Orate pro Eccleſia quæ in Syria: unde liga-

* Al. quem.

Vers. Cot.

carnem ex genere Davidis, filio hominis & filio Dei; ut obediatis Epiſcopo & Preſbyterio mente indivulsâ; frangentes panem unum, qui pharmacum immortalitatis eſt, antidotum ne moriamur, ſed vivamus ſemper in Jeſu Chriſto.

XXI. Vice animarum veſtrarum ſim ego, & illorum quos ad honorem Dei miſiſtis Smyrnam, unde & ſcribo vobis; gratias agens Domino, diligens Polycarpum ut & vos. Memineritis mei, ſicut & veſtri Jeſus Chriſtus. Orate pro Eccleſia quæ eſt in Syria, unde vinctus Romam

Particula ὅτι videtur determinare ſenſum verbi συνέρχεσθε [quod habent MS. Theodoretus & Gelaſius, non συντρέχεσθε, ut in codicibus impreſſis] ad tempus præſens Modi Indicativi, ut Vet. Int. reddit, & non ad Imperativum, ut habet Gelaſius; ac ſi à ſuo codice planè abſuiſſet τὸ ὅτι, quod non agnoſcit Interpolator. Rationem enim reddit S. Ignatius propoſiti illius, quod in ſe ſuſceperat, *Hoc ideo faciam,* ὅτι *quoniam vos* &c. Id.

Κλῶντες.] Lege κλῶντας. Pears.

Ὅς ἐστιν] Vet. Int. legit ὅ, *quod eſt.* Id.

τῆς ἐν Συρίᾳ· ὅθεν δεδεμένος εἰς Ῥώμην ἀπάγομαι, ἔσχατος ὢν τῶν ἐκεῖ πιστῶν, ὥσπερ ἠξιώθην εἰς τιμὴν Θεοῦ εὑρεθῆναι. Ἔῤῥωσθε ἐν Θεῷ Πατρὶ, καὶ ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ τῇ κοινῇ ἐλπίδι ἡμῶν.

VERS. COT. abducor, novissimus fidelium eorum qui ibi sunt; quemadmodum ad honorem Dei inveniri dignus habitus sum.

Ὅθεν δεδεμένος.] Vinctus est igitur in Syria, Antiochiæ scilicet, quod asserendum est contra Blondelium, & ibi militi-

---

ΜΑΓΝΗΣΙΕΥΣΙΝ.

Ἰγνάτιος, ὁ καὶ Θεοφόρος, τῇ εὐλογημένῃ ἐν χάριτι Θεοῦ Πατρὸς ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ τῷ σωτῆρι ἡμῶν, ἐν ᾧ ἀσπάζομαι τὴν ἐκκλησίαν τὴν οὖσαν ἐν Μαγνησίᾳ τῇ πρὸς [1] Μαιάνδρῳ, καὶ εὔχομαι ἐν Θεῷ Πατρὶ καὶ ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ πλεῖστα χαίρειν.

Α′. ΓΝοὺς ὑμῶν τὸ πολυεύτακτον τῆς κατὰ Θεὸν ἀγάπης, ἀγαλλιώμενος προειλόμην ἐν πίστει Ἰησοῦ Χριστοῦ προσλαλῆσαι ὑμῖν. Καταξιωθεὶς γὰρ ὀνόματος θεοπρεπεστά-

VAR. LECT. 1 MS. μεάνδρω.

VER. COT. *Ignatius, qui & Theophorus, benedictæ per gratiam Dei Patris, in Jesu Christo Salvatore nostro; in quo saluto Ecclesiam quæ Magnesiæ est juxta Mæandrum, optoque in Deo Patre & in Jesu Christo plurimam salutem.*

Τῇ πρὸς Μαιάνδρῳ.] Ut distinguatur à Magnesia παρὰ Σιπύλῳ. Sic in fœdere Smyrnæorum & Magnesianorum, quum Magnesiæ & Magnesiorum sæpissime mentio facta fuisset, tandem circa finem ad majorem certitudinem dicitur ἐν Μαγνησίᾳ τῇ πρὸς τῷ Μαιάνδρῳ. Quod certè necessarium fuit; quia Smyrnæi obligati juramentum Magnesiis dare διὰ τὴν μητέρα τὴν Σιπυλινήν. Istam urbem celebrant

tus in Romam abducor, extremus existens eorum qui ibi fidelium; quemadmodum dignificatus sum in honorem Dei inveniri. Valete in Deo Patre, & in Jesu Christo communi spe nostrâ. Amen. VET. INT.

Valete in Deo Patre, & in Jesu Christo communi spe nostrâ. VERS. COT.

bus traditus, ut ipse dicit in Epist. ad Romanos. *Id.*

Πρὸς Ἐφεσίους ad finem, in Editione Vossiana &c. abest à MS.

AD MAGNESIOS.

Ignatius, qui & Theophorus, benedictæ in gratia Dei Patris in Christo Jesu Salvatore nostro; in quo saluto Ecclesiam existentem in Magnesia eâ quæ juxta Mæandrum, & oro in Deo Patre & Jesu Christo plurimùm gaudere. VET. INT.

COgnoscens vestram multibonam ordinationem ejus quæ secundùm Deum charitatis; exultans præelegi in fide Jesu Christi alloqui vos. Dignificatus enim nomine Deo-decentissimo in quibus

I. Cum cognovissem caritatem vestram secundùm Deum admodum bene ordinatam, exsultans, in fide Jesu Christi alloqui vos decrevi. Dignus enim habitus nomine VERS. COT.

Strabo, Livius, & Ptolemæus. Vel à montibus vel à fluviis distinguebantur urbes, quæ in Asia Minori erant cognomines. Ut hæc à Mæandro, ita *Antiochia ad Mæandrum*, & *Apamea* πρὸς Μαιάνδρῳ. Pindarus ejusmodi urbes vocat οἰκήματα ποταμῶν. Horatius, *domus fluviorum*. Id.

Πολυεύτακτον] Alter Interpres [ct. Interpol.] meliùs *dilectionem bene dispositam*, i. e. *bene ordinatam* juxta regulas Christianæ doctrinæ. SMITH.

Καταξιωθεὶς.] Intelligendus est ex mente Apostoli, qui sæpe eâ voce utitur. PEARS.

Ὀνόματος θεοπρεπεστάτου.] Faber Stapulensis putat nomen hoc esse Christianum; alii, *Martyris* aut *Confessoris*. Mihi videtur esse nomen, quod illi ab omnibus tributum est; sc.

του, ἐν οἷς περιφέρω δεσμοῖς, ᾄδω τὰς ἐκκλησίας, ἐν αἷς [1] ἕνωσιν εὔχομαι σαρκὸς καὶ πνεύματος Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ [2] διαπαντὸς ἡμῶν ζῆν, πίστεώς τε καὶ ἀγάπης, ἧς οὐδὲν προκέκριται, τὸ δὲ κυριώτερον Ἰησοῦ καὶ Πατρὸς, ἐν ᾧ ὑπομένοντες τὴν πᾶσαν ἐπήρειαν τοῦ ἄρχοντος τοῦ αἰῶνος τούτου καὶ διαφυγόντες Θεοῦ τευξόμεθα.

Β'. Ἐπεὶ οὖν ἠξιώθην ἰδεῖν ὑμᾶς διὰ Δάμα τοῦ ἀξιωθέου ὑμῶν ἐπισκόπου, καὶ πρεσβυτέρων

VAR. LECT. [1] MS. ἕνωσιν. [2] διὰ παντὸσ.

VERS. COT. majeftatem divinam maximè præ fe ferente, in his quæ circumfero vinculis, laudo Ecclefias; quibus opto unionem fecundùm carnem & fpiritum Jefu Chrifti, fempiternæ noftræ vitæ; fidei, & cui nihil præfertur, caritatis;

Θεοφόρος, & adjungo, ἐν οἷς. Id.—‘ *Cognomento* quafi facro ‘ Θεοφόρου, & *divinè pulchro*, ‘ quod nuper *dignatione* divinâ ‘ adeptus fum, *ornatus*, *vinculis* jam conftrictus, *Ecclefias* ‘ Chrifti *laudare* & *celebrare* ‘ pergo’. SMITH.

Ἐν αἷς ἕνωσιν εὔχομαι σαρκὸς καὶ πνεύματος] Locus hic non tantùm fanus eft, fed tam etiam perfpicuus, ut patrono, aut interprete, non egeat. Miror aliquos hìc reponere, quod vix Græcum fit. VOSS.——Integram nimirum perfectamque Magnefiis optat unionem *fidei & charitatis, maximè verò Jefu Chrifti & Patris:* quod de fpirituali illa & myftica communione, quam fideles & fancti habent cùm Deo *Patre* & filio ejus *Jefu Chrifto*, 1 Joan. i. 3. Joan. xvii. 21. intelligendum eft. Literalis & penè barbara verfio Antiqui Interpretis ita reftituenda eft hac novâ interpunctione: . . . *Jefu Chrifti, qui eft noftrum femper vivere, fidei, & charitatis,* . . . . . SMITH.

Πίστεώς τε καὶ ἀγάπης.] Ita edidimus ex MS. Mediceo: cujus lectionis veftigium fupereft in Vet. Int. *fidei, quod & charitatis:* nam pro τὲ legit τὸ, malè. PEARS.

Τευξόμεθα.] Sic MS. conjecturam Voffii confirmans.

Διὰ Δάμα.] Vet. Int. *per Dama*, malè. Δάμας, Δάμα. Lat. *Dama*. PEARS. — *Damas & Demas* idem mihi effe videntur. SMITH.

Ὑμῶν ἐπισκόπου.] Eufeb. Lib. iii. Cap. 36. Ἑτέραν δὲ τῇ ἐν Μαγνησίᾳ πρὸς Μαιάνδρῳ, ἔνθα πάλιν ἐπισκόπου Δάμα μνήμην πεποίηται. *Alteram autem* [Epiftolam dedit] *ad ecclefiam Magnefiæ, quæ ad Mæandrum fita eft, in qua etiam Damæ Epifcopi mentionem facit.* PEARS.

Ἐπισκόπου καὶ πρεσβυτέρων.] Ex eo quòd primis Ecclefiæ temporibus nomina *Epi-*

circumfero vinculis, canto Ecclesias, in quibus unionem oro carnis & spiritûs Jesu Christi; ad nos semper vivere fidei (quod & charitatis, cui nihil præfertur) principaliùs autem Jesu & Patris, in quo sustinentes omne nocumentum principis seculi hujus & perfugientes Deo * potimur. VET. INT.

* *l.* potiemur.

II. Quia igitur dignificatus sum videre vos per Dama dignum Deo vestrum Episcopum, & Presby-

principaliùs autem Jesu & Patris; in quo sustinentes omnem vim Principis sæculi hujus, & evadentes, Deo potiemur. VERS. COT.

II. Quoniam itaque dignus habitus fui videre vos per Damam Episcopum vestrum Deo dignum, & dignos

scopus & *Presbyter* communia erant primo & secundo ordini sacerdotum, in Epistolis autem Ignatianis semper *Episcopi* appellantur, qui sunt sacerdotes summi, *Presbyteri* verò, qui sunt minores sacerdotes; argumentum palmarium contra earum Epistolarum veritatem & antiquitatem ducere se putant: quod tamen ne quidem argumentum, meo sanè judicio, dici meretur, adeò infirmum est ac invalidum. Constat enim, id de quo dubitare nos non sinunt Sacræ Scripturæ & sancti Patres, Apostolico sæculo duos exstitisse sacerdotii gradus, superiorem & inferiorem, re diversos, quamquam nomine communi. Nonne fas fuit S. Ignatio de utroque sacerdotio simul loqui? Nemo negabit, ni fallor Quæro jam, quonam modo hoc facere potuerit. Appellâsset saltem aliquando primam ordinem *Presbyteros*, secundum, *Episcopos*? Ita loqui est citra omne prorsus exemplum; ut ubi sacerdotes majores ac minores distinguuntur, primis detur nomen Presbyterorum, aliis Episcoporum. Necesse igitur habuit, *Episcopos* vocare supremos Antistites, *Presbyteros* Antistites subjectæ dignitatis: quemadmodum fecit. Sic Alexandrinus Clemens, qui ἱερωσύνη generatim consideratâ, Strom. vii. p. 700. scribit, τὴν μὲν βελτιωτικὴν οἱ πρεσβύτεροι σώζουσιν εἰκόνα, τὴν ὑπηρετικὴν δὲ οἱ διάκονοι. & Strom. vi. p. 667. Οὗτος πρεσβύτερός ἐστι τῷ ὄντι τῆς ἐκκλησίας, καὶ διάκονος ἀληθὴς τοῦ Θεοῦ βουλήσεως. Eadem in pagina memorat progressiones Episcoporum, Presbyterorum, & Diaconorum; ut & Lib. iii. Pædagogi, Cap. ult. Eodemque modo apud Tertullianum. Apologetici quidem Cap. 39 ait, *Christianorum cœtibus præsidere Seniores*. At Libro de Baptismo Cap. 17. & alibi clarissimè docet Episcoporum & Presbyterorum distinctionem, cum E

ἀξίων Βάσσου καὶ [1] Ἀπολλωνίου, καὶ τοῦ συνδούλου μου διακόνου [2] Σωτίωνος, οὗ ἐγὼ [3] ὀναίμην, ὅτι ὑποτάσσεται τῷ ἐπισκόπῳ ὡς χάριτι Θεοῦ, καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ ὡς νόμῳ Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Γ. Καὶ ὑμῖν δὲ πρέπει μὴ συγχρᾶσθαι τῇ ἡλικίᾳ τοῦ ἐπισκόπου, ἀλλὰ κατὰ δύναμιν Θεοῦ Πατρὸς πᾶσαν ἐντροπὴν αὐτῷ ἀπονέμειν, καθὼς ἔγνων καὶ τοὺς ἁγίους πρεσβυτέρους, οὐ προσειληφότας τὴν φαινομένην νεωτερικὴν τάξιν, ἀλλ' ὡς φρονίμους ἐν Θεῷ συγχωροῦντας αὐτῷ· οὐκ αὐτῷ δὲ, ἀλλὰ τῷ Πατρὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ τῷ

VAR. LECT. 1 MS. ἀπολωνίου. 2 ζωτίωνος. 3 ὠναίμην.

VERS. COT. Presbyteros Baſſum ac Apollonium, conſervumque meum Sotionem Diaconum, quo utinam fruar; quia ſubditus eſt Epiſcopo ut gratiæ Dei, & Preſbyterio ut legi Jeſu Chriſti.

piſcopali tamquam ſummi ſacerdotii auctoritate in Preſbyteros. COT.

Οὗ ἐγὼ ὀναίμην.] Ex Philem. 20. Unde Alexander ad Alexandrum in fine Epiſtolæ apud Theodoritum Hiſt. i. 3. ὀναίμην ὑμῶν τῆς φιλοχρίστου ψυχῆς. Confeſſio S. Patricii p. 20. *Ita ut me fruamini, & ego vobis ſemper fruar in Deum.* Id.

Ὡς χάριτι Θεοῦ] i. e. '*favori & benignitati divinæ* ' illum in iſta excelſa dignitate conſtituenti': vel fortaſſe χάρις hìc ponitur vice τοῦ χάρισμα. SMITH.

Ἰησοῦ Χριστοῦ] Adjectum eſt in veteri verſione, *Glorificato Deum Patrem Domini Jeſu Chriſti.* Quæ etiam verba [non eadem, ſed *Glorificato Jeſum Chriſtum Deum*] addita ſunt initio Epiſt. ad Epheſ. Sed cui non diſpliceat ſiniſtra hæc liberalitas ſua inſercientium pro Ignatianis? VOSS.—Senſus hujus Sectionis imperfectus videtur. Non enim huic illationi reſpondet aliqua ἀπόδοσις. quod neutiquam vitio verti debet S. Martyri inter concuſſiones militum haſce Epiſtolas feſtinante calamo ſcribenti. SMITH.

Μὴ συγχρᾶσθαι τῇ ἡλικίᾳ.] Συγχρᾶσθαι in Actis Apoſtolorum [Joan. iv. 9.] eſt *coüti.* Similiter in Gloſſis veteribus & in veteri interpretatione; *Sed & vos decet non coüti ætate Epiſcopi.* Hæc tranſlatio obſcura eſt, ſi vocabulum illud ita reddatur: quod tamen aliter reddi neque debet, neque poteſt. Dicit autem Ignatius; non debere illos *coüti*, id eſt, tanquam commodato accipere, & ad ſe pertrahere ἐπισκοπὴν illam juvenis iſtius Epiſcopi. In illa quoque ſignificatione exſtat id

teros dignos Baffum & Apollonium, & conſervum meum Diaconum *Zotionem, quo ego fruar; quoniam ſubjectus eſt Epiſcopo ut gratiæ Dei, & Presbyterio ut legi Jeſu Chriſti. [Glorificato Deum patrem Domini Jeſu Chriſti.] VET. INT.

*f. Sotionem.

III. Sed & vos decet non *concuti ætate Epiſcopi, ſed ſecundùm virtutem Dei Patris omnem reverentiam ei tribuere (ſicut agnovi & ſanctos Presbyteros) non aſſumentes apparentem juniorem ordinem, ſed ut prudentes in Deo concedentes ipſi; non ipſi autem, ſed Patri Jeſu Chriſti omnium E-

* coüti *vulgo.*

III. Sed & vos decet non familiariùs ac ſuperbè uti ætate Epiſcopi, ſed ſecundùm virtutem Dei Patris omnem impertiri illi reverentiam; quemadmodum novi ſanctos facere Presbyteros; non reſpicientes ad apparentem juvenilem ordinationem, ſed ut prudentes in Deo cedentes ipſi: non ipſi autem, ſed Patri Jeſu Chriſti, omnium VERS. COT.

verbi apud Polybium. VOSS —— Eraſmus dicit, quòd *vocabulum* coütor *planè eſt barbarum & obſcurum.* —— Sed MS. habet συγκρᾶσθαι, [non ſecundùm Editionem Oxon. 1708] de quâ voce cogitandum Interpolator, μὴ καταφρονεῖν. In ſignificatione inde derivata, *nimis familiariter uti, deſpicere; vilipendere Epiſcopum propter ætatem:* de qua re monuit Timotheum S. Paulus 1 Ep. iv. 12. Ubi noluit Epheſiis contemptum exprobrare, ſed tantummodo cauſſam removere, ſc. familiaritatem nimiam, quam oriri inde noverat, quòd Epiſcopus juvenis eſſet. PEARS.

Οὐ προσειληφότας τὴν φαινομένην νεωτερικὴν τάξιν.] '*Non attendentes juventuti Damæ,* 'qui veſter Epiſcopus conſtitutus & ordinatus eſt.' Fruſtra ſubſtituit P. Junius προειληφότας. Senſus hic mihi quidem verus eſſe videtur; quem attigit Interpolator, οὐ πρὸς τὴν φαινομένην ἀφορῶντας νεότητα. Ad ætatem enim Damæ, quum planè juvenis eſſet, quod ex vultu ipſius cuivis manifeſtè apparebat, verba iſta φαινομένην νεωτερικὴν referri debent: non tamen prorſus abnuerim, tempus *nuperæ recentiſque ordinationis* hìc quoque poſſe intelligi. *Ordinem* verò apud Vet. Int. pro *ordinationem* poni tralatitium eſt. SMITH. —— Vel juvenilem ætatem Ordinati, vel recentem illius Ordinationem. Theodori Studitæ Teſtamentum, μὴ καταφρονοῦντες τῆς ἐν Κυρίῳ νεαρᾶς προβολῆς αὐτοῦ. COT.

πάντων ἐπισκόπῳ. Εἰς τιμὴν οὖν ἐκείνου τοῦ θελήσαντος ἡμᾶς πρέπον ἐστὶν ἐπακούειν κατὰ μηδεμίαν ὑπόκρισιν· ἐπεὶ οὐχ' ὅτι τὸν ἐπίσκοπον τοῦτον τὸν βλεπόμενον πλανᾷ [1]τις, ἀλλὰ τὸν ἀόρατον παραλογίζεται. τὸ δὲ τοιοῦτον, οὐ πρὸς σάρκα ὁ λόγος, ἀλλὰ πρὸς Θεὸν, τὸν τὰ κρύφια εἰδότα.

Δ'. Πρέπον οὖν ἐστιν μὴ μόνον καλεῖσθαι Χριστιανοὺς, ἀλλὰ καὶ εἶναι· ὥσπερ καί τινες ἐπίσκοπον μὲν καλοῦσιν, χωρὶς δὲ αὐτοῦ πάντα πράσσουσιν. Οἱ τοιοῦτοι δὲ οὐκ εὐσυνείδητοί μοι εἶναι φαίνονται, διὰ τὸ μὴ βεβαίως κατ' ἐντολὴν συναθροίζεσθαι.

Ε'. Ἐπεὶ οὖν τέλος τὰ πράγματα ἔχει, καὶ ἐπίκειται τὰ δύο ὁμοῦ, ὅ τε θάνατος καὶ ἡ ζωὴ, καὶ ἕκαστος εἰς τὸν ἴδιον τόπον μέλλει χωρεῖν.

VAR. LECT. [1] MS. τίς.

VERS. COT. Episcopo. In honorem igitur illius, qui vult, decet vos obedire sine ulla hypocrisi: quia nequaquam Episcopum hunc quis fallit, qui videtur, sed illudit invisibili. Quidquid verò est ejusmodi, non ad carnem refertur, sed ad Deum, qui abscondita cognoscit.

Τοῦ θελήσαντος ἡμᾶς] Ita quoque legebat Vet. Int. quod tolerari potest. '*In honorem* 'Dei, *qui vult nos*, subintellige, communi hac professione 'Christianâ conjunctos, & eadem ecclesiasticâ disciplinâ 'confœderatos, Episcopo cui 'vis, si sit senex, sive juvenis, sincero affectu & reverentiâ morem gerere.' Cotelerius reponit ὑμᾶς, nec quidem negaverim veriorem esse lectionem. SMITH.

Τὸ δὲ τοιοῦτον κ. τ. λ.] Pseudo-Ignatius λόγον hìc interpretatur ἀναφοράν. Quomodo & apud Mathematicos vocabulum istud accipitur. Sed tum meliùs legeretur; τοῦ δὲ τοιούτου οὐ πρὸς σάρκα ὁ λόγος, ἀλλὰ πρὸς Θεόν. VOSS ——Si post τοιοῦτον ponatur interpunctio, omnis difficultas evanescit. 'Quod verò ad hoc monitum 'de vera & sincera obedientia 'juveni Episcopo præstanda 'spectat, ὁ λόγος, illud quod 'suprà jamjam dixi, *non tantùm ad hominem quantùm ad* '*ipsum Deum*, qui intimos cordis recessus penetrat, & hanc

Vet. Int.

piſcopo. In honorem igitur illius volentis, nos decens eſt obedire, ſecundùm nullam hypocriſim: quia nequaquam Epiſcopum hunc conſpectum ſeducit quis, ſed inviſibilem paralogizat. Tale autem non ad carnem ſermo, ſed ad Deum abſcondita ſcientem.

IV. Decens igitur eſt, non ſolùm vocari Chriſtianos, ſed & eſſe: quemadmodum quidam Epiſcopum quidem vocant, ſine ipſo autem omnia operantur. Tales autem non bonæ conſcientiæ mihi eſſe videntur, propter non firmiter ſecundùm præceptum congregari.

V. Quia igitur finem res habent, & proponuntur duo ſimul, mors & vita; & unuſquiſque in proprium locum iturus eſt. Quemadmodum enim

Ver. Cot.

IV. Decet itaque non modò vocari Chriſtianos, ſed etiam eſſe: quemadmodum nonnulli Epiſcopum quidem nominant, ſed ſine ipſo omnia faciunt. Tales verò non bonâ conſcientiâ mihi præditi eſſe videntur; quia non ſtabiliter ſecundùm præceptum congregantur.

V. Quia igitur res finem habent, incumbunt duo ſimul, mors & vita; & unuſquiſque in proprium locum iturus

'hypocriſin celatamque contemptionem vindicabit, debet referri.' Vel ſi ὁ λόγος pro *ratione* ſenſu Mathematicorum accipiatur, ſenſus erit parum diverſus: 'hoc eſt ejuſmodi conſilium, in quo, *non hominum*, ſed omniſcii *Dei*, ratio maximè habenda eſt.' Smith.

Πρέπον οὖν κ. τ. λ.] Sic profertur à Damaſceno in Eclogis ſacris Cap. περὶ Χριστιανισμοῦ. Πρέπον ἐστὶ μὴ μόνον ἀκούειν Χριστιανοὺς, ἀλλὰ εἶναι Cot.

Ἐπίσκοπον μὲν καλοῦσιν.] 'Juſtâ auctoritate conſtitutum fatentur, illo tamen inconſulto omnia agunt.' Smith.

Διὰ τὸ μὴ βεβαίως.] 'Eò quòd non rectâ & *firmâ* fide, neque juſto & *ſtabili* ordine, *juxta præceptum* Chriſti & Apoſtolorum, ad ſacros cœtus ſub cura peculiarium Epiſcoporum ſeſe conferant? *Id.*

Εἰς τὸν ἴδιον τόπον.] Sic de Juda, Act. i. 25. Unicuique ſc. *ſuus* poſt mortem aſſignatus eſt *locus*. Sic apud Clementem Rom [Cap. v.] Petrus dicitur abiiſſe εἰς τὸν ὀφειλόμενον τόπον τῆς δόξης, Paulus autem εἰς τὸν ἅγιον τόπον. Pears.

Ὥσπερ γάρ ἐστιν νομίσματα δύο, [1]τὸ μὲν Θεοῦ, [2]τὸ δὲ κόσμου, καὶ ἕκαστον αὐτῶν ἴδιον χαρακτῆρα ἐπικείμενον ἔχει, οἱ ἄπιστοι τοῦ κόσμου τούτου, οἱ δὲ πιστοὶ ἐν ἀγάπῃ χαρακτῆρα Θεοῦ Πατρὸς διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ ἐὰν μὴ αὐθαιρέτως ἔχομεν τὸ ἀποθανεῖν εἰς τὸ αὐτοῦ πάθος, τὸ ζῆν αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ἐν ἡμῖν.

ϛ'. Ἐπεὶ οὖν ἐν τοῖς προγεγραμμένοις προσώποις τὸ πᾶν πλῆθος ἐθεώρησα ἐν πίστει καὶ [1]ἀγάπῃ, παραινῶ ἐν ὁμονοίᾳ Θεοῦ σπουδάζετε πάντα πράσσειν, προκαθημένου τοῦ ἐπισκόπου εἰς τόπον Θεοῦ, καὶ τῶν πρεσβυτέρων εἰς τόπον συνεδρίου τῶν ἀποστόλων, καὶ τῶν διακόνων, τῶν ἐμοὶ γλυκυτάτων, πεπιστευμένων διακονίαν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὃς πρὸ αἰώνων παρὰ Πατρὶ ἦν, καὶ ἐν τέλει ἐφάνη. Πάντες οὖν, ὁμοήθειαν Θεοῦ λαβόντες, ἐντρέπεσθε *ἀλλήλοις, καὶ μηδεὶς κα-

*ἀλλήλους. SALV.

VAR. LECT. [1] MS ὁ. [2] ὁ. [1] MS. ἠγάπητα.

VER. COT. est. Quemadmodum enim sunt numismata duo, alterum quidem Dei, alterum autem mundi; unumquodque etiam ipsorum characterem proprium habet impositum; infideles, mundi hujus; fideles autem in caritate characterem Dei Patris per Jesum Christum; per quem nisi propensa nobis est voluntas mori in ipsius passionem, nec vita ipsius in nobis est.

Τὸ ἀποθανεῖν εἰς τὸ αὐτοῦ πάθος.] h. e. '*propter* Christi *passionem*, vel *juxta ipsius passionem*; quam, tanquam exemplar coram oculis positum exhibitumque, imitari, quavis justâ occasione oblatâ, debemus'. Malè ergo inferit Interpolator ὑπὲρ τῆς ἀληθείας, & omnino præter mentem S Martyris. SMITH.

Ἐν πίστει, καὶ ἀγάπῃ]Quamvis ἀγάπησα exaratum sit in codice Florentino; non dubito tamen, quin verum sit ἀγάπῃ· quod reposui, ratione ita jubente, & veteri Interprete. In codice tamen illo, unde formatus est Pseudo-Ignatius, ita quoque scriptum fuisse, prorsus est verisimile. VOSS.— Moneo in MS. haberi, καὶ ἠγάπησα, sensu bono, & fortasse vero PEARS.

Ἐν τέλει ἐφάνη] '*Christus, qui ante* omnia *secula erat apud Patrem*, utpote æterni

ſunt numiſmata duo, hoc quidem Dei, hoc autem mundi: & unumquodque ipſorum proprium characterem ſuperpoſitum habet; infideles, mundi hujus; fideles autem, in charitate characterem Dei Patris per Jeſum Chriſtum; per quem niſi voluntariè habeamus mori in ipſius paſſionem, vivere ipſius non eſt in nobis. VET. INT.

VI. Quia igitur in præſcriptis perſonis omnem multitudinem ſpeculatus ſum, in fide & dilectione; moneo, in concordia Dei ſtudete omnia operari: præſidente Epiſcopo in loco Dei, & Presbyteris in loco confeſſionis Apoſtolorum, & Diaconis mihi dulciſſimis habentibus creditam miniſtrationem Jeſu Chriſti; qui ante ſecula apud Patrem erat, & in fine apparuit. Omnes igitur eandem conſuetudinem Dei accipientes, veneremur adinvicem; &

VI. Quandoquidem itaquè in iis perſonis quas commemoravi, omnem multitudinem contemplatus ſum in fide & caritate; hortor ut hoc ſit veſtrum ſtudium, in Dei concordia omnia agere, Epiſcopo præſidente Dei loco, & Preſbyteris loco Senatûs Apoſtolici, & Diaconis, mihi ſuaviſſimis, quibus commiſſum eſt miniſterium Jeſu Chriſti; qui ante ſæcula apud Patrem erat, & in fine apparuit. Omnes igitur acceptis iiſdem divinis moribus, vos mutuò VERS. COT.

' Patris æternus Filius, tandem ' *apparuit in fine* mundi Judaici, quando novum ſeculum ſub ' Evangelio eſſet incipiendum: ' vel, *in fine* mundi Judaici, ' quando novum ſeculum ſub Evangelio eſſet incipiendum: ' vel, *in fine mundi univerſi.*' Crediderunt enim iſtius ſeculi Chriſtiani, rerum omnium conſummationem non procul abfuiſſe. Ita verba, quæ paullò antecedunt, videntur intelligenda: Ἐπεὶ οὖν τέλος τὰ πράγματα ἔχῃ· *quum omnia jam ad interitum* ſive *ad ultimum finem vergant.* ut in Epiſt. ad Epheſ. §. xi. ἔσχατοι καιροί· more loquendi apud Apoſtolo frequentiſſimo. SMITH.

Πάντες οὖν κ. τ. λ.] In Damaſceni Eclogis ſacris, Cap. περὶ φιλαδελφίας, ſic, πάντες ὁμοήθειαν Θεοῦ λαβόντες, ἀλλήλους ἐντρέπεσθε, καὶ μηδεὶς κατὰ σάρκα βλεπέτω τὸν πλησίον, ἀλλ' ἐν Χριστῷ ἀλλήλους διαπαντὸς ἀγαπᾶτε. COT.

* τὸν πλησίον. τὰ σάρκα βλεπέτω *τῷ πλησίον, ἀλλ' ἐν Ἰησοῦ
SALV. Χριστῷ ἀλλήλους διαπαντὸς ἀγαπᾶτε. Μηδὲν ἔστω ἐν ὑμῖν ὃ δυνήσεται ὑμᾶς μερίσαι, ἀλλ' ἑνώθητε τῷ ἐπισκόπῳ, καὶ τοῖς προκαθημένοις, εἰς τύπον καὶ διδαχὴν ἀφθαρσίας.

Ζ'. Ὥσπερ οὖν ὁ Κύριος ἄνευ τοῦ Πατρὸς οὐδὲν ἐποίησεν, ἡνωμένος ὤν, οὔτε δι' ἑαυτοῦ, οὔτε διὰ τῶν ἀποστόλων· οὕτως μηδὲ ὑμεῖς ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου, καὶ τῶν πρεσβυτέρων, μηδὲν [1]πράσσετε. Μηδὲ πειράσητε εὔλογόν τι [2]φαίνεσθαι ἰδίᾳ ὑμῖν· ἀλλ' ἐπὶ τὸ αὐτὸ [3]μία προσευχὴ, μία δέησις, εἷς νοῦς, μία ἐλπὶς, ἐν ἀγάπῃ, ἐν τῇ χαρᾷ τῇ ἀμώμῳ. Εἷς ἐστιν Ἰησοῦς Χριστὸς, οὗ ἄμεινον [4]οὐδέν ἐστιν. Πάντες οὖν ὡς εἰς ναὸν [5]συνέρχεσθε Θεοῦ, ὡς ἐπὶ [6]ἓν θυσιαστήριον, ὡς ἐπὶ ἕνα Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν ἀφ' ἑνὸς Πατρὸς

VAR. LECT. 1 MS. πράσσεται. 2 φαίνεσθε. 3 μιᾷ. 4 οὐθέν. 5 συνέρχετε 6 ἐν.

VERS. COT. revereamini; & nemo ſecundùm carnem ſpectet proximum, ſed in Jeſu Chriſto vos invicem ſemper diligite. Nihil ſit in vobis quod poſſit vos dirimere, ſed unanimi Epiſcopo & præſidentibus, in typum & doctrinam incorruptionis.

Βλεπέτω τῷ πλησίον.] Ita in MS. Medicéo. Vet. Int. *adſpiciat proximum.* Interpolator, βλεπέτω τὸν πλησίον. Quæ vera lectio eſt. PEARS.

Προκαθημένοις.] 'Preſbyteris, quos Epiſcopus ſupra vos, in curam regimenque animarum veſtrarum, collocavit.' SMITH.

Εἰς τύπον κ. τ. λ. 'Ut inde *incorruptæ* fidei regulas, ad veram *doctrinam* cognoſcendam, edifcatis.' *Id.*

Ἰδίᾳ ὑμῖν.] h. e. *ſeparatim.* '*Neque aggrediamini, ut quicquam à vobis ſeparatim,* extra communionem Epiſcopi & Preſbyterorum, in conventiculis veſtris factum, rationi congruum, juſtum aut decens *appareat,* falſuſque color aliunde inducatur.' *Id.*

Μία προσευχὴ, μία δέησις, κ. τ. λ.] 'Unio fiat in *precibus,* in fide & in intellectu myſteriorum fidei, in *ſpe,* in *charitate,* & in puro iſto *gaudio,* quod ex ſpe vitæ futuræ & bonâ conſcientiâ oritur.' *Id.*

Εἷς ἐστιν κ. τ. λ.] Interpres

nullus secundùm carnem adspiciat proximum, sed in Jesu Christo adinvicem semper diligite. Nihil sit in vobis, quod possit vos partiri; sed uniamini Episcopo & præsidentibus, in typum & doctrinam incorruptionis. VET. INT.

VII. Quemadmodum igitur Dominus sine Patre nihil fecit, unitus existens, neque per seipsum, neque per Apostolos; sic neque vos sine Episcopo & Presbyteris aliquid operemini Neque tentetis rationabile aliquid apparere propriè vobis: sed in idipsum una oratio, una deprecatio, unus intellectus, una spes, in charitate, in gaudio incoinquinato; quod est Christus Jesus, quo melius nihil est. Omnes ut in unum templum concurrite Dei, ut in unum altare; ut in unum Jesum Christum, ab uno Patre

VII. Quemadmodum igitur Dominus sine Patre nihil fecit, ipsi unitus, neque per seipsum, neque per Apostolos; ita neque & vos sine Episcopo & Presbyteris quidquam agite. Neque operam detis ut aliquid vobis seorsim rationi videatur consentaneum: sed in unum convenientibus, una sit oratio, una precatio, una mens, una spes, in caritate, in gaudio inculpato. Unus est Jesus Christus, quo nihil præstantius est. Omnes itaque velut in unum templum Dei concurrite, velut ad unum altare, velut ad unum VERS. COT.

& Pseudo-Ignatius ita legisse videntur, ἐν τῇ χαρᾷ τῇ ἀμώμῳ, ἥ ἐστιν Ἰησοῦς Χριστὸς, &c. Voss.——Vet. Int. *quod*, corruptè: fortè legit ὅ. PEARS.—Ac si ὃ legisset: uti quoque Antiochus Homil. LXXX. Εἷς videtur esse melior lectio, quæ mox repetitur. SMITH.

Πάντες οὖν ὡς εἰς κ. τ. λ.] Ineptè deformavit hæc Pseudo-Ignatius. Unde adparet, & jam ejus ævo corruptum fuisse hunc locum. Lege; Πάντες οὖν ὡς εἰς ἕνα ναὸν συντρέχετε Θεοῦ. Probat hanc lectionem interpres antiquus. Voss.——Editores exhibent συντρέχετε, secundùm Vossianam: sed MS. habet συνέρχετε, quod Salvinus corrigit συνέρχεσθε.

Τὸν ἀφ' ἑνὸς Πατρὸς.] *Filius*, quando in mundum venit, *à Patre exiisse* dicitur, & tamen *in Patre est*: (ἡνωμένος ὤν, ut paullo antè) *& ad Patrem reversus est*: h. e. post resurrectionem. Vide Vind. ii. 40.

* ἰόντα. SALV. προελθόντα, καὶ εἰς ἕνα *ὄντα καὶ χωρήσαντα.

Η'. Μὴ [1]πλανᾶσθε ταῖς ἑτεροδοξίαις, μηδὲ μυθεύμασιν τοῖς παλαιοῖς ἀνωφελέσιν οὖσιν. Εἰ γὰρ μέχρι νῦν κατὰ νόμον Ἰουδαϊσμὸν ζῶμεν, ὁμολογοῦμεν χάριν μὴ εἰληφέναι. Οἱ γὰρ θειότατοι προφῆται κατὰ Χριστὸν Ἰησοῦν ἔζησαν. Διὰ τοῦτο καὶ ἐδιώχθησαν, [2]ἐμπνεόμενοι ὑπὸ τῆς χάριτος αὐτοῦ, εἰς τὸ πληροφορηθῆναι τοὺς ἀπειθοῦντας, ὅτι εἷς Θεός ἐστιν ὁ φανερώσας ἑαυτὸν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, ὅς ἐστιν αὐτοῦ λόγος

VAR. LECT. 1 MS. πλανᾶσθαι. 2 ἐνπνεόμενοι.

VERS. COT. Jesum Christum, qui ab uno Patre prodit, & in uno exsistit, in unum revertitur.

VIII. Ne seducamini alienis doctrinis, neque veteribus fabulis, quæ sunt inutiles. Si namque adhuc juxta legem Judaïcam vixerimus, confitemur nos gratiam non acce-

55. & Bullum p. 290. Verba hæc, penitus ab Interpolatore omissa, ad τὴν ἐμπεριχώρησιν personarum S. Trinitatis, cujus frequens mentio apud Græcos Patres occurrit, referri possunt. SMITH.

Μυθεύμασιν.] Ἰουδαϊκὴ μυθολογία. Orig. contra Cels. PEARS.

Ἀνωφελέσιν.] Hieronymus ad Oseæ Cap. iii. de Judæis loquens, *Illi*, inquit, *res inutiles amant, traditiones hominum, & δευτερώσεων somnia diligentes.* Id.

Κατὰ νόμον Ἰουδαϊσμὸν] Legit Interpres, κατὰ Ἰουδαϊσμόν. Sed certè hæc lectio ferri non potest. Omnino verum est, Ignatium scripsisse, κατὰ νόμον ζῶμεν. Νόμος specialiter in veterum Christianorum libris accipitur pro lege Mosis. Quod cùm nescirent illi magistri, qui Ignatium depravârunt, alterum pro glossa addidere. VOSS. —Νόμον est glossa. Vet. Int. *Secundùm Judaïsmum*; rectiùs sine dubio, prout scriptum erat in antiquo codice, quo usus est. Glossa inde primò apposita, mox in textum recepta. An Ἰουδαϊσμὸν ζῆν, *secundùm legem, vitam Judaicam agere?* Vix illud concedendum. PEARS.—Τὸ νόμον glossema frustra & omnino superfluè additum videtur. Κατὰ Ἰουδαϊσμὸν, & κατὰ Ἰησοῦν Χριστὸν, quod mox sequitur, & deinde paucis interjectis κατὰ Χριστιανισμὸν, rectissimè sibi invicem opponuntur. SMITH.

Κατὰ Χριστὸν Ἰησοῦν ἔζησαν.] '*Prophetæ secundùm* fidem in '*Christum venturum*, vel *vitam* verè Christianam, ab 'omni flagitio puram, *egerunt*.' Id.

exeuntem, & in unum exiſtentem & revertentem. VET. INT.

VIII. Non erretis extraneis opinionibus, neque fabulis veteribus, inutilibus exiſtentibus. Si enim uſque nunc ſecundùm Judaiſmum vivimus; confitemur gratiam non recepiſſe. Diviniſſimi enim Prophetæ ſecundùm Chriſtum Jeſum vixerunt. Propter hoc & perſecutionem paſſi ſunt, inſpirati à gratia ipſius, ad * certificare imperſuaſos, quoniam unus Deus eſt, qui manifeſtavit ſeipſum per Jeſum Chriſtum filium ipſius: qui eſt ipſius Verbum æternum, *ſ. certificari.

piſſe. Diviniſſimi namque Prophetæ juxta Chriſtum Jeſum vixerunt. Ob hoc & perſecutionem paſſi ſunt; gratiâ ipſius inſpirati; ut qui increduli, certi redderentur, quòd unus Deus eſt qui ſeipſum manifeſtavit per Jeſum Chriſtum filium ſuum; qui eſt Verbum ipſius æternum, non à VERS. COT.

Εἰς τὸ πληροφορηθῆναι.] ‘Præcipuus finis & ſcopus *Prophetarum* eſt, ut adventum ‘Chriſti prædicerent & enarrarent; per quem *Deus* voluntatem ejus univerſis hominibus eſſet tandem aliquando *manifeſtaturus*.’ Id.

Λόγος ἀΐδιος οὐκ ἀπὸ σιγῆς προελθών.] Si putarem, vel minimùm obſtare hunc locum, quò minùs genuinæ hæ viderentur Epiſtolæ; contenderem equidem, verba iſta eſſe inſerta ab antiquiore aliquo interpolatore, quàm noſter ille vulgatus. Tametſi verò crebro id uſu venire videamus; quemadmodum in tot exemplis arguunt quoque noſter Ignatius, & Barnabæ Epiſtola; nihil tamen opus eſſe puto, ut talia effugia quæramus. Illud quidem non negaverim, ſi locus hic ſit ſanus, & hæc deſumta ſint ex hæreſi Valentiniana; actum videri de Epiſtolis Ignatianis. Sed ut hoc credamus, nulla nos adigit neceſſitas; & forſan verum non eſt, ut ſtatim videbimus. Vel hic enim locus ſatis indicat, Valentinum non fuiſſe primum, qui Λόγον ἀπὸ Σιγῆς ortum eſſe dixerit. Quòd ſi, ut idem ex aliis demonſtremus, conjecturis uti liceat; ne illæ quidem deſunt. Ex omnibus veteribus nemo eſt, qui ſcripſerit, Valentinum novam ſectam, aut novas condidiſſe opiniones: omnes illum veterem opinionem reſuſcitâſſe aiunt. Theodoretus, poſtquam de illis hæreſibus egit, quæ Valentinum præceſſere, pergit; ἐκ τούτων πασῶν τῶν αἱρέσεων ὁ Βαλεντῖνος λαβὼν ἀφορμὰς τοὺς ἀπειράντους αὐτοῦ συνέθηκε μύθους. Tertullianus de eodem; *cujuſdam veteris opinionis ſemina nactus, Colorbaſo viam delineavit.* Et omnium antiquiſ-

ἀΐδιος, οὐκ ἀπὸ σιγῆς προελθὼν, ὃς κατὰ πάντα [3]εὐηρέστησεν τῷ πέμψαντι αὐτόν.

VAR. LECT. 3 εὐηρέτησεν.

VERS. COT. ſilentio progrediens; quique in omnibus ei qui ipſum miſimus Irenæus; ὁ μὲν γὰρ πρῶτος ἀπὸ τῆς λεγομένης γνωστικῆς αἱρέσεως, τὰς ἀρχαίας, εἰς ἴδιον χαρακτῆρα, διδασκαλίας μεθαρμόσας Οὐαλεντῖνος. Nihil itaque aliud fecit Valentinus, quàm quòd veteres hæreſes in meliorem ordinem digeſſerit; & ut ait Irenæus, ἴδιον illis χαρακτῆρα dederit. Nam quamvis & inter illos hæreticos, qui Valentinum præceſſere, alii alios ſecuti ſint, & magnam partem hæreſis ſuæ ex aliena conflârint; quoniam tamen eorum opiniones non planè eædem fuere ac deceſſorum; ideo SS. Patres, tanquam de diverſa hæreſi, loquuntur. De hoc autem hæretico longè aliter, tanquam de eo, qui veterem & obliteratam hæreſim renovârit. Quòd ſi inter antiquiores ſectas nuſquam reperiatur venuſtula illa Dea, Σιγὴ inquam; cogitandum, nos minimam habere partem hæreſeon: cùm veteres Patres vix præcipuorum hæreticorum ſectas, & dogmata, retulerint; multò autem minùs eorum æqualium, & diſcipulorum, quorum tot opiniones fuiſſe produnt, quot capita; totque appellationes unius ejuſdemque rei, ut omnes promere foret tædioſum. Fieri ergo potuit, ut non unum habuerit nomen illa Σιγὴ, cùm & poſtea Valentiniani diverſis illam modis appellârint: nam & Χάριν, & Ἔννοιαν, eam vocabant. Itaque forſan antiquioribus Gnoſticis, & Baſilidianis, à quibus maximam partem hæreſis ſuæ accepit Valentinus, idem planè fueri, Νοῦς, Ἔννοια, Χάρις, & Σιγὴ: quas poſtea ideas diſtinxerit Valentinus. Præterea non ipſe eſt, qui primus commentus ſit Σιγήν. Tranſlatum hoc ex veteri Comico Antiphane. Ille enim, in Theogonia, de Nocte & Silentio Chaos emiſſum dixit, dehinc de Chao & Nocte Cupidinem, & Lumen, & reliquum primæ generationis. Poſteà ſecundam deorum generationem finxit, & deos ſecundarios; item mundi & hominum creationem, &c. Ex hoc Antiphane Valentinus, & illi, qui ante eum fuerunt Gnoſtici, omnes ferme ſuas genealogias, & æonas, deſumſerunt, mutatis tantùm nominibus. Non enim minùs diligenter Gnoſtici illi antiquiores poëtas Græcos legebant, quàm forſan ipſe Valentinus. Ex Philiſtione, & aliis poetis, plurima illos deſumſiſſe, veteres produnt. Hinc eſt, quòd Epiphanius, agens de illis Gnoſticis, qui ante Valentinum fuere, dixerit, Græcos poetas, eorumque fabulas, occaſionem omnibus ſectis dediſſe. Idem alibi, de Valentino loquens, ſatis oſtendit, & alios fuiſſe, qui ex poetis illis hæreſes ſuas formârint, quos ipſe tantùm ſecutus ſit; καὶ αὐτὸς τὴν ἐθνόμυθον ποιήσιν εἰς

non à silentio progrediens; qui secundùm omnia beneplacuit mittenti ipsum. VET. INT.

ferat complacuit. VERS. COT.

Κατὰ τὸ ὁμοίωμα, ὡς καὶ.] *Ad exemplar ipsius.* Hæc verba in Græco textu suo loco mota sunt. Lege, ὡς καὶ κατὰ. Idem.———At MS habet ὅς, unde Veterem Interpretem legisse ὃς καὶ κατὰ τὸ ὁμοίωμα, verisimillimum est.

Τὸ δοκεῖν.] Sic & alibi. Quare non mutandum, τῷ δοκεῖν. Neque enim hoc magis Græcum est, quàm alterum. VOSS.——Solem negaret meridie lucere, qui Docetas seu Phantasiastas Hæreticos temporibus Apostolorum inficiaretur erupisse. Cùm Irenæus, Tertullianus, Epiphanius, Hieronymus, Philastrius, Augustinus, Theodoritus, aliique, δοκήσεως & φαντασίας errorem Simoni mago attribuant. Cumque Johannes Apostolus in Epistola prima [IV. 3.] eos *Antichristos* vocet, *qui Christum negarent in carne venisse.* Tertullianus de præscript. Hæret. 33. Insigniter à B. Hieronymo adversùs Luciferianos Cap. 8. scribitur; *Apostolis adhuc in sæculo superstitibus, adhuc apud Judæum Christi sanguine recenti, phantasma Domini corpus asserebatur.* COT.

Ἄρα οὐ καταψεύδομαι τοῦ Κυρίου.] Similiter Vetus legit

lestibus & terrestribus & infernalibus; qui & verè resurrexit à mortuis, resuscitante ipsum Patre ipsius: qui & secundùm similitudinem nos credentes ipsi sic resuscitabit Pater ipsius, in Christo Jesu; sine quo verum vivere non habemus. VET. INT.

X. Si autem, quemadmodum quidam sine Deo existentes (hoc est, infideles) dicunt, secundùm videri passum esse ipsum; ipsi existentes secundùm videri: ego quid vinctus sum? quid autem & oro cum bestiis pugnare? Gratis igitur morior: ergo non reprehendor mendacii à Domino.

XI. Fugite ergo malas propagines, generantes fructum mortiferum; quem si gustet quis, statim

X. Si verò, ut quidam Athei, hoc est, infideles, aiunt, ipsum secundùm apparentiam esse passum; ipsi secundùm apparentiam exsistentes: ego quid vinctus sum? & cur opto cum bestiis depugnare? frustra itaque morior. Profectò mendacia de Domino non confingo. VERS. COT.

XI. Fugite ergo malas propagines, quæ gignunt mortiferum fructum; quem si quis gustârit, continuò mori-

Interpres. Itaque rectè vir maximus viderat, ejiciendam esse particulam negantem. Nam, sine dubio, genuinum est, Ἄρα οὖν. Porrò Pseudo-Ignatius hic legebat, τοῦ σταυροῦ τοῦ Κυρίου, quod tamen non probo. Neque enim opus mutatione. VOSS. ——— Interpolator omittit particulam negativam: Vossius levi mutatione emendat. Sed lectio codicis Medicei, quam Vetus Interpres sequitur, retinenda videtur: & meritò quidem, si verba interrogativè accipiantur: '*Nonne*, 'si Christus, ut ipsi blasphemant, putativè solùm *passus* '*sit*, ipse *moriendo Dominum* 'Christum splendido hoc *mendacio traducam?*' SMITH.

Θανατηφόρον] Satis purus scriptor Artemidorus Daldianus, Ignatio nostro suppar, Lib. iv. Cap. 59. ἡ μὲν ἐλαία θανατηφόρος οὖσα τετήρηται. *Oleam* (in somnio visam) *mortiferam esse observatum est.* Jac. iii 8. μεστὴ ἰοῦ θανατηφόρου. PEARS.

Παρ' αὐτὰ.] Reposuit Pseudo-Ignatius παραυτίκα. Idem est παραυτὰ & παραυτίκα. Neque tamen hoc ex illo contractum, ut aliqui putant; sed παρ' αὐτὰ dicitur, ut παραχρῆμα, παραυτόθεν, ἐξ αὐτῆς. VOSS.

γὰρ οὐκ εἰσὶν φυτεία Πα]ρός. Εἰ γὰρ ἦσαν, ἐφαίνον]ο ἂν κλάδοι τοῦ σ]αυροῦ, καὶ ἦν ἂν ὁ καρπὸς αὐτῶν ἄφθαρ]ος· δι' οὗ, ἐν τῷ πάθει αὐτοῦ, προσκαλεῖται ὑμᾶς, ὄντας μέλη αὐτοῦ. Οὐ δύνα]αι οὖν κεφαλὴ χωρὶς γεννηθῆναι ἄνευ μελῶν· τοῦ Θεοῦ ἕνωσιν ἐπαγγελλομένου, ὅς ἐσ]ιν αὐτός.

ΙΒʹ. Ἀσπάζομαι ὑμᾶς ἀπὸ Σμύρνης, ἅμα ταῖς

* αἱ. Salv. συμπαρούσαις μου ἐκκλησίαις τοῦ Θεοῦ, * οἱ κατὰ πάν]α με ἀνέπαυσαν σαρκί τε καὶ πνεύμα]ι. Παρακαλεῖ ὑμᾶς τὰ δεσμά μου, ἃ ἕνεκεν Ἰησοῦ Χρισ]οῦ περιφέρω, αἰτούμενος Θεοῦ ἐπι]υχεῖν. Διαμένετε ἐν τῇ ὁμονοίᾳ ὑμῶν, καὶ τῇ μετ' ἀλλήλων προσευχῇ. Πρέπει γὰρ ὑμῖν τοῖς καθ' ἕνα, ἐξαιρέτως καὶ τοῖς πρεσβυτέροις, ἀναψύχειν τὸν ἐπίσκοπον

Vers. Cot. tur. Isti enim non sunt plantatio Patris. Si enim essent, apparerent utique rami Crucis, & esset utique fructus illorum incorruptibilis; per quem, in passione ipsius, invitat vos, qui estis membra ipsius. Non potest igitur caput seorsum nasci sine membris; Deo unionem repromittente, quae est ipse.

Οὐκ εἰσὶν φυτεία κ. τ. λ.] Respicit ad Matth. v. 13 & sapidâ (si quid ego sentio) Metaphorâ utitur. Nonne enim optimè quadrant plantatio, rami, arbor crucis, & fructus? Cot.

Εἰ γὰρ ἦσαν, ἐφαίνον]ο ἂν κλάδοι τοῦ σ]αυροῦ.] Interpolator omnia hæc suo more immutavit. Κλάδοι, ut sæpe aliàs, accipitur, translatâ à plantis ad homines, & alia animalia, similitudine. Ita apud Theophrastum, in charactere μικροφιλοτιμίας, inscriptio est in columella catelli mortui, ΚΛΑΔΟΣ ΜΕΛΙΤΑΙΟΣ. *Soboles Melitæa:* qui locus non est sollicitandus. Ita in Inscriptione veteri,

ΕΚ ΜΕΝ ΓΕΝΟΥΣ ΓΑΡ ΟΥΤΟΣ ΕΥΦΥΟΥΣ ΕΦΥ
ΤΗΣ ΠΑΤΡΙΚΙΩΝ ΕΥΦΥΟΥΣ ΡΙΖΗΣ ΚΛΑΔΟΣ.

Voss.

——Metaphorâ hac de arbore crucis pluſquam semel usus est Ignatius. 'Nolunt hi Hæretici Evangelicam doctrinam *de passione Christi* amplecti & profiteri: ex hac autem professione & fide enascitur incorruptio integritasque morum, utpote ejusmodi *ramorum* genuinus germanusque

moritur. Isti enim non sunt plantatio Patris. Si enim essent; apparerent utique rami Crucis, & esset utique fructus illorum incorruptibilis: per quem, in passione ipsius, advocat vos existentes membra ipsius. Non potest igitur caput nasci sine membris; Deo unionem repromittente, quod est ipse. VET. INT.

XII. Saluto vos à Smyrna, cum compræsentibus mihi Ecclesiis Dei; qui secundùm omnia me quiescere fecerunt carne & spiritu. Deprecantur vos vincula mea, quæ pro Jesu Christo fero, petens Deo frui. Permanete in concordia vestra, & eâ quæ cum adinvicem oratione. Decet enim vos singulos, præcipuè & Presbyteros, refrigerare Epi-

XII. Saluto vos è Smyrna, unà cum Ecclesiis Dei quæ mecum sunt, quæ prorsus refocillârunt me, & carne & spiritu. Obsecrant vos vincula mea; quæ propter Jesum Christum circumfero, orans ut Deum assequar; permanete in concordia vestra, & oratione mutua. Decet enim singulos vestrum, & præcipuè Presbyteros, refocil- VERS. COT.

'fructus. Vi hujus fidei *in* '*passione Christi* per prædi- 'cationem Evangelii facti su- 'mus *membra* corporis *ejus*, 'quum ille sit *caput* Eccle- 'siæ: *Deo* hanc *unionem* spiri- 'tualem *promittente* & operan- 'te.' SMITH.

Ὅς ἐστιν.] Veterem Interpretem suo in libro reperisse existimo, ὅ ἐστιν. Eaque procul dubio vera est scriptura. VOSS.—— Fortasse hoc vult B. Martyr, *qui Deus est ipse Christus.* SMITH.

Ἅμα ταῖς συμπαρούσαις μου.] Lege cum Vet. Int. & Interpolatore μοί. 'Episcopis Presbyterisque, *Ecclesiarum* legatis, qui huc me videndi causâ 'venerunt, jamque *præsto mi*- '*hi adsunt.*' Idem.

Οἱ κατὰ πάντα.] Si quis ad Grammatices canonas restringere ista velit, legendum fuerit, αἱ κατὰ πάντα. Sed retinenda est hæc lectio, quam etiam Vetus Interpres agnoscit. *Ecclesia* enim pro illis, qui *Ecclesiæ* erant *membra.* Non adfirmarem hæc, nisi toties viderem in Ignatio istam loquendi formulam occurrere. Interpolator ita hæc mutavit; ὧν οἱ ἡγούμενοι. VOSS. ———Non opus est, ut reponamus αἱ. SMITH.

εἰς τιμὴν Πατρὸς, Ἰησοῦ Χριστοῦ, [καὶ] τῶν ἀποστόλων. Εὔχομαι ὑμᾶς ἐν ἀγάπῃ ἀκοῦσαί μου, ἵνα μὴ εἰς μαρτύριον ὦ ἐν ὑμῖν γράψας. Καὶ περὶ ἐμοῦ δὲ προσεύχεσθε, τῆς ἀφ' ὑμῶν ἀγάπης χρήζοντος ἐν τῷ ἐλέει τοῦ Θεοῦ, εἰς τὸ καταξιωθῆναί με τοῦ κλήρου, οὗ περίκειμαι ἐπιτυχεῖν, ἵνα μὴ ἀδόκιμος εὑρεθῶ.

ΙΓ. Ἀσπάζεται ὑμᾶς ἡ ἀγάπη Σμυρναίων καὶ Ἐφεσίων. Μνημονεύετε ἐν ταῖς προσευχαῖς ὑμῶν τῆς ἐν Συρίᾳ ἐκκλησίας· ὅθεν καὶ οὐκ ἄξιός εἰμι λέγεσθαι, ὢν ἔσχατος ἐκείνων. Ἔρρωσθε ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ, ὑποτασσόμενοι τῷ ἐπισκόπῳ ὡς τῇ ἐντολῇ, ὁμοίως καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ· καὶ οἱ κατ' ἄνδρα ἀλλήλους ἀγαπᾶτε ἐν ἀμερίστῳ καρδίᾳ. Ἁγνίζετε ὑ-

VERS. COT. lare Episcopum, in honorem Patris, Jesu Christi, & Apostolorum. Opto ut in caritate me audiatis; ne hæc scribens, in testimonium vobis sim. Sed & orate pro me, qui in Dei misericordia, caritate vestrâ indigeo, ut dignus fiam sorte, ad quam assequendam jam destinor, ne reprobus inveniar.

Πατρὸς Ἰησοῦ.] Post Πατρὸς comma appingi oportet. *Idem.*

Χριστοῦ καὶ τῶν.] Vossius inseruit καὶ, quod Vet. Int legit, habetque Interpolator.

Ἐν ὑμῖν γράψας] Pseudo-Ignatius hìc reposuit, ὑμῖν γράψας, omissâ præpositione. Quod tamen non erat opus. Nam non hoc minùs rectum est, quàm alterum, & idem prorsus valet. Ita quoque in Epistola ad Romanos, [§. iii.] ἐβασκάνατε ἐν οὐδενὶ, pro ἐβασκάνετε οὐδενί. Et obviæ sunt apud optimos etiam auctores id generis locutiones. VOSS.

Οὗ περίκειμαι] Vet. Int. *quâ conor*: fortean mendosè pro *coronor*, i. e. *circundor, cingor: quæ me*, morte appropinquante, *circumstat*. Alter Interpres, *cui subjaceo*. Vedelius legit παράκειμαι, *propinquus, vicinus sum*; & interpretatur, *quam propediem consequar* Non verò mihi displicet prior lectio, quam codex Mediceus & Vulgati præ se ferunt. An ὑπόκειμαι vel πρόκειμαι? SMITH.

Ἡ ἀγάπη Σμυρναίων.] i. e. Smyrnæi. PEARS.

Λέγεσθαι.] Subintellige ποιμὴν sive *Episcopus*: quod ob modestiam & humilitatem reticet Vir sanctissimus. Vide Epist. ad Smyrnæos, §. xi. & ad Ephesios §. ult. SMITH.

scopum; in honorem Patris Jesu Christi, & Apostolorum. Oro vos in charitate audire me; ut non in testimonium sim in vobis scribens. Sed & pro me orate eâ, quæ à vobis, charitate indigente in misericordia Dei, ad dignificari me hæreditate, quâ conor potiri, ut non reprobus inveniar. VET. INT.

XIII. Salutat vos charitas Smyrnæorum & Ephesiorum. Mementote in orationibus vestris ejus quæ in Syria Ecclesiæ; unde non dignus sum dici, existens extremus illorum. Valete in Jesu Christo; subjecti Episcopo, ut Dei mandato, similiter & Presbyterio. Et singuli adinvicem diligite in impartibili corde. Castificate vestrum meum spi-

XIII. Salutat vos caritas Smyrnæorum & Ephesiorum. Memores estote in orationibus vestris Ecclesiæ quæ est in Syria, de qua & non sum dignus qui dicar, cùm sim eorum ultimus. Valete in Jesu Christo; subjecti Episcopo, ut [Dei] mandato; & similiter Presbyterio. Ac singillatim omnes, alter alterum diligite corde indivulso. Expiet vos meus Spiritus; non modò VERS. COT.

Ὡς τῇ ἐντολῇ.] Si Veteri Interpreti fidendum sit, addendum fuerit, τοῦ Θεοῦ. Sed neque id necessarium; neque ita sanctè semper Interpres Græca reddidit, quin & aliquando verbum unum, aut alterum, quamvis rarò, de suo admensus sit. VOSS.

Ἁγνίζετε ὑμῶν τὸ ἐμὸν πνεῦμα] Monstrum lectionis. Vertit Interpres; *castificate vestrum meum spiritum*. Quid hoc, rogo? Speciosiùs Pseudo-Ignatius ita rescripsit, ἀσπάζεται ὑμᾶς τὸ ἐμὸν πνεῦμα. Quis credat tam inveterata in his Epistolis esse vulnera, ut tempus, quo illa inflicta sint, propiùs Ignatii, quàm nostrum accedat sæculum? Credimus tamen vulgò, solos esse barbaros, qui tantum literis & literatis damnum intulerint. Sed certè semidoctorum labentis Imperii Latinorum audacia plus detrimenti intulit bonis autoribus, quàm inscitia barbarorum. Religiosiùs hi, sanctiusque, libros tractabant; & ut iis corrigendi peritia, ita quoque depravandi aberat malitia. Hinc est, quòd eorum erroribus faciliùs occurri possit, quàm antiquis illis Semilatinorum depravationibus; quibus nunquam, aut quàm ra-

μῶν τὸ ἐμὸν πνεῦμα, οὐ μόνον νῦν, ἀλλὰ καὶ ὅταν Θεοῦ ἐπιτύχω. Ἔτι γὰρ ὑπὸ κίνδυνόν εἰμι· ἀλλὰ πιστὸς ὁ Πατὴρ ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ πληρῶσαί μου τὴν αἴτησιν καὶ ὑμῶν, ἐν ᾧ εὑρεθείητε ἄμωμοι.

VERS. COT. nunc, sed & ubi Deum nactus fuero. Nam etiamnum in periculo versor: sed fidelis est Pater in Jesu Christo,

rissimè, datur mederi. Difficile est itaque hunc & similes locos corrigere, nisi eâ libertate velimus uti, quâ sum usus Epistolâ ad Ephesios [§. viii.] in eodem vocabulo reddendo: nimirum ut ita legamus, ἅγνισμα ὑμῶν τὸ ἐμὸν πνεῦμα. Et sic puto scripserat B. Martyr. *Idem.*——Vet. Int. sensu nullo. Interpolator sic emendare conatus est: Ἀσπάζεται ὑμᾶς τὸ ἐμὸν πνεῦμα, ut in Epist. ad Rom. [§. ix.] quod ab hoc loco alienum est, ut ex sequentibus patet. Lux autem aliqua

---

ΠΡΟΣ ΡΩΜΑΙΟΥΣ.

Ἰγνάτιος, ὁ καὶ Θεοφόρος, τῇ ἠλεημένῃ ἐν μεγαλειότητι Πατρὸς ὑψίστου, καὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ

Ex veris & genuinis Ignatii Literis sola hæc requirebatur in codice illo optimo Bibliothecæ Mediceæ. Obtinet quidem locum postremum; sed sive zelum, sive dignitatem, adtendas, locum merebatur vel primum. Mihi non licuit esse tam felici, ut illam Græcè invenirem. Alii forsan fortunatiores me, & diligentiores in perscrutandis Bibliothecis, illud præstabunt. Interim multum debemus Reverendissimo ARMACHANO; qui nobis Veterem dedit hujus Epistolæ Versionem; quæ quàm fideliter Græca ubique expresserit, ex superioribus, puto, Epistolis cognoscere satis licuit. VOSS.——Hanc anno 1689 ex MS. Cod. 460. Bibliothecæ Colbertinæ, Græcè, unà cum nova Latina versione, in *Appendice ad Acta primorum Martyrum sincera atque selecta*, Parisiis evulgavit Theodericus Ruinartus, Presbyter è Congregatione S. Mauri. GRAB.

Θεοφόρος.] Addit Simeon Metaphrastes, qui integram hanc Epistolam citat, ἐπίσκοπος τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ ἁγίας τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας. Nugæ, & planè contra morem Ignatii, & seculi. Vide, quæ ad Epi-

ritum, non solùm nunc, sed & quando utique Deo fruar. Adhuc enim sub periculo sum: sed fidelis Pater, in Jesu Christo, implere petitionem meam & vestram; in quo inveniamini incoinquinati. VET. INT.

ut impleat petitionem meam & vestram; in quo opto ut inveniamini sine macula. VERS. COT.

nescio quo modo ex vulgato Interprete Latino, qui sic reddidit: *Castificet vos spiritus meus*: ut rectè videretur levi mutatione hunc locum restituisse D. Vossius. Si in Epist. ad Ephes. §. viii. retineatur ἁγνίζομαι, hìc legendum ἁγνίζεται. PEARS. —— Rectissime correxisse videtur Cotelerius ἁγνίζηται, quod sit ἅγνισμα ῆ. Tunc autem videtur inserendum ὑπὲρ vel ἀνθ' ὑμῶν. SMITH.

AD ROMANOS.

Ignatius, qui & Theophorus, habenti propitiationem in magnitudine Patris altissimi, & Jesu VET. INT.

Ignatius, qui & Theophorus, misericordiam consecutæ in magnificentia altissimi Patris, & Jesu Christi (a) *unige-* VERS. CLER.

(a) *Unici*. RUIN.

stolam secundam [ad Polycarpum in Inscript.] notavimus. VOSS.

Ἠλεημένη.] In exemplari Symeonis Metaphr. ex codice Mediceo in bibliotheca Regis Christianissimi desumpto, legitur ἠλειμμένη, *unctæ*: omnino malè. SMITH. —— Vet. Int. videtur legisse ἰλεημένη.

Μεγαλειότητι] Vox de Deo [Patre] usurpata Luc. ix. 43. & [de Filio] 2 Pet. i. 16. Clemens Alex. vocat μεγαλεῖον κράτος. Nam à μεγάλειος μεγαλειότης. Tertull. *Deus summum magnum*. PEARS.

Πατρὸς ὑψίστου.] Ita quoque Logothetes [Sym. Metaphr.] In Interpolatis exemplaribus & editionibus, ὑψίστου Θεοῦ Πατρός. SMITH. —— Ὕψιστος proprium Dei epithetum: unde ὁ Ὕψιστος idem quod Deus. Act. vii. 48. & Christus Υἱὸς Ὑψίστου, Luc. i. 32. PEARS. —— Clericus edit ὑψίστου Πατρός.

Ἰησοῦ.] Sym. præfigit Κυρίου. SMITH.

μόνου υἱοῦ αὐτοῦ, ἐκκλησίᾳ ἠγαπημένῃ καὶ πεφωτισμένῃ ἐν θελήματι τοῦ θελήσαντος τὰ πάντα, ἅ ἐστιν κατὰ ἀγάπην Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, ἥτις καὶ προκάθηται ἐν τόπῳ χωρίου Ῥωμαίων, ἀξιόθεος, ἀξιοπρεπὴς, ἀξιομακάριστος, ἀξιέ-

VERS. CLER. *niti ejus filii, Ecclesiæ dilectæ, & illuminatæ, per voluntatem illius qui vult omnia quæ sunt secundùm caritatem Jesu Christi Dei nostri : quæ* (b) *præsidet in loco*

(b) *etiam*. Idem.

Μόνου.] Uti quoque apud Sym. *Idem*.——Clericus edit μονογενοῦς αὐτοῦ Υἱοῦ, ut Usserius &c.

Ἠγαπημένῃ.] Ceteri Græci codices habent ἡγιασμένῃ. Cum codice Colbertino consentiunt Sym. & Vet. Int. SMITH.

Θελήσαντος.] In vulgatis ποιήσαντος Sed lectio prior integra est ; ficut legebant Sym. & Vet. Int. quippe ad mentem S. Ignatii in Epist. ad Magnes. §. iii. Εἰς τιμὴν οὖν ἐκείνου τοῦ θελήσαντος. Vet. Int. *In honorem igitur volentis*. Idem.

Ἥτις καὶ.] Particulam emphaticam καὶ codices vulgati malè omisere. *Idem*.——Idem fecit Clericus.

Προκάθηται ἐν τόπῳ χωρίου Ῥωμαίων.] Quam antiqua sit hæc scriptura, ex Simeone Metaphraste adparet. Et fanè barbara est hæc locutio, vel Casaubono teste. Vet. Int ita hæc reddidit ; *quæ & præsidet in loco chori Romanorum*. Omnino itaque veram puto esse lectionem, ἥτις καὶ προκάθηται ἐν τόπῳ χοροῦ Ῥωμαίων. Quis non videt, lectionem hanc tam perspicuam esse, quàm obscura & barbara sit altera? *Choris* etiam alibi comparat cœtus Christianorum. Uti autem singulis *choris* suus est magister, cujus ad modum & mensuram omnes adtendunt : ita quoque singulis *chori Romani* membris *præsidem* ponit Ecclesiam, cui concorditer omnes parere debeant. VOSS.——Usserius in veteri Latina Versione legendum putat *chorii*, Græcâ voce χωρίου retentâ, quasi Vet. iste Int. idem innuisset cum altero Interprete, qui explicatiùs reddidit, *in loco regionis Romanorum*, tanquam ejusdem cum χώρα significatûs. Isaacus verò Vossius audacter pro more suo legendum contendit χοροῦ. Sed tanti nominis auctoritas, aliàs magni facienda, parum ad inficetam istam conjecturam fulciendam valet. Marcus Meibomius in Præfat. ad *Dialogum de proportionibus*, *Hafniæ* 1655. gloriatur, se hujus loci veram lectionem quàm minimâ immutatione proferre posse, pro χωρίου substituendo Κυρίου ; additque explicationis gratiâ, *Romanum Episcopum* ἐν τόπῳ Κυρίου Ῥωμαίων προκαθῆσθαι, *Dei loco Romanis præsidere*. Quis verò criticam hanc audaciam patienti animo ferat? Ecclesiæ Romanæ, sive uni-

Christi solius Filii ipsius, Ecclesiæ dilectæ & illuminatæ in voluntate volentis omnia, quæ sunt secundùm dilectionem Jesu Christi Dei nostri (quæ & præsidet in loco chori Romanorum, digna Deo, digna decentiâ, digna beatitudine, digna laude, VET. INT.

Romanæ regionis, Deo digna, (c) *decentissima,* (d) *meritò beata, laudatissima, digna quæ voti compos sit, ca-* VERS. CLER.

(c) *digna decore.* Idem.

(d) *digna quæ beata prædicetur.* Idem.

verso Christianorum illic degentium cœtui, inscribitur Epistola, non istius sedis Episcopo: nec, si verba hæc ejusmodi interpretamentum admiserint, cuidam sani sincipitis credibile videbitur, hoc elogium soli Romano Pontifici, nempe illum, ἐν τόπῳ Κυρίου sive *vice Christi,* suis peculiarem in modum præesse, S. Ignatium voluisse assignari; ceteris ejusdem meriti, ejusdem dignitatis, ejusdem sacerdotii exclusis. SMITH.——*In ipsa urbe Roma cum suburbiis.* Libanius in Dianam p. 666. de Athenienfibus, δυοῖν δὲ ὄντοιν σφίσι πλείστου ἀξίοιν χωρίοιν Πειραιῶς καὶ Ἀκροπόλεως. Smyrn. Decret. edit. Oxon. p. 15. τὸ χωρίον Παλαιμαγνησίων. Orig. in Jo. 159. E. ἐκεῖ τοῦ τόπου χωρίου παρακλήσεως. 1 Cor. i. 2. ἐν παντὶ τόπῳ, αὐτῶν τε καὶ ἡμῶν, idem quod ἐν ὅλῃ τῇ Ἀχαΐᾳ. 2 Cor. i. 1. Non infrequenter nomen civitatis aut incolarum τῷ τόπῳ adjungitur; ut in titulo Epistolæ, quam Abgarus Princeps Edessæ ap. Eus. Lib. I. Cap. 13. inscripsit Jesu σωτῆρι ἀγαθῷ, ἀναφανέντι ἐν τόπῳ Ἱεροσολύμων· h. e. *præcipuè quidem Hierosolymis & locis circumvicinis.* Χωρίον veteri Glossario *villa & rus.* An legebat Vet. Int. χόρου an χώρου? Judæi urbem incolebant tempore Augusti. Jos. Lib. XVII. Cap. 12. trans Tiberim. Philo legat. ad Caium, 1014. C. Christiani autem, non tantùm in urbe trans Tiberim, sed in suburbiis. PEARS.——Mihi explicatio, à D. Pearsono adhibita, plana, facilis, & ad mentem S. Ignatii maximè accommodata videtur: nec opus est, ut illa ad regiones suburbicarias, quod suave aliquorum insomnium est, (hoc enim esset res diversorum seculorum contra fidem historiæ commiscere) referatur. SMITH.——Fateor ἐν τόπῳ χωρίου Ῥωμαίων, parum idoneum esse loquendi genus, sed ἐν τόπῳ χόρου non multò melius est. Viderint, qui acutiores sunt, quî hæc emendari queant. CLER.

Ἀξιόθεος, ἀξιοπρεπὴς κ. τ. λ.] Nisi parum admodum fiderem auctoritati Simeonis Metaphrastæ; & ego possem credere omnia hæc epitheta spuria esse. Sed cùm vel ex hac sola Epistola adpareat, Logotheten istum non multò sanctiùs Ignatium tractâsse, quàm fecerit Pseudo-Ignatius: nulla est ra-

παινος, [1] ἀξιεπίτευκτος, [2] ἀξίαγνος, καὶ προκαθημένη τῆς ἀγάπης, Χριστώνυμος, πατρώνυμος, ἣν καὶ ἀσπάζομαι ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ υἱοῦ Πατρὸς, κατὰ σάρκα καὶ πνεῦμα ἡνωμένοις πάσῃ ἐντολῇ αὐτοῦ, πεπληρωμένοις χάριτος Θεοῦ ἀδιακρίτως, καὶ ἀποδιϋλισμένοις ἀπὸ παντὸς ἀλλοτρίου χρώματος, πλεῖστα ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν ἀμώμως χαίρειν.

Α'. Ἐπεὶ εὐξάμενος Θεῷ, ἐπέτυχον ἰδεῖν ὑμῶν

VAR. LECT. 1 MS. ἀξιοεπίτευκτος. 2 ἀξιόαγνος.

VERS. CLER. (e) caritate praecellens. Idem. (f) amplector. Idem.

stissima, & (e) praesidens in caritate, Christi habens nomen, Patris nomen ferens: quam & (f) saluto in nomine Jesu Christi, filii Patris: secundùm carnem & spiritum unitis in omni mandato ipsius, repletis gratiâ Dei indis-

tio, cur ei plus tribuamus, quàm alteri. Veteris Interpretis auctoritas major mihi est, & hìc, & ubique, quàm istorum duorum. Praeterea si composita haec epitheta cujusquam aures offendant; nae ille parum versatus sit in primorum Christianorum scriptis legendis. Quantopere delectati sunt illi talibus vocabulis, vel sola Clementis Epistola ad Romanos testari possit. Sed neque Barnabae, & Polycarpi Epistola, iis planè destituuntur. Quòd si Ignatius magis ea insectatur, quàm alii: cogitandum, non omnibus esse eundem in scribendo genium. Neque etiam Christianitas hoc requirit, ut una omnibus sit dictio; praesertim in re diversa. Vide Epistolam ad Ephes. ubi similia epitheta in Ephesios congesta invenies. Voss.

Ἀξιεπίτευκτος.] *Quae finem propositum, qualiscunque sit, consequatur.* Legebat Vet. Int. ἀξιεπίτακτος, *dignè ordinata.* Verissimè. Voss.

Προκαθημένη τῆς ἀγάπης.] Pulchra ἀνάκλασις, & à nostro saepius usurpata. Dixerat, ἥτις προκάθηται ἐν τόπῳ, *quae in loco* maximè *praesidebat*; nunc eandem *in charitate* etiam *praeeminere* Ecclesiam ostendit. Id verò nos docet Dionysius Corinthiorum Episcopus in Epist. ad Romanos, 55. post hanc anno scriptâ, apud Euseb. Lib. iv. Cap. 23. Ἐξ ἀρχῆς γὰρ ὑμῖν ἔθος ἐστὶ τοῦτο, πάντας τοὺς ἀδελφοὺς ποικίλως εὐεργετεῖν, ἐκκλησίαις τε πολλαῖς ταῖς κατὰ πᾶσαν πόλιν ἐφόδια πέμπειν. Vide ibi plura. PEARS.

Χριστώνυμος.] Verissima est omnino Veteris Interpretis lectio, Χριστονόμος. Voss.—— At in Cod. Colb. est Χριστώ-

dignè ordinata, dignè casta, & præsidens in charitate, Christi habens legem, Patris nomen; quam & saluto in nomine Jesu Christi, filii Patris) secundùm carnem & spiritum unitis in omni mandato ipsius, impletis gratiâ Dei indivisim, & abstractis ab omni alieno colore; plurimum in Domino Jesu Christo Deo nostro immaculatè gaudere. VET. INT.

I. DEprecans Deum, attigi videre vestras dig-

cretè, & repurgatis ab omni alieno colore; plurimam in Domino Jesu Christo Deo nostro, atque immaculatam salutem. VERS. C

I. Quandoquidem precatus Deum, obtinui ut viderem

νυμος, quod melius, ut ostendit sequens vox Πατρώνυμος Sententia est, *quæ nomine Christi & Patris insignitur.* CLER.

Ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ κ. τ. λ.] Vulgati codices habent ἐν ὀνόματι Θεοῦ παντοκράτορος, καὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. SMITH

Κατὰ σάρκα.] Fortè excidebat particula Τοῖς, quam tamen non agnoscit Vet. Int. quæ in Vulgatis reperitur: quod videtur elegantius. Transit jam Auctor ab Ecclesia, quod idem est, ad personas, è quibus illa conflatur. *Idem.*

Πάσῃ ἐντολῇ.] Vet. Int. legebat ἐν πάσῃ, quod fortasse suppleri debet: '*in omnibus* '*Christi præceptis* tam animo 'quàm corpore concordibus.' *Idem.*

Χάριτος ἀδιακρίτως.] Vulgati codices πάσης χάριτος citra necessitatem. *Idem.*——— Hæc imitatus est Clem. Alex.

95. ἀδιακρίτως ἐνταῦθα ἡρρασανισμένοις. PEARS.

Ἀπὸ παντὸς κ. τ. λ.] 'Illi 'batis & sanis, & *ab omni* ad- 'mixtione hæretici dogmatis '*purgatis*:' allusione ad lepram factâ, quæ *colorem* morbidum, debitæque crasi contrarium, corpori inducit. SMITH.

Ἐπεὶ εὐξάμενος.] Procul d[ubio] male: licet idem quo[d] habeant codices vulgati & mecn. Omnino enim leg[endum] portet cum utroque [vet Interprete ἐπευξάμενος, d[epre]cans. Hac voce composit[a pos]tea utitur S. Ignatius. Li[b]rius verò, qui perperam [le]debat, ad connectendum [sen]sum, & ne oratio contra r[egu]las Grammaticæ suspen[s]a deretur, particulam γὰρ δεδεμένος sustulit, quam [reti]net uterque [vetus] Interp[res]. *Idem.*

Ἐπέτυχον ἰδεῖν.] Mos quendi imposuit viris doct

τὰ ἀξιόθεα πρόσωπα, ὡς καὶ πλέον ἠτούμην λαβεῖν, δεδεμένος ἐν Χριςῷ Ἰησοῦ ἐλπίζω ὑμᾶς ἀσπάσασθαι, ἐάν περ θέλημα τοῦ Θεοῦ ᾖ τοῦ ἀξιωθῆναί με εἰς τέλος εἶναι· ἡ μὲν γὰρ ἀρχὴ εὐοικονόμητός ἐςιν, ἐάν περ χάριτος ἐπιτύχω, εἰς τὸ τὸν κλῆρόν μου ἀνεμποδίςως ἀπολαβεῖν. Φοβοῦμαι γὰρ τὴν ὑμῶν ἀγάπην, μὴ αὐτή με ἀδικήσῃ· ὑμῖν γὰρ εὐχερές ἐςιν, ὃ θέλετε ποιῆσαι· ἐμοὶ δὲ δύσκολόν ἐςιν τοῦ Θεοῦ ἐπιτυχεῖν, ἐάν περ ὑμεῖς φείσησθέ μου.

VERS. CLER. (g) divinam veſtram faciem; ſicut & plurimùm, ut hoc conſequerer, expetebam. Vinctus enim in Chriſto Jeſu, ſpero me (h) ſalutaturum vos, ſi voluntas Dei ſit, ut dignus judicer at finem perduci. Nam exordium conſtitutum eſt bene, ſi modò gratiam conſequar, ut ſortem

(g) Deo dignos vultus veſtros cernerem, & plus, quàm petebam, acciperem. *Idem.*

(h) amplexaturum. *Idem.*

mis, ut locum hunc immutatum irent. Et certè quis eſt, qui ex his verbis non colligat, Ignatium Romæ fuiſſe, cùm iſta ſcriberet? Atqui Smyrnæ hæc ſunt exarata, ut ex tota Epiſtola conſtat; non tantùm ex fine. Quod eò magis dico, ne quis putet, epilogum eſſe ſpurium. Ait autem Ignatius, ſeſe precibus ſuis à Deo impetrâſſe, ut Chriſtianos illos, qui Romæ erant, aliquando videat. Ἰδεῖν enim non hìc eſt ἀόρ. β ſed μέλλ. β. quod non attenderunt tam veteres, quàm recentes Interpretes. Ἐπέτυχον autem vertit vetus tralator, *attigi:* nimirum, quòd *ſcopum attingere* propriè hoc vocabulum ſignificet. Sed quis ſic loquentem hìc intelligat? Rectiùs alter eo recentior interpres, & ipſe tamen vetus, reddidit, *merui*; & ita ubique. Non defuere tamen viri docti, qui hanc verbi ejus interpretationem, tanquam ineptam, exploſerint. Quod forſan illis non excidiſſet, ſi ſciviſſent, *mereri* non tantùm ſignificare ἀξιοῦσθαι, ſed & τυγχάνειν. Plinius junior: *Sequi enim gloria, non appeti, debet: nec ſi caſu aliquo non ſequatur, idcirco quòd gloriam non meruit, minùs pulchrum eſt.* Paſſim hoc verbi ita ſumitur. VOSS.

Τὰ ἀξιόθεα πρόσωπα.] Malè reddidit Interpres *dignas viſione facies.* Neque enim Græcum eſt, ἀξιόθεος, pro ἀξιοθέατος. Et alibi apud Ignatium occurrit ἀξιόθεος, pro eo, qui dignus eſt, ut Deo fruatur. *Idem.*——Symeon, ad tollendam omnem ambiguitatem, habet τὰ ἀξιοθέατα, non ἀξιόθεα τά, repetito articulo, ut D. Uſſerius putavit. SMITH.

Ὡς.] In vulgatis codicibus οὗς. Malè prorſus. *Idem.*

nas visione facies; ut & ampliùs petebam acci- VET. INT.
pere. Ligatus enim in Christo Jesu, spero vos salutare, siquidem voluntas sit, ut dignificer in finem esse. Principium quidem enim bene dispensatum est: siquidem gratiâ meâ potiar, ad hæreditatem meam sine impedimento lucrari. Timeo enim charitatem vestram, ne ipsa me lædat. Vobis enim facile est, quod vultis facere: mihi autem difficile est Deo potiri; siquidem vos non parcitis mihi.

meam sine impedimento percipiam. Metuo enim cari- VERS. CLER.
tatem vestram, ne ipsa me lædat. Vobis quippe facile est, quod vultis facere: mihi verò difficile est Deum assequi, si vos mihi peperceritis.

'Ἀσπάσασθαι.] D. Pearsonus in ora codicis sui emendavit, ἀσπάζεσθαι. Certissimum autem est, illud legisse utrumque Interpretem. *Idem.*

Θέλημα.] *Voluntas*, ut alibi; i e. *voluntas Dei*: quo modo exponunt Antiqui in 1 Corinth. xvi. 12. COT —— Τὸ τοῦ Θεοῦ, quod etiam habet Metaphrastes, perperam additur. Non agnoscit Vet. Int. cum quo consentiunt editi codices. Solet S. Ignatius apponere τὸ θέλημα absolutè absque aliquo additamento, quo neutiquam opus erat. SMITH.

Εἶναι.] Patricius Junius, V. Cl. vult legendum ἰέναι, absque aliqua necessitate. '*Ut* '*dignus habear*, jamjam ap- ' propinquante *fine* vitæ, mar- ' tyrium hoc desideratissimum ' consequi.' *Idem.*

'Υμῖν γὰρ εὐχερές ἐστιν κ. τ. λ.] Martyrii desiderio flagrans B. Ignatius verebatur, ne Romani, vel precibus ad Deum & homines, vel pecuniâ, aut per vim eum à supplicio eximerent. Mos quippe erat Christianorum, tantùm quantùm poterant niti, ut fratres propter fidem captos & damnatos liberarent: quod discimus ex Constit. Apostol. iv. 9. v. 1. 2. ex Luciani Peregrino, ac ex Eusebio Hist. Eccles. vi. 40. Quamvis autem id à Romanis effici nequiverit, amoris est nihilo minùs omnia tuta timere. COT.

'Υμεῖς φείσησθε.] Sensus fluit integer: '*si vos* impedi- ' mento sitis *prætextu* benevo- ' lentiæ, quæ planè *carnem* sa- ' pit, erga me, quò minùs ' martyrium, ad quod damna- ' tus sum, Romæ subeam:' προφάσει φιλίας σαρκίνης, ut explicationis caussâ addit Interpolator. Eandem cautionem mox repetit S. Ignatius, ἐάν περ ὑμεῖς μὴ κωλύσητε. Hinc

B′. Οὐ γὰρ θέλω ὑμᾶς ἀνθρωπαρεσκῆσαι, ἀλλὰ Θεῷ ἀρέσαι, ὥσπερ καὶ ἀρέσκετε. Οὐ γὰρ ἐγώ ποτε ἕξω καιρὸν τοιοῦτον, Θεοῦ ἐπιτυχεῖν· οὔτε ὑμεῖς, ἐὰν σιωπήσητε, κρείττονι ἔργῳ ἔχετε ἐπιγραφῆναι. Ἐὰν γὰρ σιωπήσητε ἀπ᾽ ἐμοῦ, ἐγὼ γενήσομαι Θεοῦ· ἐὰν δὲ ἐρασθῆτε τῆς σαρκός μου, πάλιν ἔσομαι τρέχων. Πλέον μοι μὴ παράσχησθε τοῦ σπονδιασθῆναι Θεῷ, ὡς ἔτι θυσιαστήριον ἕτοιμόν ἐστιν· ἵνα, ἐν ἀγάπῃ χορὸς γενόμενοι, ᾄσητε τῷ Πατρὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὅτι τὸν ἐπίσκοπον Συρίας

VERS. CLER. (i) Nam ego nunquam tale tempus attingam. *Idem.*

II. Nolo autem vos hominibus, ſed Deo placere, ſicut & placetis. (i) Nec enim ego unquam habiturus ſum ejuſmodi occaſionem Deum aſſequendi: nec vos, ſi taceatis, præſtantiori operi inſcribi poteritis. Si enim de

ergo emendanda eſt vetus verſio, delendo particulam negativam, quæ abeſt quoque apud Metaphraſtam, & in codice, quo uſus eſt alter Interpres etiam vetus, *tamen potero, ſi vos peperceritis mihi.* D. Pearſonus illam non malè retineri poſſe cenſet, ſi debito ſuo loco in contextu Græco reſtituatur. Illum vide fusè differentem de hac periocha *Vindicat. Ignat.* Part. ii. p. 135. SMITH.

Οὐ γὰρ θέλω ὑμᾶς.] Lectio [MS. Colbert n. ὑμῖν eſt] ſanè πονηροῦ κόμματος, & omnino rejicienda, utpote contra fidem omnium codicum Græcè editorum, exemplaris Metaphraſtæ, & utriuſque Interpretis, qui legunt ὑμᾶς. Neque Grammaticæ ratio, aut iſtius vocis compoſitæ conſtructio, aut ſancti Auctoris mens ejuſmodi interpretationem ferre poteſt: *nolo enim vobis tanquam hominibus placere.* S. enim Ignatius Romanos monet & hortatur, ut id faciant, quod, quaſi ſeipſum corrigens, eodem quaſi ſpiritu laudando dicit, illos jam facere. *Idem.*

Οὐ γὰρ ἐγώ κ. τ. λ.] '*Non enim talem unquam* aut tam 'commodam *Deo potiundi occaſionem*, quàm glorioſâ hac 'morte, quam ambio, nanciſ'car: *neque vos* ipſi quicquam 'excellentius, ob quod celebrabimini, aut nomina veſtra in monumentis duraturis 'inſerentur, præſtare poteritis, 'ſi velitis acquieſcere, omni 'pro me interceſſione poſthabitâ.' *Idem.*

Ἀπ᾽ ἐμοῦ.] h.e. περὶ ἐμοῦ Sed altera lectio, vetuſta quidem, ut ex noſtro Interprete liquet, tolerari poteſt. Neque enim S. Ignatius elegantias phraſium captare exiſtimandus eſt. *Idem.*

Τρέχων.] Vet. Int. *vox.* Fortè, ut in margine annotavit D. Uſſerius, *velox.* 'Si in-

II. Non enim volo vos hominibus placere, ſed Deo placere: quemadmodum & placetis. Neque enim ego * habeo aliquando tempus tale Deo potiendi: neque vos, ſi taceatis, meliori operi habetis inſcribi. Si enim taceatis à me, ego ero Dei: ſi autem deſideretis carnem meam, rursus factus ſum * vox. Plus autem mihi non tribuetis, quàm ſacrificari Deo, dum adhuc ſacrificatorium paratum eſt: ut, in charitate chorus effecti, cantetis Patri in Jeſu Chriſto (quoniam Epiſcopum Syriæ

VET. INT.

* ſ. habebo.

* ſ. velox.

me tacueritis, ego Dei fiam: ſin autem carnem meam dilexeritis, denuò currendum eſt mihi. Plus (k) autem mihi tribuere non poteſtis, quàm ut immoler Deo, dum adhuc altare paratum eſt: ut in caritate chorum conſtituentes, canatis Patri in Chriſto Jeſu, quòd Epiſcopum

VERS. CLER.

(k) mihi non præbueritis. *Id.*

'debitâ miſericordiâ erga hanc 'meam *carnalem* vitam, quam 'lubentiſſimo animo depoſiturus ſum, tacti fueritis; iterum 'in hoc ſtadio, cujus metam 'prope attingo, *mihi erit decurrendum*: vel potiùs, in hoc 'curſu & itinere adhuc detinebor, nec Romam adibo.' *Idem.*

Πλέον μοι μὴ παράσχησθε] Locus recte conſtitutus ex MS. quem in vulgatis codicibus corruptum, πλεῖον δέ με παρέχεσθε, D. Uſſerius & D. Pearſonus ex veteri verſione hoc modo reſtituerunt: πλέον δέ μοι μὴ παρέχεσθε vel παρέξεσθε. *Plus autem mihi non tribuetis*: h e. non de me meliùs mereri, mihive majus beneficium conferre poteſtis. *Idem.*

Σπονδισθῆναι Θεῷ.] Imitatur S. Paulum, qui cùm Romæ morti proximus eſſet, ἤδε σπένδομαι dixit: A σπένδω σπονδή. Idem igitur eſt σπένδεσθαι & σπονδίζεσθαι, quamvis vox minùs uſitata. PEARS.

Ἵνα ἐν ἀγάπῃ χορὸς γενόμενοι, ᾄσητε.] Veteres Chriſtiani carmen canebant in laudem martyrum, qui feliciter certamen ſuum conſummâſſent. Sed non id voluit hìc Ignatius. Quamvis enim martyrum memoriæ ingenti laudum commemoratione etiam in primitiva Eccleſia celebrarentur: non tamen ſanctitas Ignatii patiebatur, ut tale quid à Romanis poſtularet. Quàm ab omni laude, & præconio ſui, alienus fuerit, pluribus in locis ſatis oſtendit. Illud verò rogat, ut concorditer canant Deo, gratiaſque illi agant, quòd dignus habitus ſit, qui martyrii beneficio adficeretur. VOSS.

Τὸν ἐπίσκοπον Συρίας.] Quum Antiochia eſſet caput &

ὁ Θεὸς κατηξίωσεν εὑρεθῆναι, εἰς δύσιν ἀπὸ ἀνατολῆς μεταπεμψάμενος. Καλὸν τὸ δῦναι ἀπὸ κόσμου πρὸς Θεὸν, ἵνα εἰς αὐτὸν ἀνατείλω.

Γ΄. Οὐδέποτε ἐβασκάνατε οὐδένα· ἄλλους ἐδιδάξατε. Ἐγὼ δὲ θέλω, ἵνα κἀκεῖνα βέβαια ᾖ, ἃ μαθητεύοντες ἐντέλλεσθε. Μόνον δύναμιν αἰτεῖσθέ μοι ἔσωθέν τε καὶ ἔξωθεν, ἵνα μὴ μόνον λέγω, ἀλλὰ καὶ θέλω· ὅπως μὴ μόνον λέγωμαι Χριστιανὸς, ἀλλὰ καὶ εὑρεθῶ. Ἐὰν γὰρ καὶ εὑρεθῶ, καὶ λέγεσθαι δύναμαι, καὶ τότε πιστὸς εἶναι, ὅταν κόσμῳ μὴ φαίνωμαι. Οὐδὲν φαινόμενον, αἰώνιον. Τὰ γὰρ βλεπόμενα, πρόσκαιρα· τὰ δὲ μὴ βλεπόμενα,

Syriæ (l) dignatus fuerit Deus in Occidente inveniri, ab Oriente accerſitum. Bonum eſt à mundo occidere (m) in Deum, ut in ipſo exoriar.

III. (n) Numquam invidiſtis in aliquo: alios docuiſtis. Ego autem volo, ut & illa rata ſint, quæ docentes præcipitis. Solùm petite mihi (o) vires & intus & foris, ut

VERS. CLER.
(l) dignum Deus judicaverit, qui in Occidentem ab Oriente accerſitus inveniretur. *Idem.*
(m) ad. *Idem.*
(n) Nulli unquam. *Idem.*
(o) vim internam & externam. *Idem.*

metropolis Syriæ, ipſe autem eſſet Epiſcopus Antiochiæ conſtitutus, non immeritò ſe *Epiſcopum Syriæ* appellat. Nam licèt *Metropolitæ* nomen eâ tempeſtate non inveniatur, ille tamen Epiſcopus, qui in metropoli conſiſtebat, aliquod jus habuit in eccleſias in aliis urbibus metropoli ſubjectis ſecundùm leges Romanas. Unde poſtea talis Epiſcopus Μητροπολίτης, à Latinis *Metropolitanus* dicebatur. PEARS.——Vide Annales Eutychii Patriarchæ Alexandrini, p. 336. S. Martyr juſtam ſibi occaſionem enatam, abſque tamen minima oſtentatione, penè coactus hoc in loco ſumit, dignitatem ſuam, & juriſdictionem, quam in Eccleſiis Syriæ habuit, memorandi: uti poſtea ſe *Eccleſiæ, quæ eſt in Syria,* ποιμένα vocat. SMITH.

Εἰς δύσιν ἀπὸ ἀνατολῆς.] Δύσις & ἀνατολὴ, reſpectu Antiochiæ unde devenerat, & Romæ quò properabat, ob diverſam climatum poſitionem hìc opponuntur. *Idem.*——De Chriſto Auctor Operis imperfecti, Hom. xxxii. 650. D. *Galilæam patriam ſuam, de qua natus fuerat, quaſi ſol altiùs aſcendens, reliquit Orientem, & venit in Judæam, quaſi ad Occaſum, ubi fuerat oriturus.* PEARS.

Καλὸν τὸ δῦναι κ. τ. λ.] Alluſio fit ad mortem & reſurrectionem. De occaſu ſuo in hoc mundo ſibi gratulatur S. Ignatius, utpote in altero apud

dignificavit Deus inveniri, in Occidentem ab Oriente transmittens bonum: occidere à mundo in Deum) ut in ipso oriar. VET. INT.

III. Nunquam invidistis in aliquo: alios edocuistis. Ego autem volo, ut & illa firma sint, quæ docentes præcepistis. Solùm mihi potentiam petatis ab intra & ab extra, ut non solùm dicam, sed & velim; non ut solùm dicar Christianus, sed & inveniar. Si enim inveniar, & dici possum; & tunc fidelis esse, quando utique mundo non appareo. Nihil * apparentia bonum est. Deus enim

* vel apparentiæ.

non modò dicam, sed & velim; ut non tantùm dicar Christianus, sed & inveniar. Si enim inventus fuero, etiam dici potero; & tunc fidelis esse, cùm mundo non apparebo. Nihil (P) æternum quod videtur. *Quæ enim cernuntur sunt brevis ævi; inconspicua verò æterna.* Deus VERS. CLER.

(P) quod apparet æternum est. *Id.*

Deum, instar solis aut stellæ, exoriturus. Vide D. Pearsoni *Vindic. Ignat.* Part. i. p. 131. SMITH. —— Epiphan. 278. Καὶ πάλιν εἰσὶν ἕτεροι κόσμοι τινὲς τῶν φωστήρων, δυνάστων ἐκ τούτου τοῦ κόσμου, ἐξ ὧν ἀνατέλλουσιν. PEARS.

Ἐβασκάνατε οὐδένα.] Laudat Romanæ Ecclesiæ charitatem erga reliquas Ecclesias, ac præcipuè in Syria; ubi semper erant legiones Romanæ, in quibus eo tempore non pauci erant Christiani. *Idem.* —— Codices vulgati & Symeon, οὐδενί· quod planè idem est: utrumque enim casum regit verbum. 'Hanc 'gloriam moriendi pro Christo *nemini* adhuc *invidistis*: 'vos, inquam, qui *alios* exemplo & hortatibus, ad martyrium subeundum, animare 'soliti fuistis.' SMITH. —— Vet. Int. *in aliquo:* unde conjicio, ipsum legisse, ἐν οὐδενί· & id puto verum esse. VOSS. —— Verbum βασκαίνειν cum casu accus. est *calumniari, odiosè insectari.* CLER.

Μόνον δύναμιν κ. τ. λ.] 'Hoc '*solum* agite, ut vires tum animi, tum corporis, à Deo nimirum, in me infundi petatis, *ut non solùm* professione, 'sed voluntate & sincero cordis affectu, & denique moriendo, revera *Christianus inveniar: tum* enim & *fidelis* 'habebor & ero, omnium judicio, quum ex hac vita excessero.' SMITH.

Αἰώνιον.] Legebat Vet. Int. ἀγαθόν. *Idem.* —— Ita sic etiam Vossius & Pearsonus.

Τὰ γὰρ βλεπόμενα κ. τ. λ.] Hic exciderant novem verba quæ sequuntur vocem αἰώνιον,

αἰώνια. Ὁ γὰρ Θεὸς ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ἐν Πατρὶ ὢν, μᾶλλον φαίνεται. Οὐ σιωπῆς μόνον τὸ ἔργον, ἀλλὰ μεγέθους ἐστὶν ὁ Χριστιανισμός.

Δ'. Ἐγὼ γράφω πάσαις ταῖς ἐκκλησίαις, καὶ ἐντέλλομαι πᾶσιν, ὅτι ἐγὼ ἑκὼν ὑπὲρ Θεοῦ ἀποθνήσκω, ἐάν περ ὑμεῖς μὴ κωλύσητε. Παρακαλῶ ὑμᾶς, μὴ εὔνοια ἄκαιρος γένησθέ μοι. Ἄφετέ με θηρίων

VERS. CLER. quippe noster Jesus Christus in Patre existens magis apparet. Non silentii (q) opus, sed magnitudinis est Christianismus; quando utique odio habetur à mundo.

(q) tantùm. *Id.*

propter similitudinem τοῦ αἰώνιον & τοῦ αἰώνια, quæ librarius festinante oculo prætervolârat. CLER ——Ob hanc causam omissa videntur ab Interprete vetere.

Ὁ γὰρ Θεὸς κ τ λ.] 'Passionibus Christianorum, qui 'pro ipsius nomine mortem, 'tanta cum animi lubentia & 'constantia, oppetunt, *Christus* '*Deus noster*, licèt jam in cœ'lo apud Deum humanâ na'turâ existens hominibus *ma*'*nifestior fit*:' vel si malis, 'qui *in Patre est*, per ineffabi'lem divinæ essentiæ commu'nicationem, *magis* hoc modo '*manifestatur*; seque incredu'lo mundo, invictâ martyrum 'fortitudine, tanquam novis 'clarioribusque indiciis, ex quo 'terras reliquerit, dignoscen'dum præbet.' SMITH.

Οὐ σιωπῆς μόνον κ. τ. λ.] Locus sanè intricatus, quem cum D. Vossio, ex fidelissimo hoc nostro Interprete, ita refingendum puto: οὐ πεισμονῆς τὸ ἔργον. ἀλλὰ μεγέθους ἐστὶν ὁ Χριστιανὸς, μάλιστα ὅταν μισῆται ὑπὸ κόσμου. 'Verè *Chri*'*stianum* esse, sive mori pro 'Christo, *non* à qualicunque '*persuasione* humana, utut for'ti & importunâ, sed & à men'tis *magnitudine*, ab ipso Deo 'inspiratâ, oritur. Tempore 'præsertim persecutionis, verè '*Christianus*, non πειθοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις (ut 'verbis S. Pauli utar) anima'tus, sed potenti Spiritûs San'cti gratiâ adjutus, se adeò 'fortem & magnanimum osten'dit præstatque, ut mortem 'cum gaudio & triumpho op'petere non solùm velit, sed 'audeat.' *Idem.*——— Sic habet Exemplar Græcum [non πεισμονῆς & Χριστιανὸς, ut in Versione Usseriana] cujus sententia est, '*Christianam Religio*'*nem* eam *non* esse, quæ timido '*silentio* premi debeat, sed quam 'μεγαληγορία (quod vult Ig'natius voce μεγέθους) comite'tur necesse est; qualem in 'antecedentibus & sequentibus 'verbis animadvertere est.' Sic & Hermogenes in Arte Rhetorica Lib. i. Cap. 5. agit περὶ τοῦ μεγέθους λόγου, *de magnitudine orationis*; quam & sim-

noster Jesus Christus in Patre existens magis apparet. Non suasionis opus sed magnitudinis est Christianus; quando utique oditur à mundo. Vet. Int.

IV. Scribo Ecclesiis, & præcipio omnibus, quoniam volens pro Deo morior; siquidem vos non prohibeatis. Deprecor vos, non concordia intempestiva fiatis mihi. Dimittite me bestiarum esse

IV. Ecclesiis scribo, & mando omnibus, quòd voluntarius pro Deo morior; si modò vos non prohibueritis. Obsecro vos, ne intempestivâ benevolentiâ erga me sitis. Sinite me ferarum escam fieri, per quas licet Deum adi- Vers. Cler.

pliciter μέγεθος aliquoties vocat. Xenophon in Apolog. Socratis μεγαληγορίαν elegantiùs dicit. Cler.

Εὔνοια.] Interpres in suo codice videtur reperisse ὁμόνοια Magis tamen probo hanc lectionem, quam & Logothetes confirmat. Voss ——— Vide suprà [§. 1.] Φοβοῦμαι γὰρ τὴν ὑμῶν ἀγάπην. Smith.

Γένησθε.] Vide annon S. Ignatius scripserit γένηται, quod suspicor. *Idem*.

Ἄφετέ με κ. τ. λ.] Adeone hospites fuisse in Ecclesiastica Antiquitate viros, qui in litteris consenuerant, ut Ignatio studium effundendi pro Christo sanguinis sui, tamquam rem miram exprobrarent? Eja, vos appello quotquot vel à limine salutâstis sacram disciplinam; quid aliud personant Theologicæ Vetustatis monumenta, Acta & Vitæ Martyrum & Sanctorum, Historiæ Ecclesiasticæ, Cyprianicæ Epistolæ, Opera Patrum, quàm votum flagitationemque Martyrii, ardorem atque impatientiam moriendi patiendique ad veræ Religionis testimonium? Hinc Martyrum, Confessorum, Sanctorum, alii alia fecisse memorantur: precibus suis cæterorumque Christianorum à Deo sibi suisque postulâsse Martyrii donum; sese Magistratibus jussu Dei obtulisse, mortem ab iis gratiæ loco petiisse, ad fugam non potuisse adigi; è carcere, in quem conclusi fuerant, noluisse exire, cùm liceret, cúmque rogarentur; judicibus & carnificibus, quòd per illos vitâ excederent, gratias egisse; doluisse cùm liberati essent, aut dilati; multaque id genus designâsse, quæ infinitum sit sermone prosequi. Duo ad exemplum erunt fortia facta Cypriani & Basilii, quantæ pietatis, quantæ doctrinæ Episcoporum? Ille jussit spiculatori aureos dari viginti aut viginti quinque. Hic, testibus Socrate ac Theodorito, dixit Modesto Præfecto qui mortem minabatur, *Utinam te non muta-*

εἶναι βορὰν, δι' ὧν ἔνεστιν Θεοῦ ἐπιτυχεῖν. Σῖτός εἰμι Θεοῦ· καὶ δι' ὀδόντων θηρίων ἀλέθομαι, ἵνα καθαρὸς ἄρτος εὑρεθῶ τοῦ Χριστοῦ. Μᾶλλον κολακεύσατε τὰ θηρία, ἵνα μοι τάφος γένωνται, καὶ μηδὲν καταλίπωσι τοῦ σώματός μου, ἵνα μὴ κοιμηθεὶς βαρύς τινι γένωμαι. Τότε ἔσομαι μαθητὴς ἀληθῶς τοῦ Χριστοῦ, ὅτε οὐδὲ τὸ σῶμά μου ὁ κόσμος ὄψεται. Λιτα-

Vers. Cler. pisci. Frumentum sum Dei; & dentibus ferarum (r) molar, ut (s) mundus panis Christi inveniar. Blanditiis demulcete potiùs feras, ut mihi sepulcrum fiant, & nihil

(r) molor. *Idem.*
(s) purus. *Idem.*

res, minasque exsequereris. Ex innumeris verò Ecclesiæ Magistrorum locis pauca producam. *Voti tunc*, ait Hieronymus in Vita Pauli Eremitæ, *Christianis erat, pro Christi nomine gladio percuti. Verùm hostis callidus, tarda ad mortem supplicia conquirens, animas cupiebat jugulare, non corpora: & ut ipse, qui ab eo passus est, Cyprianus ait* [Epist. 53.] *volentibus mori non permittebatur occidi.* In Severo Lib. ii. Sacræ Historiæ de persecutione Diocletianea sic habetur: *Quippe certatim gloriosa in certamina ruebatur, multoque avidiùs tum martyria gloriosis mortibus quærebantur, quàm nunc Episcopatus pravis ambitionibus appetuntur.* Quæ gravis adversùs multorum mores querela non latebat doctos Hierarchiæ Ecclesiasticæ inimicos. De Petro & Paulo quæ objiciuntur loca Act. xii. 5. & xxi. 13. ad rem nullatenus faciunt, nec adversariorum caussam sublevant. Magis nostram adjuvat Paulus, Phil. i. 21. &c. prout à Veteribus explicatur. Quod ad S. Ignatium spectat, satis mentem illius declarat effatum, ἐγὼ τῶν θηρίων ἐκείνων ὀναίμην, apud Chrysostomum in ejus Encomio. Cot.

Ἔνεστιν.] Symeon ἔνεστι, qui in hac & sequenti sententia cum Codice Colbertino concordat. Smith.

Σῖτός εἰμι κ. τ. λ] Præclaræ sententiæ ab Ignatio scriptæ nunc, & in agone postea ore editæ, varias lectiones, absque sensûs diversitate, colliges ex Interpolatore, Interpretibus, Actis Ignatii, ac Menæo Græcorum, necnon ex Irenæo Lib. V. Cap. 28. Eusebio Hist. iii. 36. Rufino ibidem, Hieronymo in Catalogo, ibique Sophronio, Adone Lib. de festivitatibus, Freculfo, & Chronologiâ Monachi Altissiodorensis. Hieronymus; *Cumque jam damnatus esset ad bestias, & ardore patiendi rugientes audiret leones, ait; Frumentum Christi sum, dentibus bestiarum molar, ut panis mundus inveniar.* Cot.

Ἀλέθομαι.] Ἀλήθωμαι. Pears. Cot.

cibum, per quas eſt Deo potiri. Frumentum ſum Dei: & per dentes beſtiarum molar, ut mundus panis inveniar Chriſti. Magis blandite beſtiis, ut mihi ſepulchrum fiant, & nihil derelinquant eorum quæ corporis mei; ut non dormiens gravis alicui inveniar. Tunc ero diſcipulus verus Jeſu Chriſti, quando neque corpus meum mundus vi- VET. INT.

de corpore meo relinquant; ne cùm obdormiero moleſtus cuiquam ſim. Tunc ero verè Jeſu Chriſti diſcipulus, quando mundus nec corpus meum videbit. (t) Deprece- VERS. CLER.

(t) Chriſto ſupplicate. *Idem.*

Μᾶλλον κολακεύσατε κ. τ. λ.] *Id pæne tantumdem eſt, ac ſi eos roget, ut ſui ſint carnifices:* exclamat Dallæus. Quantos igitur excitâſſet tumultus, ſi ab Ignatio ſimile quid factum dictumve fuiſſet, Dionyſii Alexandrini facto, & dicto magni Baſilii, quæ narrantur ab Euſebio ac Rufino? Scilicet, Dionyſius cùm è manibus abducentium eriperetur per Chriſtianos, vociferatus rogavit obteſtatuſque eſt hos, cœpto deſiſterent; aut, ſi quid præclari efficere vellent, ſatellites prævenirent, eique caput abſcinderent. Baſilii verò vox fuit; *Utinam aliquid mihi eſſet digni muneris, quod offerrem huic, qui maturiùs Baſilium de nodo fellis hujus abſolveret.* COT.

Μηδὲν καταλίπωσι τοῦ σώματός μου.] Proculdubio excidebat τὸ τῶν ante τοῦ, uti legebat Vet. Int. & habent vulgati codices, quod elegantius videtur: Symeon verò omiſit. Ex ratione addita ſatis liquet, S. Ignatium, quantum in ipſo erat, nimiam ſuperſtitum in colligendis martyrum reliquiis diligentiam amoliri ſategiſſe. SMITH.——In Confeſſione S. Patricii, paullo ante finem; *Et ſi aliquid boni umquam imitatus ſum; propter Deum meum quem diligo, peto illum, det mihi, ut cum illis proſelytis & captivis, pro nomine ſuo effundam ſanguinem meum, etſi ipſe etiam caream ſepulturâ, aut miſerrimè cadaver per ſingula membra dividatur canibus, aut beſtiis aſperis, aut volucres cæli comederint illud.* COT.

Ἵνα μὴ κοιμηθεὶς κ. τ. λ.] Petit ſanctiſſimus Martyr, ut totus à feris devoretur, & nihil quicquam membrorum ejus relinquatur; ne aliis Chriſtianis oneri eſſent & ſumtui ejus reliquiæ, ſive illas ſepelire, ſive aliò vellent tranſportare. VOSS.

Γένωμαι.] Vet. Int. *inveniar.* Interpol. εὑρεθήσομαι, pro quo Pearſonus εὑρεθήσωμαι.

Μαθητὴς] Lactantius de mort. Perſec. §. 16. *Hoc eſt eſſe diſcipulum Dei, hoc eſt militem Chriſti.* PEARS.

Ἀληθῶς.] Lege ἀληθὴς, ut habent Vet. Int. vulgati codices, & Symeon. SMITH.

νεύσατε τὸν Χριστὸν ὑπὲρ ἐμοῦ, ἵνα διὰ τῶν ὀργάνων τούτων θυσία εὑρεθῶ. Οὐχ ὡς Πέτρος καὶ Παῦλος διατάσσομαι ὑμῖν· ἐκεῖνοι ἀπόστολοι, ἐγὼ κατάκριτος· ἐκεῖνοι ἐλεύθεροι, ἐγὼ δὲ μέχρι νῦν δοῦλος. Ἀλλ' ἐὰν πάθω, ἀπελεύθερος Ἰησοῦ, καὶ ἀναστήσομαι ἐν αὐτῷ ἐλεύθερος. Νῦν μανθάνω δεδεμένος μηδὲν ἐπιθυμεῖν κοσμικὸν ἢ μάταιον.

Eufeb. Hift. Eccl. xii. 36.

Ε'. Ἀπὸ Συρίας μέχρι Ῥώμης θηριομαχῶ, διὰ γῆς καὶ θαλάσσης, νυκτὸς καὶ ἡμέρας, δεδεμένος δέκα λεοπάρδοις, ὅ ἐστι στρατιωτῶν τάγμα· οἳ καὶ εὐεργετούμενοι χείρους γίνονται. Ἐν δὲ τοῖς ἀδική-

VERS. CLER. (u) inftrumenta. *Idem.* (x) ero. *Idem.*

mini Chriftum pro me; ut per hæc (u) organa, Dei efficiar hoftia. Non ut Petrus & Paulus præcipio vobis. Illi Apoftoli; ego verò condemnatus: illi liberi; ego etiamnum fervus: at fi paffus fuero, libertus Jefu Chrifti (x), & refurgam in eo liber. Et nunc vinctus, difco nihil concupifcere mundanum, vel vanum.

Τούτων θυσία.] Interferi debet τὸ Θεοῦ ex fide Vet. Int. vulgati codices habent Θεῷ. Idem.

Ἐκεῖνοι ἀπόστολοι, ἐγὼ κατάκριτος.] Ignominiæ nomen eft κατάκριτος, gloriæ autem ἀπόστολοι. Cur itaque hæc inepta videantur. COT.

Ἀπελεύθερος Ἰησοῦ.] Vulgati codices hìc optimè confentiunt cum Vet. Int ἀπελεύθερος γενήσομαι Ἰησοῦ Χριστοῦ. SMITH.

Διὰ γῆς καὶ θαλάσσης.] Malè hæc fuggillant quidam, quæ rectè explicari poffunt, præfertim ex Philone p. 1028. B. C. *terrâ marique: terrâ* fc. ab Antiochia ad Seleuciam, & jam nunc Smyrnæ; *mari*, à Seleucia ad Smyrnam. Vide Baronium A. 109. §. 7. PEARS.

Δεδεμένος δέκα λεοπάρδοις κ. τ. λ.] Rectè admodum obfervatum eft Lucæ Holftenio V. C. ad paffionem SS. Perpetuæ & Felicitatis, præ oculis Ignatii fuiffe morem beftiarios alligandi ad feras. Minùs bene qui, allufionem non videntes, accipiunt *leopardos* pro certo quodam militum ordine. In Actis certè à doctiffimo Ufferio laudatis locum leopardorum iftorum obtinent προτίκτορες, δέκα τὸν ἀριθμὸν, ἀνήμεροί τινες καὶ θηρίων τρόπους ἔχοντες. Lat. *exfecutores* (apud Bollandum *perfecutores*, fortè pro *protectores*) *numero decem; immanfueti quidam & beftiarum mores habentes.* Græcorum Menæum; ὡς Παῦλος δεδεμένος θηρίοις λογικοῖς ἐπὶ Ῥώμην ἔτρεχες Ἰγνάτιε. Cuftodia & mi-

debit. Orate Christum pro me, ut per organa ista Dei sacrificium inveniar. Non ut Petrus & Paulus præcipio vobis. Illi Apostoli, ego condemnatus; illi liberi, ego usque nunc servus. Sed si patiar, manumissus fiam Jesu Christi; * ut resurgam liber. Et nunc disco, vinctus, nihil concupiscere. VET. INT. * *f.* et.

V. Syria usque Romam cum bestiis pugno, per terram & per mare, nocte & die; vinctus decem leopardis, quod est militaris ordo: qui & beneficiati deteriores fiunt. In injustificationibus autem Hieron. in Catalogo. Gildas in Eccles. Ord.

V. A Syria Romam usque cum bestiis depugno, terrâ marique, noctu ac interdiu, alligatus decem leopardis, qui est militaris manipulus: qui & beneficio affecti pejores fiunt. At ego eorum injuriis magis erudior. *Sed non* VERS. CLER.

les unâ catenâ ligabantur.—— Sed adversùs Epistolam nostram insurgit infinitæ vir lectionis Samuel Bochartus, in Hierozoico: ubi colligit, eam sæculo Constantini fuisse scriptam, ex eo quòd vox *leopardi* (inquit) usurpari tunc cœperit; nec reperiatur in Romanis Scriptoribus ante Spartianum, Lampridium, Capitolinum, Vopiscum, Symmachum, &c. Quis verò docuit Bochartum, omnia vocabula eo demum ævo nata esse, quo in libris posita cernuntur? Bene tamen habet, quòd, multò ante Constantinum sub Severo, Scriptor Passionis SS. Perpetuæ & Felicitatis non uno in loco *leopardorum* meminerit. Imò & adhuc antiquius esse id appellationis indicatur per hæc verba Capitolini de Geta; *Familiare illi fuit has quæstiones Grammaticis proponere, ut dicerent singula animalia quo modo vocem emitterent: velut, agni balant, porcelli grunniunt, palumbes minurriunt, ursi sæviunt, leones rugiunt, leopardi rictant, elephanti barriunt, ranæ coaxant, equi hinniunt, asini rudunt, tauri mugiunt; easque de Veteribus approbare.* Atque etiam verisimile fit, Verrium Flaccum, sæculi Augusto Principe felicis scriptorem, *leopardos* nominâsse. Legimus enim apud Festum; *Bigenera dicuntur animalia ex diverso genere nata, ut leopardus ex leone & panthera.* COT.

Στρατιωτῶν τάγμα] Lege στρατιωτικὸν, ut vulgati codices. SMITH.——Eusebius habet σύνταγμα στρατιωτικόν. COT.

μασιν αὐτῶν μᾶλλον μαθητεύομαι· ἀλλ' οὐ παρὰ τοῦτο δεδικαίωμαι. Ὀναίμην τῶν θηρίων τῶν ἐμοὶ ἡτοιμασμένων, καὶ εὔχομαι ἕτοιμά μοι εὑρεθῆναι· ἃ καὶ κολακεύσω συντόμως με καταφαγεῖν, οὐχ ὥσπερ τινῶν δειλαινόμενα οὐχ ἥψαντο. Κἂν αὐτὰ δὲ ἄκοντα μὴ θελήσῃ, ἐγὼ προσβιάσομαι. Συγγνώμην μοι ἔχετε· τί μοι συμφέρει, ἐγὼ γινώσκω· νῦν ἄρχομαι μαθητὴς εἶναι. Μηδέν με ζηλώσῃ τῶν

VERS. CLER. *propter hoc justificatus sum.* Utinam fruar bestiis mihi paratis: quas & opto paratas mihi inveniri; quas & blanditiis demulcebo, ut citiùs me devorent; non ut quosdam

Παρὰ τοῦτο.] Idem quod διὰ τοῦτο, sive ἐν τούτῳ. Vide 1 Cor. iv. 4 SMITH.

Ὀναίμην τῶν θηρίων.] *Potiar feris*, potiùs quam his leopardis. PEARS.

Ἕτοιμα.] Apud Eusebium legitur σύντομα. Sed Vossius legit σύντονα neque aliter legisse videtur Rufinus, qui ita transtulit, *quas & ego opto acriores parari:* unde Vossii lectionem probat Valesius. *Idem.* ——— Symeon habet ἕτοιμα. SMITH.

Ἃ καὶ κολακεύσω] Blanditiæ istæ & provocatio bestiarum homines nostros mirum in modum irritârunt; immemores tot exemplorum. Pauca de multis subjiciam ex probatis Auctoribus. Germanicus ultro & alacriter in se attraxit & vi adegit bestiam. *Epist. Smyrnensium.* S. Cyprianus moram carnificis urgere tentabat. *Pontius Diaconus.* Quod convenit cum illis B. Polycarpi, κάλει θηρία· τί βραδύνεις; Trecenti viri, fide armati, se ictu rapidissimo jecerunt in ignem. *Actus Passionis S. Cypriani.* Agapius ursæ, quæ adversùs ipsum dimissa fuerat, concito cursu obviam occurrit, seque ipsum bestiæ devorandum obtulit. *Euseb. de Martyribus Palæstinæ.* Porphyrius flammam, quâ circumseptus erat, longiùs distantem, hinc & inde ore abripuit. *Ibidem.* Vincentius

se se ad munera
Gradu citato proripit;
Ipsosque, pernix gaudio,
Pœnæ ministros prævenit:
Æger morarum tædio,
Et mortis incensus siti.

Prudentius; qui & S. Agneti hæc tribuit verba:

Ibo inruentis gressibus obviam,
Nec demorabor vota calentia:
Ferrum in papillas omne recepero,
Pectusque ad imum vim gladii traham.

In Passione Tarachi, Probi & Andronici; *Sanctus autem Andronicus posuit caput suum super ursum, & instigabat eum ut irasceretur; & celeriùs redderet spiritum.* Paucisque interpositis; *Sanctus autem Tarachus*

ipsorum magis erudior: sed non propter hoc justificatus sum. Sortiar bestiis mihi esse paratis; & oro promptas mihi inveniri: quibus & blandiar citò me devorare; non quemadmodum quosdam timentes non tetigerunt. Sed &, si ipsæ volentem non velint, ego vim faciam. Veniam mihi habete: quid mihi confert, ego cognosco. Nunc incipio discipulus esse; nihil me zelare vi-

VET. INT.

veritæ non attigerunt. (y) Sed & si ipsæ volentem nolint, ego vi adigam. Ignoscite mihi: quid mihi (z) utile sit ego novi. Nunc incipio discipulus esse. Visibilium &

VERS. CLER.

(y) Si autem illæ repugnantes noluerint. *Idem.*

(z) profit. *Idem.*

trahebat manu eam ad se; ut irasceretur bestia; & celeriùs consummaretur. Nec disconvenit inter exempla Martyrum & Patrum doctrinam. Vide præsertim Hilarium in Psalm. LXV. 10. Gregor. Nazianzenum Orat. XXII. & Severum Epist. ad Aurelium. COT.

Συντόμως.] Hesychius, διὰ βραχέων. Sed alibi, Συνειλημμένα, ἅμα, ὁμοῦ, συντόμως. Optat, ut bestiæ non singulatim, sed simul communi lacerratione comminuant. PEARS.

Ἄκοντα μή.] Ita quoque Eusebius & Metaphrastes, respectu habito ad τὸ θηρίων, quod præcedit, hoc nimirum sensu: '*si verò feræ quasi in-*' *vitæ*, & à naturali rabie co-' hibitæ, *noluerint.*' Vetus verò Interpres & Interpolator ἑκόντα legebant, illud ad B. Martyrem referentes, hoc sensu: '*si verò* me hoc unicè *vo-*' *lentem*, & ardenti desiderio id' fieri cupientem, aggredi *no-*' *luerint.*' SMITH.

Νῦν ἄρχομαι κ. τ. λ.] Christianâ humilitate tunc se dicit *incipere esse discipulum*, cùm proximat Martyrio. COT.

Μηδέν με ζηλώσῃ κ. τ. λ.] Locus obscurus. Conjunxit Hieronymus cum præcedentibus: ζηλῶσαι accepit quasi esset ζηλῶν, aut ἐν τῷ ζηλῶσαι· & καὶ τῶν ἀοράτων præteriit. *Nunc incipio*, inquit, *esse discipulus, nihil de his quæ videntur desiderans, ut Jesum Christum inveniam.* Hoc est ex versione Græca quæ Sophronio tribuitur; Νῦν ἄρχομαι εἶναι μαθητὴς, οὐδὲν τούτων τῶν ὁρωμένων ἐπιθυμῶ (l. ἐπιθυμῶν). ἵνα τὸν Χριστὸν εὕρω. Per Rufinum verba, quæ hac Notâ explicare conamur, rectè separantur à superioribus: & με regitur à μηδὲν, minùs bene, ni fallor: ὁρατῶν autem & ἀοράτων strictiùs accipitur de hominibus & Dæmonibus. *Facessat invidia, vel humani affectûs, vel nequitiæ spiritalis, ut Jesum Christum merear adipisci.* Mihi in interpretatione visum est Infinitivum ζηλῶσαι locum obtinere Subjunctivi ζηλώσῃ, phrasi Græcis non insolitâ; ut μηδὲν

ὁρατῶν καὶ ἀοράτων, ἵνα Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπιτύχω. Πῦρ καὶ σταυρὸς, θηρίων τε συστάσεις, ἀνατομαὶ, διαιρέσεις, σκορπισμοὶ ὀστέων, συγκοπὴ μελῶν, ἀλησμοὶ ὅλου τοῦ σώματος, κακαὶ κολάσεις τοῦ διαβόλου ἐπ' ἐμὲ ἐρχέσθωσαν· μόνον ἵνα Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπιτύχω.

ϛ'. Οὐδέν μοι ὠφελήσει τὰ τερπνὰ τοῦ κόσμου, οὐδὲ αἱ βασιλεῖαι τοῦ αἰῶνος τούτου· μᾶλλόν μοι ἀποθανεῖν εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν, ἢ βασιλεύειν τῶν περάτων τῆς γῆς. Τί γὰρ ὠφελεῖται ἄνθρωπος, ἐὰν κερδήσῃ τὸν κόσμον ὅλον, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ

VERS. CLER. invisibilium nihil (a) expetam, ut Jesum Christum assequar. Ignis, crux, ferarum (b) concursus, lacerationes, distractiones, ossium discerptiones, membrororum concisio, totius corporis contritiones, mala Diaboli tormenta, in

(a) mihi æmuletur. *Idem.*
(b) catervæ. *Idem.*

με ζηλῶσαι & μηδὲν ἐγὼ ζηλώσω idem significent. *Idem.* ——— Legebat Vet. Int. unà cum Eusebio ζηλῶσαι, uti quoque codices vulgati habent; non malè quidem, præsertim si subaudiatur particula conjunctiva ὥστε, quæ est conjectura D. Pearsoni, hoc sensu: '*adeò* '*ut*, despectis *rebus visibilibus* '*& invisibilibus*, *ne* quicquam 'horum *æmulari* & desiderare, 'aut velim, aut possim, &c.' S. Hieronymus videtur legisse ζηλώσας, Rufinus autem ζηλώσαι modo Optativo, aut ζηλώσῃ cum codice Colbertino: ac si voluisset, '*nihil re*'*rum visibilium aut invisibili*'*um mihi invideat* aut *æmule*'*tur* gloriam pro *Christo* mo'riendi:' vel planiùs, 'nemo 'aut hominum, aut Angelo'rum, sive bonorum, sive ma'lorum, hunc *mihi* honorem '*invideat.*' Qui sensus hìc optimè quadrare videtur, & maximè eligendus est SMITH.

Πῦρ καὶ σταυρὸς κ. τ. λ.] Exprimit tormenta Christianis adhiberi solita, & ad quodcunque eorum se paratum esse ostendit. De Diocletiano Lactantius, *Sedebat ipse, atque innocentes igne terrebat. Omnis sexûs & ætatis homines ad exustionem rapti.* PEARS.

Ἀνατομαὶ, διαιρέσεις.] Dele hæc, quæ ab Interpolatore adjecta sunt. VOSS. ——— Habentur apud Symeonem, quæ in suo codice non legebat Vet. Int. neque Eusebius. Omittuntur quoque ab Hieronymo & Rufino; & planè superflua videntur. SMITH.

Σκορπισμοὶ ὀστέων.] *Dissipationes.* Ps. xxi. 15. Διεσκορπίσθη πάντα τὰ ὀστᾶ μου· quod interpretatur Origenes per διασκεδασθῆναι. Lucianus 150. 1. τὰ μὲν ξύλα πάντα χαμαὶ

ſibilium & inviſibilium, ut Jeſu Chriſto fruar. Ignis & crux, beſtiarumque congregationes, diſperſiones oſſium, conciſio membrorum, molitiones totius corporis, malæ punitiones Diaboli in me veniant; ſolùm ut Jeſu Chriſto fruar. VET. INT.

VI. Nihil mihi proderunt termini mundi, neque regna ſeculi hujus. Bonum mihi mori propter Jeſum Chriſtum, quàm regnare ſuper termi-

me veniant; tantummodo ut Jeſum Chriſtum (c) nanciſcar. VERS. CLER.

VI. Nil me juvabunt (d) deliciæ mundi, nec regna hujus ſæculi. (e) Majus eſt mihi emori in Jeſum Chriſtum, quàm imperare finibus terræ. *Quid enim juvabi-*

(c) conſequar. *Idem.*
(d) voluptates. *Idem.*
(e) Præſtat. *Idem.*

ἐσκόρπισεν ἀπεσεισάμενος Lactantius de mort. Perſecut. §. 21. *quorum artus quum diſſiparentur.* PEARS.

Συγκοπή.] Ita quoque legebat S. Hieronymus, Symeon, & uterque [vetus] Interpres. Euſebius verò & Græci codices vulgati habent συγκοπαὶ, quos exprimit Rufinus. SMITH.

Ἀλησμοὶ] Sive ἀλεσμοί· Utrumque in MSS. Euſebii reperitur. PEARS.——Melius ἀλησμοὶ ab ἀλήθω molo, ut habet Græcum exemplar. CLER.

Κακαὶ κολάσεις.] Hieronymus [*tota*] *tormenta*. unde apud Sophronium βάσανοι, Rufinus *ſupplicia*. Puta has κολάσεις vetuſtiſſimis Chriſtianis frequenti ſermone uſurpatas eſſe, qualium exempla non pauca memorantur. Celſ. apud Orig. p. 303. Ὁ τοῦ Θεοῦ παῖς ἄρα ἡτ]ᾶται ὑπὸ διαβόλου· καὶ κολαζόμενος ὑπ' αὐτοῦ, διδάσκει καὶ ἡμᾶς τῶν ὑπὸ τούτῳ κολάσεων καταφρονεῖν. Unde mihi videtur, Chriſtianos eâ ætate *punitiones diaboli* memoraſſe, tanquam à Chriſto prædictas. Orig in Jo. 146. D. Διὰ μαστίγων καὶ πνευμάτων πονηρῶν. Juſtinus 360. Κολάσεις μέχρι θανάτου ὑπὸ τῶν δαιμονίων, καὶ τῆς στρατιᾶς τοῦ διαβόλου. PEARS.

Ἐπ' ἐμέ.] Εἰς ἐμὲ Euſebius: quod idem eſt. SMITH.

Τὰ τερπνὰ] Ita quoque habet Symeon: ſed rectiùs legebat Vet. Int. πέρα]α. Idem. ———*Jucunda*, pro quo perperam habebatur τὰ πέρα]α. CLER.

Μᾶλλον.] Καλὸν legendum eſt cum Vet. Int Interpolatore, & Symeone. SMITH.——Hoc eſt loquendi genus ex Hebraica lingua deſumtum, nec infrequens. Sed Græca ſequuti ſumus, & μᾶλλον rem majoris momenti interpretamur. CLER.

Εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν] Symeon habet ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. SMITH.

ζημιωθῇ; Ἐκεῖνον ζητῶ, τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντα· ἐκεῖνον θέλω, τὸν δι' ἡμᾶς ἀναστάντα. ὁ δὲ τοκετός μοι ἐπίκειται. Σύγγνωτέ μοι, ἀδελφοί· μὴ ἐμποδίσητέ μοι ζῆσαι, μὴ θελήσητέ μοι ἀποθανεῖν, τὸν τοῦ Θεοῦ θέλοντα εἶναι· κόσμῳ μὴ χαρίσησθε. Ἄφετέ με καθαρὸν φῶς λαβεῖν· ἐκεῖ παραγενόμενος, ἄνθρωπος Θεοῦ ἔσομαι. Ἐπιτρέψατέ μοι μιμητὴν εἶναι τοῦ πάθους τοῦ Θεοῦ μου. Εἴ τις αὐτὸν ἐν ἑαυτῷ ἔχει, νοησάτω ὃ θέλω, καὶ συμπαθείτω μοι, εἰδὼς τὰ συνέχοντά με.

Ζ'. Ὁ ἄρχων τοῦ αἰῶνος τούτου διαρπάσαι με βούλεται, καὶ τὴν εἰς Θεόν μου γνώμην διαφθεῖραι. Μηδεὶς οὖν τῶν παρόντων ὑμῶν βοηθείτω αὐτῷ· μᾶλλον ἐμοῦ γίνεσθε, τοῦτ' ἔστιν τοῦ Θεοῦ. Μὴ λα-

VERS. CLER. Matt. xvi. 26. *tur homo, ſi lucratus fuerit mundum totum, animâ verò ſuâ mulctatus fuerit?* Illum quæro qui pro nobis mortuus eſt. Illum volo qui propter nos reſurrexit. (*f*) Ille fœnus mihi imminet. Ignoſcite mihi, fratres; ne mihi impedimento ſitis, quò minùs vivam; ne me velitis mori; volentem Dei eſſe; cum mundo ne gaudeatis. Sinite me purum lumen (*g*) haurire. (*h*) Cùm illic fuero, homo Dei ero. (*i*) Sinite me imitatorem eſſe paſſionis

(*f*) Hoc mihi lucrum & fœnus impendet. *Idem.*

(*g*) percipere. *Idem.*

(*h*) Ubi illuc advenero. *Idem.*

(*i*) Concedite mihi. *Idem.*

Ὁ δὲ τοκετός κ. τ. λ.] In vetere Verſione *ille lucrum*, ac ſanè τοκετὸς pro *lucro* ſumitur. CLER. —— '*Hoc verò lucrum* ' ſeu *fœnus*, à Deo in altera ' vita rependendum, *mihi* jam- ' jam morituro *imminet inſtat-* ' *que.*' Alludit ad Coloſſ i. 21. καὶ τὸ ἀποθανεῖν, κέρδος. Idem.

Μοὶ ἀποθανεῖν.] Lege με, ut habent vulgati codices, Symeon & Vet. Int. '*Ne mihi* ' *impedimento ſitis,* quò minùs ' vitam immortalem beatam- ' que in cœlis aſſequar; *ne* ' *velitis me mori,* h. e. *nolitis* ' *me verè mori.*' Hunc ſenſum penè attigit Interpolator addendo, θανατὸς γάρ ἐστιν ἡ ἄνευ Χριστοῦ ζωή. Idem.

Κόσμῳ μὴ χαρίσησθε.] Rectiùs legebat Vet. Int. διὰ κόσμου οὐ μὲ χωρίζησθε, *per mundum non ſeparetis me:* '*Ne* ' *me ſejungatis* à communione ' Dei, ulteriorem moram in ' *hoc mundo* interceſſionibus ve- ' ſtris procurando:' vel, ſi altera interpunctio ſit admittenda, *Dei volentem eſſe, per mundum non ſeparetis me.* Sed prior diſtinctio fortè melior eſt. *Idem.* ——Χαρίσησθε eſt pro συγ-

nos terræ. Illum quæro, qui pro nobis mortuus eſt; illum volo, qui propter nos reſurrexit. Ille lucrum mihi adjacet. Ignoſcite mihi, fratres: non impediatis me vivere, non velitis me mori: Dei volentem eſſe, per mundum non ſeparetis me, neque per materiam ſeducatis. Dimittite me purum lumen accipere: illuc adveniens, homo ero. Sinite me imitatorem eſſe paſſionis Dei mei. Si quis ipſum in ſeipſo habet, intelligat quod volo; & compatiatur mihi, ſciens quæ continent me. VET. INT.

VII. Princeps ſeculi hujus rapere me vult, & eam quæ in Deum meum ſententiam corrumpere. Nullus igitur præſentium de vobis adjuvet: ipſi autem magis mei fiatis, hoc eſt, Dei mei. Non lo-

VERS. CLER.

Dei mei. Si quis eum in ſeipſo poſſidet, (k) intelligat quid volo, & (l) compatiatur mihi, ut qui ſciat quæ me conſtringunt.

VII. Princeps hujus ſæculi rapere me vult, & voluntatem, quam erga Deum habeo, corrumpere. Nullus itaque veſtrûm qui præſentes eſtis, opem illi ferat: ipſi potiùs mei (m) ſitis, id eſt, Dei mei. Ne loquamini Je-

(k) cogitet quod. *Idem.*

(l) mei commiſereatur. *Idem.*

(m) efficiamini. *Idem.*

χαρήσητε, & ſic fortè legendum. CLER.

Τοῦ Θεοῦ μου.] Anaſtaſius Sinaïta in Ὁδηγῷ Cap. xii. Ἐάσατε μιμητὴν εἶναι πάθους Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ μου. Miror Symeonem verba τοῦ Θεοῦ μου omittere, aut velle, aut poſſe, aut audere. SMITH.

Ἐν ἑαυτῷ] Ita quoque Symeon. *Idem.*

Συνέχοντά με.] *Conſtringunt, coarctant.* PEARS.——'Hunc 'meum zelum, quo *conſtringitur* animus, fundendi ſanguinem pro Chriſti teſtimonio, 'quiſquis Chriſtum in corde '*habet*, facilè capere & intelligere poteſt, eodemque affectu rapitur, modò mentem 'advertat, & hac de re ſeriò 'cogitet: quod quidem ego 'opto & hortor.' SMITH.

Διαρπάσαι.] Onomaſt. V. Diripio, διαρπάζω. PEARS.

Ἐμοῦ γίνεσθε.] Lectio Græci exemplaris ſuadet ſubaudire hìc βοηθοὶ: *Nemo illum adjuvet, potiùs mei eſte adjutores.* Fortè excidit vox βοηθοὶ. CLER.

λεῖτε Ἰησοῦν Χριστὸν, κόσμον δὲ ἐπιθυμεῖτε. Βασκανία ἐν ὑμῖν μὴ κατοικείτω· μηδ' ἂν ἐγὼ παρὼν παρακαλῶ ὑμᾶς, πείσθητε μοι· τούτοις δὲ μᾶλλον πείσθητε, οἷς γράφω ὑμῖν. Ζῶν γράφω ὑμῖν, ἐρῶν τοῦ ἀποθανεῖν· ὁ ἐμὸς ἔρως ἐσταύρωται, καὶ οὐκ ἔστιν ἐν ἐμοὶ πῦρ φιλοῦλον.

Vers. Cler. sum Christum, & mundum concupiscatis. Invidia in vobis non habitet: neque si ego præsens vos obsecrem, obtemperetis mihi; verùm his potiùs credite, quæ vobis

Μηδ' ἂν κ. τ. λ.] Paullò aliter hanc sententiam, inde obscuratam, legisse videtur Vet. Int. eodem tamen sensu: '*His* '*potiùs, quæ* jam mente firmâ '& maximâ deliberatione *scri*'*bo, fidem adhiberi* volo, quàm 'iis, quæ [illegible] mediis in 'angustiis [illegible], & cogita'tionibus in [illegible] avocantibus 'distractus, in carcere, si da'retur copia, scripturus sum.' Smith

Ζῶν] Addenda est particula γὰρ [illegible] Vet. Int. *Idem.*

Ὁ ἐμὸς ἔρως ἐσταύρωται.] Duplicem iis verbis sensum tribuerunt Scriptores Ignatio posteriores, aliis per *amorem* intelligentibus *Christum*, aliis pro *concupiscentia rerum mundanarum* accipientibus. Pro priori sensu adduci potest triga antiquorum Scriptorum. Origenes enim in Prologo Commentarii in Canticum Canticorum: *Nec puto, quòd culpari possit, si quis Deum, sicuti Joannes charitatem, ita ipse amorem nominet. Denique memini aliquem Sanctorum dixisse, Ignatium nomine, de Christo,* Meus Amor crucifixus est; *nec reprehendi eum pro hoc dignum judico.* Auctor Libri de Divinis nominibus, qui sub Dionysii Areopagitæ nomine editus est, Cap iv. Καί τοι ἔδοξέ τισι τῶν καθ' ἡμᾶς ἱερολόγων, καὶ θειότερον εἶναι τὸ τοῦ ἔρωτος ὄνομα τοῦ τῆς ἀγάπης. Γράφει δὲ ὁ θεῖος Ἰγνάτιος· ὁ ἐμὸς ἔρως ἐσταύρωται. *Itaque visum est quibusdam ex nostris, qui de rebus divinis disseruerunt,* amoris *nomen divinius esse quàm* charitatis. *Scribit autem D. Ignatius,* Meus amor crucifixus est. Denique à Cotelerio citatus Theodorus Studita Serm. iii. Catechetico, qui & Cod. 130. Barocc. extat, ὁ ἐμὸς ἔρως ἐσταύρωται Χριστός. Recentiorum nomina plura sunt, quàm ut recenseri possint. Quorum sententiæ etiam subscripsit Tenzelius in Dissertatione, quâ in illud S. Ignatii Apophthegma eruditè commentatus est. Contrà vox ἔρως ab aliis pro *rerum mundanarum amore* accipitur, velut ab Halloixio Quæst. ii. de vita & operibus Dionysii Areopagitæ, Natali Alexandro Hist. Eccles. Secul. i. Dissert. xxi. D. Cavio in Vita Ignatii. Quibus olim præivit Andreas Cretensis Orat. in S. Ge-

quimini Jesum Christum, & mundum concupiscatis. Invidia in vobis non inhabitet: neque utique ego vos præsens deprecor, * credere mihi. His autem magis credite quæ scribo vobis. Vivens enim scribo vobis, desiderans mori. Meum desiderium crucifixum est; & non est in me ignis VET. INT.

* *lege* credite.

scribo. Vivens enim scribo vobis, amore captus moriendi. Meus amor crucifixus est: & non est in me ignis VERS. CLER.

orgium pag. 183. ut ex antecedentibus illius loci verbis colligitur. Uterque sensus sanè pietati S. Ignatii, posterior tamen sequentibus ejus verbis magis congruit. Voce ἔρως autem Ignatius ideo usus est, quia ἐπιτεταμένη ἀγάπη ἔρως λέγεται, *vehementior dilectio amor dicitur*, Gregor. Nyssen. Homil. xiii. in Cantic. Canticorum. GRAB.——— Partes Antiquorum, qui hæc verba, de Christo crucifixo, unico amoris S. Ignatii objecto, in quod flagrantissimo animæ æstu propendebat, interpretantur, quàm Neotericorum, qui de vanis hujus mundi cupiditatibus & desideriis illa intelligi debere censent, tueri mallem. Illos Græci communissimè sequuntur, ut ex Menæo ad 20 Decembris de S. Ignatii die natali patet: Ὡς τετρωμένος ἔρωτι ἀγάπης τοῦ Κυρίου σου, Ὁ ἐμὸς ἔρως, ἐβόας, Χριστὸς ἐσταύρωται θέλων. SMITH.

Πῦρ φιλόϋλον κ. τ. λ] Longè præferenda videtur vulgatorum codicum & Veteris Interpretis, cujus versio penè in omnibus ad literam exigitur, lectio; luxata quidem, sed quæ absque vel unius literulæ mutatione restitui possit: h. e. si, ut optimè suggerit D. Pearsonus, legamus φιλοῦντι i. e. ἐρῶντι· ubi distinctio adhiberi debet. Hac verò neglectâ, Interpres iste Vetus participium dativi casûs, quod cum pronomine ἐμοὶ convenit, in duas voces dividens, posteriorem contra regulas Grammaticæ cum sequente ὕδωρ (à qua novam, eamque oppositam, sententiam incipere particula adversativa satis clarè ostendit) planè aliud agens, perperam connectit. Sensus verò ejusmodi videtur, quasi dixisset S. Ignatius, 'Dum Jesum, cujus '*amore* totus *ardeo*, pro me '*crucifixum* contemplor, flam'mæ, quas degener rerum 'mundanarum cupido solet ac'cendere, in me penitus ex'tinguuntur; potiùs pectus 'meum, gratiâ Spiritûs Sancti, 'tanquam largo & perenni '*aquarum* viventium proflu'vio, madens & perfusum sen'tio. Inde *voce* cœlesti *intus* '*sonante*, Ad moriendum pro 'Christo animatus, *veni*; (quid 'cessas?) festina *ad Patrem*.' SMITH.———Apud Metaphrastem, quem sequuntur Græci in Menæo, πῦρ φιλόϋλον. Φι-

ὕδωρ δὲ ζῶν, καὶ λαλοῦν ἐν ἐμοὶ, ἔσωθέν μοι λέγον, Δεῦρο πρὸς τὸν Πατέρα. Οὐχ ἥδομαι τροφῇ φθορᾶς, οὐδὲ ἡδοναῖς τοῦ βίου τούτου. Ἄρτον Θεοῦ θέλω, ἄρτον οὐράνιον, ἄρτον ζωῆς, ὅς ἐστιν σὰρξ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, τοῦ γενομένου ἐν ὑστέρῳ ἐκ σπέρματος Δαβὶδ καὶ Ἀβραάμ· καὶ πόμα Θεοῦ θέλω τὸ αἷμα αὐτοῦ, ὅ ἐστιν ἀγάπη ἄφθαρτος, καὶ ἀέννααος ζωή.

Vers. Cler. amans materiæ. Sed aqua vivens, & loquens in me, intus mihi dicit : Veni ad Patrem. Non gaudeo corruptibili nutrimento, nec voluptatibus hujus vitæ : panem

λόϋλον Jolianus Ignatii Interpolati codex retinuit. Nomen etiam φιλοϋλίας invenies in Maximo Centuria iii. de Caritate Cap. 20. Cot. ——Ignis materialis eſt φιλόϋλος, *amans materiæ*; quâ, nempe, alitur. Sed ſpiritualis ignis, quo urebatur Ignatius, *materiæ*, h. e. rerum corporearum, amans non erat. Quod eſt non nihil coactum, ut & ſequentia de *aqua in eo loquente*. Sed ſancti viri ſermo refertus eſt ejuſmodi violentis adluſionibus. Cler.

Ὕδωρ δὲ ζῶν καὶ λαλοῦν ἐν ἐμοί.] Sic Metaphraſtes & Græci in Menæo. Perplaceret mihi ; ὕδωρ δὲ ζῶν, καὶ ἀλλόμενον ἐν ἐμοί· quod confirmatur per illud Johannis iv. 14. Τὸ ὕδωρ ὃ δώσω αὐτῷ, γενήσεται ἐν αὐτῷ πηγὴ ὕδατος ἀλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον. Græci conjunctim ; ὕδωρ δὲ ζῶν μᾶλλον καὶ λαλοῦν, Δεῦρο πρὸς τὸν Πατέρα· ὕδωρ τὸ ἀλλόμενον, τὸ ἐκ ζωῆς εἰς ζωὴν μετοχετεῦον ἡμᾶς. Cot. —— Ἀλλόμενον eſt vox, ad exundantem vim divinæ gratiæ, quæ, inſtar *ſalientis aquæ*, conſtanter ſine quapiam remiſſione, & cum impetu, in cordibus fidelium fluit, exprimendam appoſitiſſima, & fortaſſe alteri præferenda Smith.

Ἔσωθεν] *Ab intus, ab intra:* ἐκ κοιλίας, Joan. vii. 38. Pears.

Ἄρτον Θεοῦ θέλω κ. τ. λ.] Multa hìc, quæ occurrunt quoque apud Metaphraſtam, & in vulgatis codicibus, manifeſtam ſapiunt interpolationem. An hoc innuere velit S. Ignatius, ſe, omnibus eduliorum corruptioni obnoxiorum delectamentis, hujuſque vitæ voluptatibus ejuratis, non alium cibum & potum deſiderare, præter Euchariſticum ; cui hæc magnifica elogia maximè conveniunt ? Non autem nimis rigidè ad regulas Græcæ eloquentiæ exigendus eſt ſtylus Ignatianus : quippe aliquid dandum eſt martyrii candidato, extra ſe quaſi rapto, ſi ejuſmodi novis phraſibus uteretur, quæ tamen facili ac bonâ interpretatione, prout æquum poſtulat, leniri poſſint. Iniquiſſimum ergo foret, ſi quis hac de cauſſa in

VET. INT.

amans aliquam aquam: ſed vivens & loquens eſt in me, intus me dicit; *Veni ad Patrem.* Non delector cibo corruptionis, neque delectationibus vitæ hujus. Panem Dei volo; quod eſt caro Jeſu Chriſti, ejus qui ex genere David: & potum volo ſanguinem ipſius; quod eſt charitas incorruptibilis.

VERS. CLER.

Dei volo, panem cœleſtem; panem vitæ, qui eſt caro Jeſu Chriſti, filii Dei, nati (n) poſtea è ſemine Davidis: & potum (o) volo ſanguinem illius, qui eſt caritas incorruptibilis (p).

(n) poſteriori tempore. *Idem.*
(o) Dei volo. *Idem.*
(p) & perennis vita. *Idem.*

eum moroſè animadvertere velit, eò quòd ſanguinem Chriſti, vino Euchariſtico repræſentatum, τὴν ἀγάπην ἄφθαρτον, *charitatem incorruptibilem*, appellaverit: quum ſanguis ille pretioſus, in cruce effuſus, dici mereatur fundamentum *charitatis* Dei erga fideles in æternum duraturæ. An verò potiùs dicendum ſit, S. Ignatium, ſacramentalibus hiſce locutionibus utentem, hoc tantùm innuere, ſe jam, omnibus mundanis vanitatibus ſpretis abjectiſque, morti propinquum, unicum hoc cupere, ut ad præſentiam Chriſti, humanâ naturâ in cœlis regnantis, admitteretur, illic æternâ viſionis Dei beatitudine fruiturus. Quæ interpretatio, magis quàm altera, ad mentem enthei Scriptoris congruere mihi videtur. Vide Iſa. Caſauboni Exercitat. xvi, ad Annal. Eccl. Baronii. Cap. 39. SMITH.

Ἐν ὑστέρῳ.] Nempe χρόνῳ Vetus Interpres hìc vitiis ſcatet. CLER.

Ἀέναος ζωή.] Ignatium, in verbis proximè præcedentibus, *non de Sacramento Euchariſtiæ agere, nec de Chriſto, quatenus in hac vita objectum eſt ſpiritualis nutritionis, ſed de illo, quatenus erit objectum communionis ſpiritualis in futuro ſeculo*, ait Albertinus Lib. ii. de Euchariſtia C. i. eandemque ſententiam probat ex Pontificiis Halloixius in Notis ad Vitam Ignatii Cap. x. alios ut taceam. Sed non video quidem, quid vetet, quò minùs de Euchariſtico pane & poculo hic locus accipi queat: cui parallelus occurrit alter in Epiſtola ad Epheſios §. 20. Ἕνα ἄρτον κλῶντες, ὅς ἐστι φάρμακον ἀθανασίας, ἀντίδοτος τοῦ μὴ ἀποθανεῖν, ἀλλὰ ζῆν ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ διαπαντός. *Frangentes panem unum, qui eſt pharmacum immortalitatis, antidotum ne moriamur, ſed vivamus ſemper in Jeſu Chriſto.* Nam, ut Epiphanius in Compendiaria doctrina ſcribit: βρῶσις μὲν ὁ ἄρτος, ἡ δὲ δύναμις ἐν αὐτῷ εἰς ζωογόνησιν. *Panis quidem alimentum eſt* (i. e. verè panis), *virtus autem in eo ad vivificationem.* Id itaque eſt, quod Ignatius hoc loco vult,

Η'. Οὐκ ἔτι θέλω κατὰ ἀνθρώπους ζῆν· τοῦτο δὲ ἔσται, ἐὰν ὑμεῖς θελήσητε. Θελήσατε, ἵνα καὶ ὑμεῖς θεληθῆτε. Δι' ὀλίγων γραμμάτων αἰτοῦμαι ὑμᾶς· πιστεύσατέ μοι. Ἰησοῦς δὲ Χριστὸς ὑμῖν ταῦτα φανερώσει, ὅτι ἀληθῶς λέγω· τὸ ἀψευδὲς στόμα, ἐν ᾧ ὁ Πατὴρ ἐλάλησεν ἀληθῶς. Αἰτήσασθε περὶ ἐμοῦ, ἵνα ἐπιτύχω. Οὐ κατὰ σάρκα ὑμῖν ἔγραψα, ἀλλὰ κατὰ γνώμην Θεοῦ. Ἐὰν πάθω, ἠθελήσατε· ἐὰν ἀποδοκιμασθῶ, ἐμισήσατε.

Θ'. Μνημονεύετε ἐν τῇ προσευχῇ ὑμῶν τῆς ἐν Συρίᾳ ἐκκλησίας, ἥτις ἀντὶ ἐμοῦ ποιμένι τῷ Θεῷ χρῆται· μόνος αὐτὴν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐπισκοπήσει, καὶ ἡ ὑμῶν ἀγάπη. Ἐγὼ δὲ αἰσχύνομαι ἐξ αὐτῶν λέγεσθαι. οὐδὲ γὰρ ἄξιός εἰμι, ὢν ἔσχατος αὐτῶν, καὶ ἔκτρωμα· ἀλλ' ἠλέημαί τις εἶναι, ἐὰν Θεοῦ

VERS. CLER.

(9) futurum eſt. *Idem.*

VIII. Nolo ampliùs ſecundùm homines vivere: id autem (9) fiet, ſi vos volueritis. Velitis ergo, ut & vos acceptemini. Brevibus litteris precor vos; credite mihi. Jeſus autem Chriſtus manifeſtabit vobis hæc, quòd verè dicam; non mendax os, in quo Pater verè locutus eſt. Petite pro me, ut conſequar. Non ſecundùm carnem

ſe *non delectari* pane terreſtri, quo nutrimur ad corruptibilem vitam, cujus ipſe pertæſus erat; ſed *pane cœleſti*, quo fideles ad æternam aluntur vitam, ad quam unicè S. Martyr adſpirabat. Si tamen cui prior ſenſus melior videatur, huic ſuppeditabo locum in alio Patre, qui ad eundem collimat ſenſum; Clementem intelligo Alexand. Lib. ii. Pædag. Cap. 2. ſcribentem: Τοῦτ' ἔστι πιεῖν τὸ αἷμα τοῦ Ἰησοῦ, τῆς κυριακῆς μεταλαβεῖν ἀφθαρσίας. *Hoc eſt ſanguinem Jeſu bibere, participem fieri incorruptionis ejus.* GRAB.

Κατὰ ἀνθρώπους.] Κατ' ἄνθρωπον, phraſis Apoſtolica PEARS.

Θελήσητε.] Ita quoque Symeon: ſed Vetus Int. & vulgati codices θέλητε, rectiùs. SMITH.

Θελήσατε, ἵνα.] Symeon Θελήσατε οὖν. *Idem.*

Ὑμῖν ταῦτα φανερώσει] 'Quæ de me verè & citra 'oſtentationem dixi, vobis 'quoque, ſi non ex revela-'tione, ſaltem ex eventu, per 'mortem meam *manifeſtabit.*' Idem.

Αἰτήσασθε κ τ λ.] Eadem habet Symeon. *Idem.*

Ἐὰν ἀποδοκιμασθῶ] *Si repudier,* Marc. viii. 31. PEARS.

VET. INT.

VIII. Non ampliùs volo ſecundùm homines vivere: hoc autem erit, ſi vos velitis. Velite autem, ut & vos acceptemini. Per paucas literas deprecor vos: credite mihi. Jeſus autem Chriſtus vobis manifeſtabit hæc, quoniam verè dico; non mendax os, in quo Pater verè locutus eſt. Petite pro me, ut attingam. Non ſecundùm carnem vobis ſcripſi; ſed ſecundùm ſententiam Dei. Si patiar, voluiſtis; ſi reprobus efficiar, odiviſtis.

IX. Mementote in oratione veſtra ejus quæ in Syria Eccleſiæ, quæ pro me paſtore Deo utitur. Solus * ipſe Jeſus Chriſtus vice Epiſcopi ſit, & veſtra charitas. Ego autem erubeſco ex ipſis dici. Non enim ſum dignus, exiſtens extremus ipſorum, & abortivum: ſed miſericordiam conſecutus ſum

* ſ. ipſi.

VERS. CLER.

vobis ſcripſi, ſed ſecundùm Dei (r) arbitrium. Si patiar, voluiſtis: ſin rejiciar, odiſtis.

IX. Memores eſte in precibus veſtris Eccleſiæ quæ eſt in Syria, quæ (s) pro me Deo paſtore utitur. Solus ipſam Jeſus Chriſtus, vice Epiſcopi, reget, & veſtra caritas. Me verò pudet, (t) de illorum numero dici. Nec enim dignus ſum, cùm noviſſimus eorum ſim; & abortivus: ſed per miſericordiam obtinui, ut ſim aliquis, ſi

(r) mentem. *Idem.*

(s) mei loco, *Idem.*

(t) ex illis cognominari. *Idem.*

——— ‘ Si à morte liberabor, quaſi rejectaneus, & hoc ‘ honore prorſum indignus.’ SMITH.

Ἐν Συρίᾳ.] Ergo non tantùm in urbe, ſed in provincia Syriæ juriſdictionem habuit Ignatius: ut de Polycarpo loquitur Hieronymus. PEARS.

Τῷ Θεῷ.] i. e. Chriſto: ut ex immediatè ſequentibus clariſſimè liquet. SMITH.

Ἐπισκοπήσει.] ‘ Meas abſentis vices longè meliùs ſupplebit, vobis quoque adju‘ vantibus.’ Vet. Int. fortè legebat *αὐτὸς ἐπισκοπήσαι*, modo optativo. *Idem.*

Καὶ ἡ ὑμῶν ἀγάπη.] Phraſis S. Ignatio familiaris. Fruſtra addit Interpolator, *εἰς αὐτὸν*· charitas enim, quam implorat, ad Antiochenos, potiùs quàm ad Chriſtum, debet referri. *Idem.*

Ὧν ἔσχατος κ. τ. λ.] Imitatur S. Paulum, 1 Cor. XV. 8. PEARS.

ἐπιτύχω. Ἀσπάζεται ὑμᾶς τὸ ἐμὸν πνεῦμα, καὶ ἡ ἀγάπη τῶν ἐκκλησιῶν τῶν δεξαμένων με εἰς ὄνομα Ἰησοῦ Χριστοῦ, οὐχ ὡς παροδεύοντα· καὶ γὰρ αἱ μὴ προσήκουσαί μοι, τῇ ὁδῷ τῇ κατὰ σάρκα, κατὰ πόλιν με προῆγον.

Ι΄. Γράφω δὲ ὑμῖν ταῦτα ἀπὸ Σμύρνης, δι' Ἐφεσίων τῶν ἀξιομακαρίστων. ἔστιν δὲ καὶ ἅμα ἐμοὶ σὺν ἄλλοις πολλοῖς Κρόκος, τὸ ποθητόν μοι ὄνομα. Περὶ τῶν προελθόντων με ἀπὸ Συρίας εἰς Ῥώμην εἰς δόξαν τοῦ Θεοῦ, πιστεύω ὑμᾶς ἐπεγνωκέναι· οἷς καὶ δηλώσατε, ἐγγύς με ὄντα. πάντες γάρ εἰσιν ἄξιοι τοῦ Θεοῦ, καὶ ὑμῶν· οὓς πρέπον ὑμῖν ἐστιν κατὰ

VERS. CLER. Deum assequar. Salutat vos meus spiritus, & caritas Ecclesiarum, quæ me (u) susceperunt in nomine Jesu Christi, non quasi obiter prætereuntem. Etenim quæ (x) non convenerunt me in via, quæ est secundùm carnem, oppidatim me honorificè deduxerunt.

(u) exceperunt. *Idem.*

(x) nihil ad me pertinebant. *Idem.*

Ἡ ἀγάπη τῶν ἐκκλησιῶν.] Vide Epist. ad Philadelph. & ad Trall. [§§. ult.] SMITH.

Οὐχ' ὡς παροδεύοντα.] 'Non 'tanquam advenam, illas in 'hoc itinere festino prætergre-'dientem, sed tanto cum amo-'re & zelo, ac si essem illorum 'Episcopus.' *Idem.*

Αἱ μὴ προσήκουσαί μοι.] *Ad me non spectantes: ad meam jurisdictionem non spectantes.* Gloss. προσήκοντες, *pertinentes.* Onomast. Vet. *Necessarii,* προσήκοντες. Interpres [Vet.] malè putavit, Ignatium per urbes illas peditem Smyrnam usque pervenisse. PEARS.——Fusiùs & planiùs Ecclesiarum charitatem hoc indicio & probatione illustrat. 'Multi ab *Ecclesiis,* non mei juris, & *ad me neutiquam spectantibus,* in 'hoc nimirum ultimo itinere, 'quod in mundo restat emeti-'endum, ut mihi obviam irent 'missi, *me singulas civitates in-'gressurum honoris causâ præ-'cessere:*' προῆγον neutraliter sumpto: quod pariter habet Metaphrastes. SMITH.

Προῆγον.] Προάγειν ut προπέμπειν, Tit. iii. 13. dum ille mari, illi terrâ. PEARS.

Κρόκος.] Præpone particulam καὶ, ut habent Vet. Int. & Symeon. Crocus ab Ephesiis ad illi, versùs illam urbem tendenti, occurrendum mittebatur. SMITH.

Περὶ τῶν προελθόντων με] Lectio proba, quam verba sequentia satis clarè firmant. Verisimillimum enim est, quosdam Christianos, relictâ circa idem tempus Antiochiâ, rectâ

aliquis esse, si Deo fruar. Salutat vos meus spiritus, & charitas Ecclesiarum, quæ receperunt me in nomine * Jesu Christi, ut non transeuntem. Etenim non advenientes mihi in via quæ secundùm carnem secundùm civitatem me præcesserunt.

VET. INT.

* Domini. *Cod. Cai.*

X. Scribo autem vobis hæc à Smyrna, per Ephesios dignè beatos. Est autem & simul mecum cum aliis multis & Crocus, desideratum mihi nomen: de advenientibus * mecum à Syria in Romam, ad gloriam Dei, credo vos cognovisse; quibus & * manifestatis prope me existentem. Omnes enim sunt digni Deo & vobis: quos decens

* mihi. *Ibid.*

* *f.* manifestetis.

X. Scribo autem vobis hæc è Smyrna per Ephesios (y) meritò beatos. Est autem mecum cum aliis multis & Crocus, exoptatum mihi nomen. De his qui è Syria Romam ante me venerunt ad gloriam Dei, credo vos cognovisse: quibus & significate, me propè esse. Omnes enim sunt Deo digni, & vobis: quos decet ut

VERS. CLER.

(y) laude dignos. *Idem.*

viâ Romam petiisse. Hos novos hospites, verè pios probosque, quos Romanorum charitati & benevolentiæ impensissimè commendat, edoceri vult, se non longè ab ista urbe abfuturum. Non enim dubitandum erat, quin illi è Syria fratres, eorundem sacrorum consortes, de Ecclesiarum Syriacarum statu, & præsertim de S. Ignatio ad bestias damnato, sigillatim certos reddidissent. Hæc à Veteri nostro Interprete confunduntur, qui προσελθόντων cum Interpolatore, aut συνελθόντων cùm Symeone, addito pronomine μοι, legisse videtur. Quid autem de suis præcursoribus scribat S. Ignatius, quum minimè intellexerit Metaphrastes ille, totum illud penitus omisit, hisce tantummodo retentis: Ἔστι δὲ σὺν ἄλλοις πολλοῖς ἅμα ἐμοὶ καὶ Κρόκος, τὸ ποθητόν μοι ὄνομα τῶν συνελθόντων ἀπὸ Συρίας εἰς δόξαν Θεοῦ. Ἔγραψα κ. τ. λ. Verùm si προσελθόντων retineatur, Veteris Interpretis versio perplexa hoc modo restitui potest: *De advenientibus* (legendo παρὰ pro περὶ, ut bene conjectatur D. Pearsonus) *mecum à Syria*, (qui simul egressi mecum ex Antiochia, compendiosiorem viam sectati sunt) *in Romam ad gloriam Dei, credo vos cognovisse*, (viz. quicquid ad ecclesias istas, quicquid ad me spectat): *quibus & manifestatis* (proculdubio pro *manifestabitis*) *prope me existentem.* Idem.

πάντα ἀναπαῦσαι. Ἔγραψα δὲ ὑμῖν ταῦτα τῇ πρὸ ἐννέα καλανδῶν Σεπτεμβρίων, τουτέστιν Αὐγούστου εἰκάδι τρίτῃ. Ἔῤῥωσθε εἰς τέλος, ἐν ὑπομονῇ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἀμήν.

VERS. CLER. vos per omnia refocilletis. Scripsi autem vobis hæc die ante ix Kalendas Septembris. Valete in perpetuum, in patientia Jesu Christi.

Τῇ πρὸ ἐννέα] Vet. Int. *in ea quæ ante* ix *Kalendas Septembris.* Augusti igitur vicesimo quarto die Smyrnæ scripsit Ig-

---

Fragmenta Epistolæ S. IGNATII *Ad* ANTIOCHENOS.

Ex Joan. Ernesti Grabii *Spicileg. Patrum,* *Vol.* II. *pag.* 24, *&c.*

Ex Damasceni Lib. III. *Parall. Cap.* 27. *& Antonii Meliss. Lib.* I. *Serm.* 14.

Πρὸς Ἀντιοχεῖς.

Παρθενίας ζυγὸν μηδενὶ ἐπιτίθει· ἐπισφαλὲς γὰρ τὸ πρᾶγμα καὶ δυσφύλακτον, καὶ μάλιστα ὅταν κατ᾽ ἀνάγκην γίνεται.

Ad Antiochenos.

Virginitatis jugum nemini impone. Periculosa enim res est, quamque servare difficile sit, maximè cùm ex necessitate fit.

Ἐκ τῆς αὐτῆς ἐπιστολῆς.

Τοῖς νεωτέροις ἐπίτρεπε γαμεῖν, πριν ἢ διαφθαρῶσιν εἰς ἑταίρας.

Ex eadem Epistola.

Junioribus nuptias concede, antequam in prostibula incidentes corrumpantur.

Hæc in Latina Damasceni editione & Antonii Melissâ Ignatii nomini adscripta sunt, haud expresso tamen, in quo extiterint, Tractatu. Ast in Græco MS. Paralle-

est vos secundùm omnia quietare. Scripsi autem vobis hæc, in ea quæ ante ix Kalendas Septembris. Valete in finem, in sustinentia Jesu Christi. VET. INT.

natius. Græci solebant mensibus Romanorum uti. PEARS.

Τουτέστιν Αὐγούστου.] Additio superflua, malè signata, & planè rejicienda. SMITH. ———Putidum glossema, in gratiam Græcorum, non Romanorum, qui ejusmodi explicatione non egebant. CLER.

---

rallelorum Damasceni Codice Collegii Claromontani ea disertè ex Epistola ad Antiochenos ita leguntur citata, teste Cotelerio in Notis ad spuriam Ignatii ad Antiochenos Epistolam. Neque obstat, quòd monita ista uni singulari personæ, non toti Ecclesiæ Antiochenæ, data videantur. Potuit enim S. Martyr, digressione factâ, Heroni futuro in Episcopatu Antiocheno successori, peculiaria quædam præscribere observanda; sicut Paulus in Epist. ad Philippenses iv. 3. Episcopo sive eximio Ecclesiæ Philippensis membro seorsim scripsit: *Rogo & te germane compar, adjuva illas, quæ mecum laboraverunt in Evangelio.* Vix igitur dubito, recitatas duas sententias Ignatii germanas esse: quarum priori consona fuit vox Paphnutii in Concilio Nicæno perorantis, μὴ βαρὺν ζυγὸν ἐπιθεῖναι τοῖς ἱερωμένοις ἀνδράσι, *non esse imponendum sacris personis grave hoc jugum*, apud Socratem Lib. i. Hist. Eccl. Cap. 11. Posteriori respondet dictum Apostoli 1 Tim. v. 14. & monitum parentibus datum Lib. iv. Constit. Clementis Cap. 11. Σπουδάζετε ὥρᾳ γάμου ζευγνῦναι καὶ συναλλάσσειν αὐτὰ, ἵνα μὴ τῆς ἡλικίας ἐν τῇ ἀκμῇ ζεούσης, ἔθη πορνοκόπα ἀποβῇ. *Operam date, ut cùm ad tempus conjugio aptum pervenerint, eos* (liberos) *matrimonio jungatis ac copuletis, ne inter ætatem in flore suo ferventem mores scortatorum contrahant.*

Cæterùm Lib. ii. eorundem Damasceni Parallelorum Latinè impressorum Cap. 25. sequens tanquam Ignatii dictum citatur: *Antistitem oportet vitam ab omni reprehensionis nota puram ducere, nec rei ullius Deo gratæ studium prætermittere.* Sed in antedicto Græco Codice, istud ex Cyrilli Orat. vi. contra Julianum petitum dicitur: quamvis nec in hac verbatim extet.

Aliud

Aliud insigne S. IGNATII *dictum.*

Ex Chrysostomi Homilia XI. *in Epist. ad Ephesios.*

Ἀνὴρ δέ τις ἅγιος εἶπέ τι, δοκοῦν εἶναι τολμηρὸν, πλὴν ἀλλ' ὅμως ἐφθέγξατο. Τί δὲ τοῦτό ἐστιν; Οὐδὲ μαρτυρίου αἷμα ταύτην δύνασθαι ἐξαλείφειν τὴν ἁμαρτίαν.

Dixit autem sanctus quispiam vir quiddam, quod magnam præ se fert audaciam; sed tamen est elocutus. Quid hoc est autem? Ne quidem sanguinem martyrum delere posse hoc peccatum, (*schisma de quo loquitur.*)

Hæc pridem legenti mihi incidebat, Chrysostomum nota forte habuisse quædam S. Martyris Cypriani scripta, ac respexisse ea, quæ Lib. de Oratione Dominica post medium habet verba: *Discordans & dissidens, & pacem cum fratribus non habens, secundùm quod beatus Apostolus & Scriptura sancta testatur, nec si pro nomine Christi occisus fuerit, crimen dissensionis fraternæ poterit evadere.* ——— *Quale delictum est, quod nec baptismo sanguinis potest ablui? quale crimen est, quod martyrio non potest expiari?* Quibus gemina scripsit Epist. 52. ad Antonianum & Lib. de Unitate Ecclesiæ, non adeò multum ab initio. Sed mutavi sententiam, ubi postea in Johannis Antiocheni Oratione in donationes Monasteriorum Laicis factas, Tom. i. Monumentorum Ecclesiæ Græcæ Cotelerii pag. 176. & seq. legi: Τῷ δὲ Ἐκκλησίαν Θεοῦ σκανδαλίσαντι οὐδὲ μαρτυρίου αἷμα, κατὰ τὸν Θεοφόρον Ἰγνάτιον, ἀρκεῖ εἰς συγχώρησιν. *Ei qui Ecclesiam Dei offenderit neque martyrii sanguis, juxta Ignatium Theophorum, ad veniam sufficit.* Ignatii igitur esse hoc dictum nullus dubito; at unde petitum, an ex deperdita ad Antiochenos Epistola aut alia quapiam, an potiùs ex Didascalia ejus nomini adscripta, cum ignarissimis me nescire fateor.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ

ΠΟΛΥΚΑΡΠΟΥ

ΠΡΟΣ

ΦΙΛΙΠΠΗΣΙΟΥΣ

ΕΠΙΣΤΟΛΗ.

SANCTI

POLYCARPI

AD PHILIPPENSES

EPISTOLA.

Veterum Teſtimonia

De

EPISTOLA S. POLYCARPI.

Irenæus adverſùs Hæreſes, Lib. iii. *Cap.* 3.

Apud Euſeb. Hiſt. Eccleſ. Lib. iv. Cap. 14.

Ἔστι δὲ καὶ ἐπιστολὴ Πολυκάρπου πρὸς Φιλιππησίους γεγραμμένη, ἱκανωτάτη, ἐξ ἧς καὶ τὸν χαρακτῆρα τῆς πίστεως αὐτοῦ, καὶ τὸ κήρυγμα τῆς ἀληθείας, οἱ βουλόμενοι, καὶ φροντίζοντες τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας, δύνανται μαθεῖν. Niceph. L. iii. C. 30.

Vetus Irenæi Interpres.

Eſt autem & Epiſtola Polycarpi ad Philippenſes ſcripta, perfectiſſima; ex qua & characterem fidei ejus, & prædicationem veritatis, qui volunt, & curam habent ſuæ ſalutis, poſſunt diſcere.

Rufinus Interpres Euſebii.

Extat & Epiſtola Polycarpi ad Philippenſes ſcripta, pervalida; ex qua formam fidei ejus ac prædicationis, ſi quis fortè ſalutis ſuæ ſollicitudinem gerit capere poteſt. *Lege Haymonem, Hiſtor. Eccleſ. Lib.* iv. *Cap.* 19.

Epiſtolâ ad Florinum; apud Euſeb. Hiſt. Eccleſ. Lib. v. *Cap.* 20.

Καὶ ἐκ τῶν ἐπιστολῶν τε αὐτοῦ, ὧν ἐπέστειλεν, ἤτοι ταῖς γειτνιώσαις ἐκκλησίαις, ἐπιστηρίζων αὐτὰς, ἢ τῶν ἀδελφῶν τισι, νουθετῶν αὐτοὺς καὶ προτρεπόμενος, δύναται φανερωθῆναι. Niceph. iv. 30. & Suidas.

Sed & ex Epiſtolis illius, quas miſit, vel ad vicinas Eccleſias, quò confirmaret eas, vel ad quoſdam ex fratribus, ut admoneret illos atque exhortaretur, manifeſtari poteſt.

Ex

Ex Rufini Versione.

Sed & ex Epistolis ejus, quas scripsit, vel ad vicinas Ecclesias, vel ad aliquos ex fratribus, commonens & confirmans eos & cohortans ad fidem, potest sententia ejus evidenter agnosci.

Eusebius Hist. Eccles. Lib. iii. *Cap.* 36.

Καὶ ὁ Πολύκαρπος δὲ τούτων αὐτῶν μέμνηται ἐν τῇ φερομένῃ αὐτοῦ πρὸς Φιλιππησίους ἐπιστολῇ, φάσκων αὐτοῖς ῥήμασι. Niceph. iii. 19.

Sed & Polycarpus eorumdem meminit in ea quæ circumfertur ipsius ad Philippenses Epistola, loquens his verbis. *Cap.* 9. *&* 13.

Rufinus.

Sed & Polycarpus horum memoriam facit in Epistola, quam ad Philippenses scribit; per hæc:

Lib. iv. *Cap.* 14.

Ὁ μέν τοι Πολύκαρπος ἐν τῇ δηλωθείσῃ πρὸς Φιλιππησίους αὐτοῦ γραφῇ, φερομένῃ εἰς δεῦρο, κέχρηται τισι μαρτυρίαις ἀπὸ τῆς Πέτρου προτέρας ἐπιστολῆς. Niceph. iii. 30.

Cæterùm Polycarpus in præfata illa ad Philippenses Epistola, quæ etiamnum extstat, utitur quibusdam testimoniis ex priore Petri Epistola desumptis. *Sæpe.*

Rufinus.

Polycarpus verò in ipsa Epistola, quam ad Philippenses scripserat, utitur testimoniis de prima Petri Epistola.

Hieronymus, in Catalogo.

Polycarpus, Johannis Apostoli discipulus, & ab eo Smyrnæ Episcopus ordinatus, totius Asiæ princeps fuit, &c. Scripsit ad Philippenses valde utilem Epistolam, quæ usque hodie in Asiæ conventu legitur. *Lege Adonem, Lib. de Festivitat. & in Martyrologio.*

Vetus Interpres.

Πολύκαρπος Ἰωάννου ἀποστόλου μαθητὴς, καὶ παρ' αὐτοῦ τῆς Σμυρναίων ἐπίσκοπος κατασταθεὶς, πάσης τῆς Ἀσίας ἀρχηγὸς γέγονε. Ἔγραψε πρὸς Φιλιππησίους πάνυ θαυμαστὴν ἐπιστολὴν, ἥτις ἄχρι τοῦ παρόντος ἐν τῇ Ἀσιανῇ συνόδῳ ἀναγινώσκεται. Suidas, in Πολύκαρπος.

Epiſtolâ xxviii. *ad Lucinium.*

Porrò Joſephi libros, & ſanctorum Papiæ & Polycarpi * volumina, falſus ad te rumor pertulit, à me eſſe tranſlata: quia nec otii mei, nec virium eſt, tantas res eadem in alteram linguam exprimere cum venuſtate. *Lege locum Lib. adversùs Helvidium, Cap.* 9. *ſup. in Teſtimoniis de Ignatii Epiſtolis.*

* *Lege Haymon. Lib.* iv. *Cap.* 19.

Maximus, in Scholiis ad Epiſtolam vii. *Dionyſii, quæ eſt ad Polycarpum.*

Ὁ ἅγιος οὗτος Πολύκαρπος, Σμύρνης τῆς ἐν Ἀσίᾳ γέγονεν ἐπίσκοπος, ἀκροατὴς γενόμενος τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ εὐαγγελιστοῦ, ὥς φησιν Εἰρηναῖος ἐν τῷ τρίτῳ βιβλίῳ τῶν κατὰ τῆς ψευδωνύμου γνώσεως· καὶ μαρτυρίῳ δὲ ἐτελειώθη διὰ πυρός. Ἔχει δὲ καὶ * ἐπιστολὰς ὁ αὐτὸς θεῖος Πολύκαρπος πρὸς Φιλιππησίους. *Lege Pachymeræ Paraphraſim.*

Sanctus hic Polycarpus Smyrnæ in Aſia fuit Epiſcopus, & auditor exſtitit Sancti Johannis Evangeliſtæ, ut ait Irenæus in tertio libro adverſùs falſi nominis ſcientiam: & verò martyrio per ignem conſummatus eſt. Habet quoque idem divinus Polycarpus litteras ad Philippenſes.

* *Lege Theodoriti Epiſt.* 145. *Tom.* iii. *pag.* 1027.

Photius, Bibliothecæ codice 126.

Ἀνεγνώσθη καὶ Πολυκάρπου ἐπιστολὴ πρὸς Φιλιππησίους, γέμουσα πολλῆς νουθεσίας μετὰ σαφηνείας καὶ ἁπλότητος, κατὰ τὸν ἐκκλησιαστικὸν τῆς ἑρμηνείας τύπον. Λέγει δὲ καὶ τὰς ἐπιστολὰς αὐτοῖς Ἰγνατίου τοῦ Θεοφόρου ἀπεσταλκέναι, καὶ αἰτεῖται ἀναδιδαχθῆναι παρ' αὐτῶν, εἴ τι περὶ ἐκείνου διακούσαιεν.

Lecta quoque eſt Polycarpi ad Philippenſes Epiſtola, multis referta admonitionibus, cum perſpicuitate ac ſimplicitate, juxta eccleſiaſticam interpretationis formam. Dicit autem, ſe & Epiſtolas Ignatii Theophori ad eos miſiſſe; petitque, ab ipſis, ſi quid de illo inaudierint, edoceri. *Cap.* 13.

Jacobi Usserii *brevis Notatio de hujusce Epistolæ Exemplaribus.*

Latinum Polycarpum Jacobus Faber Stapulensis, Græcum primus in publicum proposuit †Petrus Halloixius; accepto à Jacobo Sirmondo exemplari, quod ille Romæ ex ‡Fr. Turriani apographo descripserat. Cum quo & alterum collatum à nobis est, quod, ex Andreæ Schotti apographo traductum, Isaaco Vossio communicaverat Cl. Salmasius: de quo, ad Barnabam, jam diximus. De *Latina* verò *Epistola* narrat Alphonsus Salmeron (in Pauli ad Philippenses Epistolam scribens) *etsi mutila & decurtata olim ederetur à Typographis, jam integram & plenam restitutam esse.* Unde de *Græca* quoque integra, alicubi in Germania delitescente, conclusionem hanc (in Notationibus ad Cap. 17. Vitæ Polycarpi) elicit Halloixius. *Integram S. Polycarpi Epistolam Græcè in Germania fuisse constat ex Versione Latina, multis abhinc annis Basileæ in lucem editâ; nimirum eâ, quæ in* Μικροπρεσβυτικῷ *per Henricum Petrum anno salutis* 1550. *prodiit.* Quum constat tamen, nihilo integriorem fuisse editionem illam, quàm quæ anno 1520. ibidem ex officina Adami Petri prodierat, neque pleniorem hanc, quàm quæ vel Argentinæ anno 1502. vel Lutetiæ Parisiorum anno 1498. typis excusæ, vel in antiquissimis codicibus calamo adhuc cernitur exarata. Ut Basiliensis editionis sive integram Epistolam, sive partem illius aliquam, à recentiore profectam fuisse Interprete (penes quem totius Epistolæ Græcum superesset exemplar) non aliud quàm suave habendum sit insomnium.

† In *illustrium Ecclesiæ Orientalium Scriptorum, qui sanctitate juxtà & eruditione primo Christi seculo floruerunt & Apostolis convixerunt, vitis & documentis.* *Duaci* 1633. *Tom.* I. *pag.* 525. Tho. Smithius in *Præfat. ad S. Ignatii Epist. pag.* 10.

‡ Unicum illud exemplar videtur in Christiano orbe adhuc repertum, quo usus est Turrianus. *Ibid.*——— In primo exemplari, ex quo Colomnæus ille codex (qui omnium putatur antiquissimus) & reliqui qui supersunt hodie sunt descripti, librariorum vitio quaternio vel omissus vel transpositus est; cujus defectu factum est, ut in Græcis superstitibus & finem Epistolæ Polycarpi desideremus, & principium Barnabæ. Usserius in *Præmonitione de Barnabæ Epistola.*

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ

ΠΟΛΥΚΑΡΠΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΣΜΥΡΝΗΣ

ΚΑΙ ΙΕΡΟΜΑΡΤΥΡΟΣ

ΠΡΟΣ ΦΙΛΙΠΠΗΣΙΟΥΣ

ΕΠΙΣΤΟΛΗ.

Πολύκαρπος καὶ οἱ σὺν αὐτῷ Πρεσβύτεροι τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ τῇ παροικούσῃ Φιλίπποις· ἔλεος ὑμῖν καὶ εἰρήνη παρὰ Θεοῦ παντοκράτορος καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν πληθυνθείη.

Α'. Συνεχάρην ὑμῖν μεγάλως, ἐν Κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ, δεξαμένοις τὰ μιμήματα τῆς ἀληθοῦς ἀγάπης, καὶ προπέμψασιν, ὡς ἐπέβαλεν ὑμῖν, τοὺς ἐνειλημμένους τοῖς ἁγιοπρεπέσι δεσμοῖς,

VERS. COT. *Polycarpus, & qui cum eo Presbyteri, Ecclesiæ Dei quæ habitat Philippis; misericordia vobis & pax à Deo omnipotente, & Domino Jesu Christo Salvatore nostro multiplicetur.*

Φιλίπποις.] Deest fortè ἐν vel potiùs repone Φιλίππους, ut habet codex Florentinus, & quidem rectiùs. SMITH.

Τὰ μιμήματα]*Simulachra* sive *exemplaria*: quod vel ad Philippenses referri videtur, quòd mente *susceperint*, suisque moribus *veræ charitatis imaginem*, quàsi vivis coloribus expressam, repræsentaverint; vel, si mavis, ad S. Ignatium & socios, utpote *veræ dilectionis* erga Christum, despectis omnibus vitæ periculis, forti animo & exemplo maximè imitabili exhibitæ, *simulachra* & εἰκόνας· quos nimirum benevolo admodum affectu *ex-*

SANCTI
POLYCARPI
MARTYRIS
SMYRNÆORUM EPISCOPI
DISCIPULI S. JOANNIS
EVANGELISTÆ
AD PHILIPPENSES
EPISTOLA.

Polycarpus & qui cum eo sunt Presbyteri Ecclesiæ Dei quæ est Philippis: misericordia vobis & pax à Deo omnipotente & Jesu Christo Salvatore nostro abundet. VET. INT.

I. COngratulatus sum vobis magnificè in Domino nostro Jesu Christo, suscipiens imitabilia verba dilectionis quam ostendistis in illis, qui præmissi sunt, viris sanctis, * decorosis vinculis con- * *Al.* decoris.

I. Magnopere gratulatus sum vobis, in Domino nostro Jesu Christo; quòd veræ caritatis simulacra suscepistis; & quòd, prout decuit vos, deduxistis implicatos vinculis quæ conveniunt sanctis, quæque diademata sunt VERS. COT.

ceperunt Philippenses, & jam *vinculis* Romam abducendos in via aliquantulum comitati sunt, & extra civitatis suæ pomœria ultro *deduxerunt*. Idem.

Καὶ προπέμψασιν κ. τ λ] Vet. Int. in hisce & sequentibus turpiter lapsus est. Tu cum D. Pearsono in Vindic. Ignat. P. I. Cap. v. ita verte: *Congavisus sum vobis, qui veræ charitatis exemplaria excepistis, & deduxistis, ut vestro officio conveniebat, involutos vinculis, quæ sanctis ornamento sunt.* Idem.

ἅτινά ἐστι διαδήματα τῶν ἀληθῶς ὑπὸ Θεοῦ καὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν ἐκλελεγμένων. Καὶ ὅτι ἡ βεβαία τῆς πίστεως ὑμῶν ῥίζα, ἐξ ἀρχαίων καταγγελλομένη χρόνων, μέχρι νῦν διαμένει, καὶ καρποφορεῖ εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, ὃς ὑπέμεινεν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν ἕως θανάτου καταντῆσαι· ὃν ἤγειρεν ὁ Θεὸς λύσας τὰς ὠδῖνας τοῦ ᾅδου. Εἰς ὃν οὐκ ἰδόντες πιστεύετε, πιστεύοντες δὲ ἀγαλλιᾶσθε χαρᾷ ἀνεκλαλήτῳ καὶ δεδοξασμένῃ· εἰς ἣν πολλοὶ ἐπιθυμοῦσιν εἰσελθεῖν, εἰδότες ὅτι χάριτί ἐστε σεσωσμένοι, οὐκ ἐξ ἔργων, ἀλλὰ θελήματι Θεοῦ, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Β΄. Διὸ ἀναζωσάμενοι τὰς οσφύας δουλεύσατε τῷ Θεῷ ἐν φόβῳ καὶ ἀληθείᾳ, ἀπολιπόντες τὴν κενὴν ματαιολογίαν, καὶ τὴν τῶν πολλῶν πλάνην, πιστεύσαντες εἰς τὸν ἐγείραντα τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐκ νεκρῶν, καὶ δόντα αὐτῷ δόξαν καὶ θρόνον ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ· ᾧ ὑπετάγη τὰ πάντα ἐπουράνια καὶ ἐπίγεια· ᾧ πᾶσα πνοὴ [1] λατρεύει· ὃς ἔρχεται κριτὴς ζώντων καὶ νεκρῶν· οὗ τὸ αἷμα ἐκζητήσει ὁ Θεὸς ἀπὸ τῶν ἀπειθούντων αὐτῷ.

VAR. LECT. [1] Al. λατρεύσει.

VERS. COT. eorum qui verè ſunt à Deo & à Domino noſtro electi : & quòd firma fidei veſtræ radix ab antiquis temporibus annunciata, uſque adhuc permanet, ac fructum affert in Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui ſuſtinuit pro peccatis noſtris, uſque ad mortem devenire : *quem reſuſcitavit Deus, ſolutis doloribus Inferni. In quem non videntes, creditis; credentes autem exſultatis lætitiâ inenarrabili & glorificatâ*; in quam multi deſiderant introire; ſcientes quòd *gratiâ eſtis ſalvati, non ex operibus*, ſed voluntate Dei, per Jeſum Chriſtum.

Ἐξ ἀρχαίων καταγγελλομένη χρόνων.] 'A primis accepti 'Evangelii per prædicationem 'S. Pauli initiis.' *Idem.*

Ματαιολογίαν.] Hæreticorum nimirum, qui vera religio-

nexis, quæ ſunt coronæ electæ Deo, illius veri regni, per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum: & quia firmitas fidei veſtræ à principio uſque nunc permanet, & fructificat in Domino Jeſu Chriſto, qui ſuſtinuit pro peccatis noſtris uſque ad mortem: *quem reſuſcitavit Deus, diſſolvens dolores inferni.* *Quem quum non videritis, nunc diligitis; in quem nunc non aſpicientes, creditis: credentes autem gaudebitis gaudio inenarrabili & glorificato:* in quod multi deſiderant introire, ſcientes quia *gratiâ ſalvi facti eſtis, non ex operibus,* ſed in voluntate Dei, per Jeſum Chriſtum.

VET. INT. — Act. ii. 24. — 1 Pet. i. 8. — Ephes. ii. 8.

II. *Propter quod ſuccincti lumbos veſtros ſervite Deo cum timore* & in veritate: dimiſſo inani vaniloquio & * multo errore. *Credite* ergo *in illum qui reſuſcitavit Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum ex mortuis, & dedit ei gloriam,* & ſedem in dextera ſua; cui ſubjecta ſunt omnia cœleſtia, & terreſtria, & ſubterranea; cui omnis ſpiritus ſervit; qui venturus eſt judicare vivos & mortuos; cujus ſanguinem requiret Deus ab eis qui non credide-

1 Pet. i. 13. — Pſal. ii. 11. — * *f.* multorum. — 1 Pet. i. 21.

II. *Propter quod ſuccincti lumbos, ſervite Deo in timore* & veritate; relinquentes inane vaniloquium, & plurimorum errorem; credentes in eum, *qui ſuſcitavit Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum à mortuis, & dedit ei gloriam,* ac ſedem ad dexteram ſuam: cui ſubjecta ſunt omnia cœleſtia & terreſtria: cui omnis ſpiritus ſervit: qui venit judex vivorum & mortuorum: cujus ſanguinem requiret Deus ab iis qui non credunt in illum. Is verò qui ſuſci-

VERS. COT.

nis Chriſtianæ dogmata vanis ſuis figmentis adulterârunt. *Idem.*

"Ερχεται.] Fortè ἐλεύσεται. JUN.——Ut legebat Vet. Int. Sed prius verbum tolerari poteſt: quaſi diem ultimi judicii prope inſtare, quæ erat communis Chriſtianorum iſtius ſeculi, & etiam ſequentium, opinio, credidiſſet ſanctiſſimus Martyr. *Idem.*

Ὁ δὲ ἐγείρας αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, καὶ ἡμᾶς ἐγερεῖ, ἐὰν ποιῶμεν αὐτοῦ τὸ θέλημα, καὶ πορευώμεθα ἐν ταῖς ἐντολαῖς αὐτοῦ, καὶ ἀγαπῶμεν ἃ ἠγάπησεν· ἀπεχόμενοι πάσης ἀδικίας, πλεονεξίας, φιλαργυρίας, καταλαλιᾶς, ψευδομαρτυρίας· μὴ ἀποδιδόντες κακὸν ἀντὶ κακοῦ, ἢ λοιδορίαν ἀντὶ λοιδορίας, ἢ γρόνθον ἀντὶ γρόνθου, ἢ κατάραν ἀντὶ κατάρας. [2] Μνημονεύσαντες δὲ ὧν εἶπεν ὁ Κύριος διδάσκων· Μὴ κρίνετε, ἵνα μὴ κριθῆτε· ἀφίετε, καὶ ἀφεθήσεται ὑμῖν· ἐλεεῖτε, ἵνα ἐλεηθῆτε· ἐν ᾧ μέτρῳ [3] μετρεῖτε, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν. Καὶ, ὅτι μακάριοι οἱ πτωχοὶ, καὶ οἱ διωκόμενοι ἕνεκεν δικαιοσύνης· ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ.

Γʹ. Ταῦτα, ἀδελφοὶ, οὐκ ἐμαυτῷ ἐπιτρέψας γράφω ὑμῖν περὶ τῆς δικαιοσύνης· ἀλλ' ἐπεὶ ὑμεῖς [1] προεπεκαλέσασθέ με. Οὔτε γὰρ ἐγὼ, οὔτε ἄλλος ὅμοιος ἐμοὶ δύναται κατακολουθῆσαι τῇ σοφίᾳ

Var. Lect. [2] MS. Μνημονεύοντες. [3] MS. μετρῆτε. [1] MS. προσεπηλακίσατε.

Vers. Cot. tavit ipſum à mortuis, & nos ſuſcitabit, ſi fecerimus ipſius voluntatem, & ambulaverimus in mandatis ejus, atque dilexerimus ea quæ dilexit: abſtinentes ab omni injuſtitia, fraudatione, avaritia, obtrectatione, falſo teſtimonio: *non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto*, nec pugnum pro pugno, nec imprecationem pro imprecatione: memores autem eorum quæ dixit Dominus docens; *Nolite judicare, ne judicemini; dimit-*

Γρόνθον ἀντὶ γρόνθου.] Hujus vocis inuſitatæ ſignificatio hoc ſequenti cujuſdam viri doctiſſimi ſcholio optimè explicatur: Euſtathius in Iliad Ψ. Πτύσσοντες τοὺς τῆς χειρὸς δακτύλους, καὶ οὕτως στρυφνοῦντες εἰς πύκνωσιν οἱ πυγμάχοι, ἀθλοῦσιν· εἰς γρόνθον συστρέφοντες· ὅπερ κόνδυλόν φασιν οἱ σοφοί. Suidas: Πυγμὴ, πάλη, σύγκλεισις δακτύλων, γρόνθος. Ita in Lexico Heſychii Græco πυγμὴ eſt γρόνθος, in Cyrilli Græco-Latino, γρόνθος, *pugnus*; & in Philoxeni Latino-Græco, *pugnus*, γρόνθος. Idem.

Μνημονεύσαντες] Vet. Int. legit μνημονεύετε. Idem.

Ἐλεεῖτε . . . . . . ὑμῖν.] Deſunt hæc in Salmaſiano exemplari. Usser.

runt in eum: qui & resuscitavit eum à mortuis; VET. INT.
qui & nos resuscitaturus est * in vita, si fecerimus * *Al.* ad *vel*
voluntatem ejus, & ambulaverimus in mandatis in vitam.
ipsius, & dilexerimus quæ ipse dilexit; abstinentes nos ab omni injustitia, hoc est, à concupiscentia, ab avaritia, à detractione, à falso testimonio;
non reddentes malum pro malo, aut injuriam pro 1 Pet. iii. 9.
injuria, aut contumeliam pro contumelia, aut maledictum pro maledicto. Mementote quod Dominus docens dixit: *Nolite judicare, ne judicemini*; Matt. vii. 1.
dimittite, & dimittetur vobis; misereminì, & Do- Luc. vi. 37.
minus miserebitur vestri: *quâ enim mensurâ mensi fueritis, remetietur eadem vobis.* Et quod dictum
est: *Beati pauperes spiritu, & qui persecutionem* Matt. v. 3.10.
patiuntur propter justitiam; quoniam ipsorum est regnum cælorum.

III. Hæc autem, fratres mei, non à meipso * im- * *f.* impetrans.
perans, scribo vobis de justitia; sed quoniam vos provocâstis. Propter quod neque ego, neque similis alius mei poterit sequi sapientiam beati & glo-

tite, & dimittetur vobis: misereminì, ut misericordiam VERS. COT.
consequamini. *In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis.* Et; *Beati pauperes; & qui persecutionem patiuntur propter justitiam: quoniam ipsorum est regnum Dei.*

III. Hæc, fratres, non quòd mihi arrogem, scribo vobis de justitia: sed quia vos provocâstis me. Neque enim ego, neque alius mei similis, assequi potest beati &

Ἐμαυτῷ.] Fortè ἐξ ἐμαυτοῦ. JUN.

Προεπεκαλέσασθε.] 'Hanc 'libertatem minimè non permisi aut arrogavi, nisi à vobis & literis vestris priùs invitatus, & quasi provocatus.' Nullatenus placet lectio Cod. Flor. προσεπηλακίσατε. SMITH.

Τῇ σοφίᾳ κ. τ. λ.] Insigni elogio Polycarpus cohonestat S. Paulum *ob sapientiam*; quâ voce S. Petrus de eodem utitur 2 Epist. iii. 15. h. e. ob scientiam cœlestium arcanorum &

τοῦ μακαρίου καὶ ἐνδόξου Παύλου· ὃς γενόμενος ἐν ὑμῖν κατὰ πρόσωπον τῶν τότε ἀνθρώπων, ἐδίδαξεν ἀκριβῶς καὶ βεβαίως τὸν περὶ ἀληθείας λόγον· ὃς καὶ ἀπὼν ὑμῖν ἔγραψεν ἐπιστολὰς, εἰς ἃς ἐὰν ἐγκύπτητε, δυνηθήσεσθε οἰκοδομεῖσθαι εἰς τὴν δοθεῖσαν ὑμῖν πίστιν, ἥτις ἐστὶ μήτηρ πάντων ὑμῶν, ἐπακολουθούσης τῆς ἐλπίδος, προαγούσης τῆς ἀγάπης, τῆς εἰς Θεὸν καὶ Χριστὸν καὶ εἰς τὸν πλησίον. Ἐὰν γάρ τις τούτων ἐντὸς ᾖ, πεπλήρωκεν ἐντολὴν δικαιοσύνης· ὁ γὰρ ἔχων ἀγάπην, μακράν ἐστι πάσης ἁμαρτίας.

Δ'. Ἀρχὴ δὲ πάντων χαλεπῶν φιλαργυρία. Εἰδότες οὖν ὅτι οὐδὲν εἰσηνέγκαμεν εἰς τὸν κόσμον, ἀλλ' οὐδὲ ἐξενεγκεῖν τι ἔχομεν, ὁπλισώμεθα τοῖς ὅπλοις τῆς δικαιοσύνης, καὶ διδάξωμεν ἑαυτοὺς πρῶτον, πορεύεσθαι ἐν τῇ ἐντολῇ τοῦ Κυρίου· ἔπειτα καὶ

VERS. COT. gloriosi Pauli sapientiam: qui cùm esset apud vos in conspectu hominum qui tunc vivebant, perfectè ac firmiter docuit verbum veritatis: qui & absens vobis scripsit Epistolas; in quas si intueamini, ædificari poteritis in fide quæ data est vobis, quæ est mater omnium nostrûm, subsequente spe, præcedente caritate in Deum, in Christum, & in proximum. Si quis enim intra hæc fuerit,

mysteriorum Evangelii: quem Patres omnis fere ævi accumulatis istiusmodi elogiis secuti sunt. *Idem.*

Ἐπιστολάς.] Quòd *Epistolarum* à B. Paulo ad Philippenses scriptarum Polycarpus meminit; ideo factum hoc affirmat Salmeron, *quia præter illam ad Philippenses, utramque ad Thessalonicenses tanquam sibi scriptas agnoscere debebant, qui in una & eadem Macedonia non procul à seipsis commorabantur.* USSER. —— Infra Cap. xiii. *qui istis in principio Epistolæ ejus.* Epistolas & de una Epistola dici, observatum doctis Scripturarum Interpretibus, ad libros Machabæorum. Eusebius Eccl. Hist. Lib vi. C 11. Μνημονεύει γέτοι καὶ αὐτὸς ὁ Ἀλέξανδρος ἐν ἰδίαις ἐπιστολαῖς . . . . . ταῦτα κατὰ λέξιν ἐπὶ τέλει γράφων τῆς αὐτῆς ἐπιστολῆς Et Cap. 43. de una Epistola Cornelii & alia Cypriani ait; Ἦλθον δ' οὖν εἰς ἡμᾶς ἐπιστολαὶ Κορνηλίου Ῥωμαίων ἐπισκόπου . . . . . καὶ

riosi Pauli: qui fuit apud vos, & visus est secundùm faciem illis, qui tunc erant, hominibus; qui docuit certissimè atque firmissimè verbum veritatis; qui & absens scripsit vobis Epistolas, ad quas deflectamini, ut possitis ædificari in fide quæ data est vobis, quæ est mater omnium nostrûm, subsequente spe, præcedente dilectione, quæ est in Deo, & in Christo, & in proximo. Si enim quis horum intrinsecus repletus fuerit mandatis justitiæ, & habuerit dilectionem; longè est ab omni peccato. VET. INT.

IV Principium autem omnium malorum est avaritia. Scitote ergo, quia *nihil intulimus in hunc mundum, neque auferre possumus.* Armemur armis justitiæ; & doceamus nosmet ipsos primùm ambulare in mandatis Domini: & post hoc etiam 1 Tim. vi. 10. ——— 7.

mandatum justitiæ implevit. Nam qui habet caritatem, longe est ab omni peccato. VERS. COT.

IV. Principium autem omnium malorum est habendi cupiditas. Scientes ergo quòd *nihil intulimus in hunc mundum, sed nec auferre quid valemus*; armemur armis justitiæ; & doceamus nos ipsos primùm, ambulare in mandato Domini: deinde & vestras uxores; in sibi tra-

ἄλλας πάλιν. Ῥωμαϊκῇ φωνῇ συντεταγμένας, Κυπριανοῦ καὶ τῶν ἅμ αὐτῷ κατὰ τὴν Ἀφρικὴν ἐπισκόπων Quæ secunda sic retulit Hieronymus in Catalogum suum; *Cornelius scripsit Epistolam* &c. Coт. ——— Non certum & expresso nomine plures; sed innuere videtur quasdam alias Epistolas S. Pauli, sive ad Thessalonicenses, non valde procul à Philippensibus distitos, sive ad Corinthios missas, iisdem pro more communicatas, adeoque ad ipsos Philippenses quodammodo spectare. SMITH.

Μήτηρ πάντων ὑμῶν.] Fortè ἡμῶν. JUN. ——— *Fide* renascimur, utpote γεννώμενοι ἄνωθεν Joan. iii. 3. sive γεγεννημένοι ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος. 5. *geniti à Spiritu Sancto per baptismum*; quando professio *fidei* Christianæ solenniter & necessario adhibetur. SMITH.

Ἔπειτα καὶ τὰς γυναῖκας κ. τ. λ.] Ubi de uxorum officio agitur, parenthesin apponendam putavimus; ut τὸ πορεύ-

τὰς γυναῖκας ὑμῶν ἐν τῇ δοθείσῃ αὐταῖς πίστει καὶ ἀγάπῃ καὶ ἁγνείᾳ, στεργούσας τοὺς ἑαυτῶν ἄνδρας ἐν πάσῃ ἀληθείᾳ, καὶ ἀγαπώσας πάντας ἐξ ἴσου ἐν πάσῃ ἐγκρατείᾳ, καὶ τὰ τέκνα παιδεύειν τὴν παιδείαν τοῦ φόβου τοῦ Θεοῦ. Τὰς χήρας σωφρονούσας περὶ τὴν τοῦ Κυρίου πίστιν, ἐντυγχανούσας ἀδιαλείπτως περὶ πάντων, μακρὰν οὔσας πάσης [1] διαβολῆς, καταλαλιᾶς, ψευδομαρτυρίας, φιλαργυρίας, καὶ παντὸς κακοῦ· γινωσκούσας ὅτι εἰσὶ θυσιαστήρια Θεοῦ, καὶ ὅτι πάντα [2] ἡμῶν σκοπεῖται, καὶ λέληθεν αὐτὸν οὐδὲν, οὔτε λογισμῶν, οὔτε ἐννοιῶν, [3] οὔτέ τι τῶν κρυπτῶν τῆς καρδίας.

VAR. LECT. 1 Al. διαβολικῆς. 2 μωμοσκοπεῖται. 3 οὐκ ἔτι.

VERS. COT. dita fide & caritate & castitate; amantes viros suos in omni veritate, ac diligentes cunctos æqualiter, in omni continentia; & erudire filios suos in disciplina timoris Dei: tum viduas; circa fidem Domini prudentes, interpellantes sine intermissione pro omnibus, longè recedentes

εσθαι ambulare, repetatur ἀπὸ κοινοῦ in priore membro; & infinitivum παιδεύειν *erudire* constet in posteriore. USSER.

Διαβολῆς, καταλαλιᾶς.] Rectè distinguuntur διαβολὴ & καταλαλιὰ, ut diversa mentis & linguæ vitia, in libris sacris & scriptis Ethnicorum. Vet. Int. legebat διαβολικῆς, & sic habet codex Florentinus: sed dubito, an rectè. SMITH.

Θυσιαστήρια Θεοῦ.] Θυσιαστήριον ab aliis hìc legitur, uti in Versione vetere Latina. Quòd verò Viduæ hìc θυσιαστήριον sive *sacrarium Dei* vocantur; non aliunde id sumpsisse Polycarpum quàm ex Clementinis Constitutionibus Apostolicis, in Græcis earundem Prolegomenis Turrianus asserit: quum nobis multò fiat verisimilius, & Pseudo-Clementem in Constitutionibus illis, & Pseudo-Ignatium in Epist. ad Tarsenses, ex Polycarpo hoc ipsum fuisse mutuatum. Sub finem certè Epistolæ illius, [§. 9.] honorandas viduas esse legimus, ὡς θυσιαστήριον Θεοῦ, eamque comparationem in commentitiis illis Apostolorum Διαταγαῖς aliquoties repetitam invenimus. Ut Lib ii. Cap. 26. αἵ τε χῆραι καὶ ὀρφανοὶ εἰς τύπον τοῦ θυσιαστηρίου λελογίσθωσαν ὑμῖν. *Viduas & pupillos existimate, quasi altare repræsentent.* iii. 6. Γνωριζέτω ἡ χήρα ὅτι θυσιαστήριόν ἐστι Θεοῦ, καὶ καθίσθω ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτῆς. *Sciat vidua se esse altare Dei, & domi suæ sedeat.*

mulieres vestras in fide quæ data est eis & dilectione & castitate, amantes suos viros in omni veritate & charitate; diligentes omnes æqualiter in omni continentia; & filios erudire in disciplina & timore Dei. Viduæ verò pudicæ circa fidem Dei interpellent incessanter pro omnibus, elongantes se ab omnibus diabolicis detractionibus, & falso testimonio, & ab omni malo; cognoscentes seipsas, quia sunt sacrarium Dei: quoniam omnia Deus prospicit, & nihil eum latet, neque cogitatio, neque conscientia, neque aliquod abditum cordis. VET. INT.

ab omni calumnia, detractione, falso testimonio, avaritia, & omni malo, cognoscentes quòd altaria Dei sunt, & quòd ille omnia nostra conspicit, ac nihil eum latet, neque ratiociniorum, neque cogitationum, nec quidquam occultorum cordis. VERS. COT.

Et 14. *ἡ χήρα προσευχέσθω ὑπὲρ τοῦ δεδωκότος ὅστις ποτ' ἂν ῇ, ἅγιον θυσιαστήριον Χριστοῦ ὑπάρχουσα. Vidua precetur pro eo, qui dedit, quicunque ille sit; cùm sit ipsa sanctum altare Christi.* Ubi ratio comparationis subindicari videtur; in aliorum indigentium causa, iv. 2. paulò clariùs explicata. *Θυσιαστήριον γὰρ τῷ Θεῷ λελογισμένος, ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τιμηθήσεται. ὑπὲρ τῶν διδόντων αὐτῷ διηνεκῶς προσευχόμενος. Habitus enim à Deo instar altaris, afficietur honore ab eo, pro eis, qui ei dant, assiduè deprecans.* Quâ ratione etiam Clemens Ale . Lib. vii. Stromatum, *βωμὸν ἀληθῶς ἅγιον, τὴν δικαίαν ψυχὴν, καὶ τὸ ἀπ' αὐτῆς θυμίαμα τὴν ὁσίαν εὐχὴν* appellat. USSER. ——— His quæ posuimus suprà, adde elegantem Nili Ascetæ Epistolam ad Andream Presbyterum, quòd Monachus sit altare Domini. Mitto te etiam ad Convivium Methodii Oratione 5. extremâ. COT.

Ἡμῶν σκοπεῖται.] In exemplari, *μωμοσκοπεῖται* scriptum est: quam vocem qui non intellexerunt, *ἡμῶν σκοπεῖται* legendum existimârunt: sed pronomen Vetus non agnovit Interpres. Cum *θυσιαστηρίῳ* verò à Clemente in Epist. ad Corinthios [Cap. 41] (quam in hac aliàs etiam non semel Polycarpus est secutus) *μωμοσκοπηθὲν τὸ προσφερόμενον* conjunctim cernimus: ubi *μωμοσκόπων* officium pluribus nos docuit doctissimus Junius. USSER. ——— Sic omnino legendum. SMITH.

Οὔτε τι.] Sic rectiùs in Salmasii apographo, pro Halloixii *οὔτ' ἔτι*. USSER.

Ε'. Εἰδότες οὖν, ὅτι Θεὸς οὐ μυκτηρίζεται, ὀφείλομεν ἀξίως τῆς ἐντολῆς αὐτοῦ καὶ δόξης περιπατεῖν. Ὁμοίως διάκονοι ἄμεμπτοι κατενώπιον αὐτοῦ τῆς δικαιοσύνης, ὡς Θεοῦ [1] ἐν Χριστῷ διάκονοι, καὶ οὐκ ἀνθρώπων· μὴ διάβολοι, μὴ [2] δίγλωσσοι, ἀφιλάργυροι, ἐγκρατεῖς περὶ πάντα, εὔσπλαγχνοι, ἐπιμελεῖς, πορευόμενοι κατὰ τὴν ἀλήθειαν τοῦ Κυρίου, ὃς [3] ἐγένετο διάκονος πάντων· ᾧ ἐὰν εὐαρεστήσωμεν ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, ἀποληψόμεθα καὶ τὸν μέλλοντα, καθὼς ὑπέσχετο ἡμῖν ἐγεῖραι ἡμᾶς ἐκ νεκρῶν· καὶ ὅτι ἐὰν πολιτευσώμεθα ἀξίως αὐτοῦ, καὶ συμβασιλεύσωμεν αὐτῷ, εἴγε πιστεύομεν. Ὁμοίως καὶ νεώτεροι ἄμεμπτοι ἐν πᾶσι, πρὸ παντὸς προνοοῦντες ἁγνείας, καὶ χαλιναγωγοῦντες ἑαυτοὺς ἀπὸ παντὸς κακοῦ. Καλὸν γὰρ τὸ ἀνακύπτεσθαι ἀπὸ τῶν ἐπιθυμιῶν ἐν τῷ κόσμῳ· ὅτι πᾶσα ἐπιθυμία κατὰ τοῦ πνεύματος στρατεύεται· καὶ οὔτε πόρνοι, οὔτε μαλακοὶ, οὔτε ἀρσενοκοῖται βασιλείαν Θεοῦ κληρονομήσουσιν, οὔτε οἱ ποιοῦντες τὰ ἄτοπα. Διὸ δέον ἀπέχεσθαι ἀπὸ πάντων τούτων, ὑποτασσομένους τοῖς πρεσβυτέροις καὶ δια-

VAR. LECT. [1] Al. καὶ Χριστοῦ. [2] δίλογοι. [3] MS. ἐγίνετο.

VERS. COT. V. Scientes ergo quòd *Deus non irridetur*; debemus dignè mandato ejus ac voluntate ambulare. Similiter Diaconi, in conſpectu juſtitiæ ejus inculpati eſſe debent; ſicut miniſtri Dei & Chriſti, non autem hominum: non calumniatores, non bilingues, nec avari; verùm continentes in omnibus, miſericordes, ſeduli, incedentes juxta veritatem Domini, qui factus eſt omnium miniſter: cui ſi in hoc ſæculo placuerimus, recipiemus & futurum; quemadmodum pollicitus eſt nobis quòd reſuſcitabit nos à

Ἐν Χριστῷ] Ibidem καὶ Χριστοῦ. Ita quoque legebat Vet Int. *Idem.*

Πρὸ παντὸς προνοοῦντες ἁγνείας.] Salmaſii Exemplar πρὸς πάντα προγνοοῦντες habet: & ἀγνοίας vitiosè legit Vet. Int. *Idem.* —— '*Juvenes ante om-*

V. Scientes ergo quia *Deus non deridetur*; debemus dignè in mandatis ejus & gloria ambulare. Similiter Diaconi inculpabiles ſint in conſpectu juſtitiæ ejus, ſicut Dei & Chriſti miniſtri, & non hominum: non criminatores, neque detractores, neque avari; ſed omnia tolerantes, in omnibus miſericordes, diligentes in omnibus, ambulantes in veritate Domini, qui factus eſt miniſter omnium: * cui ſi complaceamus in hoc ſeculo, percipiemus ea quæ futura ſunt, ſecundùm quod repromiſit reſuſcitare nos à mortuis: & ſi dignè eo converſati fuerimus, & ſi crediderimus, conregnabimus cum eo. Juvenes ſimiliter inculpabiles ſint in omnibus; omnem ignorantiam * prævidentes, refrenantes ſe ab omni malo. Bonum eſt enim abſcindi ab omnibus concupiſcentiis mundi: quoniam omnis *concupiſcentia adversùs ſpiritum militat*: quia *neque fornicarii, neque molles, neque maſculorum concubitores, regnum Dei poſſidebunt*, neque illicita facientes. Propter quod abſtineri oportet ab omnibus his. Subjecti eſtote Preſbyteris & Diaconis, ſicut

VET. INT. Gal. vi. 7.

* *Al.* huic ſi placemus.

* *Al.* providentes.

1 Pet. ii. 11.

1 Cor. vi. 9, 10.

mortuis, & quòd, ſi dignè ipſo converſemur, etiam cum eo regnabimus, ſi quidem credimus. Simili modo & juvenes in omnibus inculpabiles ſint; ante omnia caſtitati conſulentes, ac ſe ab omni malo refrenantes. Bonum quippe eſt ſeparari à *deſideriis* in mundo. Quia omnis cupiditas *militat adversùs* ſpiritum: & *neque fornicarii, neque molles, neque maſculorum concubitores regnum Dei poſſidebunt*; neque qui abſona faciunt. Quare oportet ab his omnibus abſtinere, ſubjici autem Preſbyteris & Dia-

VERS. COT.

'*nia* debent eſſe de *caſtitate* & 'pudicitia maximè *ſoliciti*.' SMITH.

'Ἀνακύπτεσθαι.] Legebat Vet. Int. ἀνακόπτεσθαι. Sed lectio, quam Græcum exemplar Romanum ſuppeditat, longè melior mihi videtur. Ἀνακύπτεσθαι enim eſt *emergere, & ſurſum quaſi ex aquis attolli*. Id.

κόνοις, ὡς Θεῷ καὶ Χριστῷ. Τὰς παρθένους ἐν ἀμώμῳ καὶ ἁγνῇ συνειδήσει περιπατεῖν.

ϛʹ. Καὶ οἱ πρεσβύτεροι δὲ εὔσπλαγχνοι, εἰς πάντας ἐλεήμονες, ἐπιστρέφοντες τὰ ἀποπεπλανημένα, ἐπισκεπτόμενοι πάντας ἀσθενεῖς, μὴ ἀμελοῦντες χήρας, ἢ ὀρφανοῦ, ἢ πένητος· ἀλλὰ προνοοῦντες ἀεὶ τοῦ καλοῦ ἐνώπιον Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ἀπεχόμενοι πάσης ὀργῆς, προσωποληψίας, κρίσεως ἀδίκου· μακρὰν ὄντες πάσης φιλαργυρίας· μὴ ταχέως πιστεύοντες κατά τινος· μὴ ἀπότομοι ἐν κρίσει, εἰδότες ὅτι πάντες ὀφειλέται ἐσμὲν ἁμαρτίας. Εἰ οὖν δεόμεθα τοῦ Κυρίου, ἵνα ἡμῖν ἀφῇ, ὀφείλομεν καὶ ἡμεῖς ἀφιέναι· ἀπέναντι γὰρ τῶν τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ ἐσμεν ὀφθαλμῶν, καὶ πάντας δεῖ παραστῆναι τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἕκαστον ὑπὲρ ἑαυτοῦ λόγον δοῦναι. Οὕτως οὖν δουλεύσωμεν αὐτῷ μετὰ φόβου, καὶ πάσης εὐλαβείας, καθὼς αὐτὸς ἐνετείλατο, καὶ οἱ εὐαγγελισάμενοι ἡμᾶς ἀπόστολοι, καὶ οἱ προφῆται οἱ προκηρύξαντες τὴν ἔλευσιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν· ζηλωταὶ περὶ τὸ καλὸν, ἀπεχόμενοι τῶν σκανδάλων, καὶ τῶν ψευδαδέλφων, καὶ τῶν ἐν ὑποκρίσει φερόντων

Vers. Cot. conis, tamquam Deo & Christo: Virgines verò oportet in immaculata & casta conscientia vivere.

VI. Et Presbyteri sint ad commiserationem proni; misericordes erga cunctos; aberrantia reducentes; visitantes infirmos omnes; non negligentes viduam, aut pupillum, aut pauperem: sed semper *providentes bonum coram Deo & hominibus*; abstinentes ab omni ira, acceptione personarum, judicio injusto; longè recedentes ab omni avaritia; non citò credentes adversùs aliquem; non

Περιπατεῖν] Supplendum videtur ex Clemente nostro, quem in plerisque in hac imitatur Polycarpus, παραγγέλλει. JUN —— Infinitivus hic ad τὸ δέον, quod præcedit,

Deo & Chriſto. Virgines, immaculatâ & caſtâ conſcientiâ ambulate. VET. INT.

VI. Preſbyteri ſimplices ſint, in omnibus miſericordes, omnes ab errore convertentes, omnes infirmos viſitantes; viduas & pupillos & pauperes non negligentes: ſed ſemper *providentes bona coram Deo & hominibus.* Abſtinete vos ab omni iracundia, à judicio injuſto: longè ab omni avaritia eſtote. Non citò conſentiatis adversùs aliquem, ne prævaricemini in judicio: ſcientes quia debitores ſumus peccati. Si ergo deprecamur Dominum, ut nobis dimittat, debemus etiam nos dimittere. Ante conſpectum enim oculorum Domini ſumus, & *omnes oportet aſtare ante tribunal Chriſti,* & *unumquemque pro ſe rationem reddere.* Sic ergo ſerviamus ei cum timore, & omni reverentia, ſecundùm quod evangelizaverunt nobis Apoſtoli Domini, & Prophetæ annunciaverunt adventum Domini noſtri Jeſu Chriſti: zelantes bona; abſtinentes vos à ſcandalis, & falſis fratribus, & qui

Rom. xii. 17. 2 Cor. viii. 21.

Matt. vi. 12.

Rom. xiv. 10. 2 Cor. v. 10.

VERS. COT.

ſeveri nimiùm in judicio, qui ſciant nos omnes debitores eſſe peccati. Si ergo deprecamur Dominum, ut nobis dimittat; debemus & nos dimittere. Nam coram Domini ac Dei oculis ſumus, & *omnes oportet ſtare ante tribunal Chriſti,* & *unumquemque pro ſe rationem reddere.* Sic itaque ſerviamus illi cum timore & omni reverentia; quemadmodum ipſe præcepit; & qui nobis Evangelium annunciârunt, Apoſtoli; quique Domini noſtri adventum præſignificârunt, Prophetæ: bonum æmulantes; abſtinentes à ſcandalis, & à falſis fratribus, atque ab iis qui

referendus eſt; & conſtructio verborum id omnino exigit. SMITH.

Τὰ ἀποπεπλανημένα] Fortè τοὺς ἀποπεπλανημένους. JUN.

Ἐν ὑποκρίσει] Vet. Int. *in hypocriſim:* fortè *in hypocriſi,* convenienter Græco. *Idem.*

τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου, οἵτινες ἀποπλανῶσι κενοὺς ἀνθρώπους.

Ζ΄. Πᾶς γὰρ, ὃς ἂν μὴ ὁμολογῇ Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθῆναι, ἀντίχριστός ἐστι· καὶ ὃς ἂν μὴ ὁμολογῇ τὸ μαρτύριον τοῦ σταυροῦ, ἐκ τοῦ διαβόλου ἐστί· καὶ ὃς ἂν μεθοδεύῃ τὰ λόγια τοῦ Κυρίου πρὸς τὰς ἰδίας ἐπιθυμίας, καὶ λέγῃ μήτε ἀνάστασιν, μήτε κρίσιν εἶναι, οὗτος πρωτότοκός ἐστι τοῦ Σατανᾶ. Διὸ ἀπολιπόντες τὴν ματαιότητα τῶν πολλῶν, καὶ τὰς ψευδοδιδασκαλίας, ἐπὶ τὸν ἐξ ἀρχῆς ἡμῖν παραδοθέντα λόγον ἐπιστρέψωμεν, νήφοντες πρὸς τὰς εὐχὰς, καὶ προσκαρτεροῦντες νηστείαις· δεήσεσιν αἰτούμενοι τὸν παντεπόπτην Θεὸν, μὴ εἰσενεγκεῖν ἡμᾶς εἰς πειρασμὸν, καθὼς εἶπεν ὁ Κύριος· τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής.

Η΄. Ἀδιαλείπτως οὖν προσκαρτερῶμεν τῇ ἐλπίδι ἡμῶν, καὶ τῷ ἀῤῥαβῶνι τῆς δικαιοσύνης ἡμῶν, ὅς ἐστι Χριστὸς Ἰησοῦς· ὃς ἀνήνεγκεν ἡμῶν τὰς ἁμαρτίας τῷ ἰδίῳ σώματι ἐπὶ τὸ ξύλον· ὃς ἁμαρτίαν

VERS. COT. in hypocrisi nomen Domini ferunt, qui vanos homines in errorem inducunt.

VII. *Omnis* enim *qui non confessus fuerit Jesum Christum in carne venisse, Antichristus est:* & qui non confessus fuerit martyrium crucis; ex Diabolo est: & qui eloquia Domini traduxerit ad desideria sua, dixeritque neque resurrectionem neque judicium esse; hic primogenitus est Satanæ. Quocirca derelictâ plerorumque vanitate falsisque doctrinis, ad traditum nobis ab initio ser-

Πρωτότοκος κ. τ. λ.] Ita ad Marcionem [quum se in conspectum ipsius protrusisset, ut illum agnosceret & salutaret, ut fratrem & Christianæ communionis socium, orans Ἐπιγίνωσκέ με· cujus rei historiam Græcè retulit Eusebius Hist. Eccles. Lib. iv. Cap. 14. SMITH.] Polycarpus idem; Ἐπιγινώσκω σε τὸν πρωτότοκον τοῦ Σατανᾶ, apud Irenæum adv. Hæres. Lib. iii. Cap. 3. quomodo & Elymam magum

in hypocrisim portant nomen Domini, qui aber- VET. INT.
rare faciunt inanes homines.

VII. *Omnis* enim *qui non confitetur Jesum* 1 Joh. iv. 3.
Christum in carne venisse, hic Antichristus est;
& qui non confitetur martyrium crucis, ex Diabolo est: & qui deviaverit eloquia Domini ad propria desideria, & dixerit neque resurrectionem, neque judicium esse, hic primogenitus est Satanæ. Propter quod relinquentes vanitatem multorum, & falsas doctrinas, ad illud quod traditum est no-
bis à principio verbum revertamur. Sobrii simus 1 Pet. iv. 7.
in orationibus, & jejunia tolerantes; supplicationibus petentes omnium perspectorem Dominum,
ne nos inducat in tentationem: secundùm quod Matt vi. 13.
dixit Dominus; *Spiritus quidem promptus est, caro* ——xxvi. 41. Marc. vi. 38.
autem infirma.

VIII. Indeficienter ergo toleremus propter spem nostram & pignus justitiæ, quod est Jesus Chri-
stus: *qui sustulit peccata nostra in corpore suo super* 1 Pet. ii. 24.
lignum: qui peccatum non fecit, nec inventus est ——22.

monem revertamur, *vigilantes in orationibus*, & perse- VERS. COT.
verantes in jejuniis; precibus rogantes omnium conspectorem Deum, *ne nos inducat in tentationem*; sicut dixit Dominus, *spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.*

VIII. Indesinenter ergo perseveremus in spe nostra, & pignore justitiæ nostræ, quod est Christus Jesus; *qui pertulit nostra peccata in corpore suo super lignum; qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus*; sed

υἱὸν διαβόλου B. Paulus, Act. xiii. 10. & Simonem magum, τὸν πρωτότοκον αὐτοῦ υἱὸν, appellat Ignatianæ ad Trallianos Epistolæ interpolator. [§ xi.] USSER.

Παντεπόπτην.] Vox est Clementis [Epist. i. Cap. 55.], quam vix alibi reperias. Gregorius Nazianzen. pro ea utitur παντεπίσκοπος. JUN.——Vulgat. Lat. *prosperatorem*: sed ex Magdal. MS. reposuimus *perspectorem*. USSER.

οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ· ἀλλὰ δι' ἡμᾶς, ἵνα ζήσωμεν ἐν αὐτῷ, πάντα ὑπέμεινε. Μιμηταὶ οὖν γενώμεθα τῆς ὑπομονῆς αὐτοῦ· καὶ ἐὰν πάσχωμεν διὰ τὸ ὄνομα αὐτοῦ, [1] δοξάζομεν αὐτόν. τοῦτον γὰρ ἡμῖν τὸν ὑπογραμμὸν ἔθηκε δι' ἑαυτοῦ· καὶ ἡμεῖς τοῦτο ἐπιστεύσαμεν.

Θ'. Παρακαλῶ οὖν πάντας ὑμᾶς πειθαρχεῖν τῷ λόγῳ τῆς δικαιοσύνης, καὶ ἀσκεῖν πᾶσαν ὑπομονὴν, ἣν [1] ἴδετε κατ' ὀφθαλμοὺς, οὐ μόνον ἐν τοῖς μακαρίοις Ἰγνατίῳ, καὶ Ζωσίμῳ, καὶ Ῥούφῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν ἄλλοις τοῖς ἐξ ὑμῶν, καὶ ἐν αὐτῷ Παύλῳ, καὶ τοῖς λοιποῖς ἀποστόλοις· [2] πεπεισμένους, ὅτι οὗτοι πάντες οὐκ εἰς κενὸν ἔδραμον, ἀλλ' ἐν πίστει καὶ δικαιοσύνῃ· καὶ ὅτι εἰς τὸν ὀφειλόμενον αὐτοῖς τόπον εἰσὶ παρὰ τῷ Κυρίῳ, ᾧ καὶ συνέπαθον. οὐ γὰρ τὸν νῦν ἠγάπησαν αἰῶνα, ἀλλὰ τὸν ὑπὲρ [3] ἡμῶν ἀποθανόντα, καὶ δι' ἡμᾶς ὑπὸ [τοῦ Θεοῦ ἀναστάντα.]

VAR. LECT. 1 MS. Salmaſ. δοξάζωμεν. 1 MS. καὶ εἴδετε. 2 Al. πεπεισμένοι. 3 MS. ὑμῶν.

propter nos, ut in ipſo vivamus, omnia ſuſtinuit. Imitatores igitur ſimus patientiæ ipſius: & ſi patiamur propter nomen ejus, gloriâ illum afficimus. Hoc quippe exemplum nobis poſuit in ſeipſo: ac nos id credidimus.

IX. Rogo itaque vos omnes, ut obediatis verbo juſtitiæ, & omnem patientiam exerceatis, quam oculis ipſis

Δοξάζομεν.] Fortè δοξάσωμεν JUN.

Τοῦτο.] Lege τούτῳ· vel ſi retineatur τοῦτο, ſubintellige εἶναι. SMITH.

Ἣν ἴδετε] Apud Euſebium, ἣν εἴδετε. JUN.

Ζωσίμῳ καὶ Ῥούφῳ.] De quibus vide Martyrologium Romanum ad xviii. Dec. SMITH.

Αὐτοῖς.] Adde πορευόμενοι, ut Vet. Int. legebat. SMITH. ——Vide Clementem [Epiſt. i. Cap. v.]. JUN.

Τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντα] Hic locus eodem modo legitur, apud Euſebium Hiſt. Eccleſ. Lib iii. Cap. 36. Symeonem Metaphraſtam in vita Ignatii, & Nicephorum Calliſti, Hiſt. Lib. iii. Cap. 19. Rufinus tamen Euſebii, & Polycarpi vetus Interpres, *eum qui pro ipſis & pro nobis mortuus eſt*, hic reddidit: pro quo apud Adonem, Rufinianam verſionem ſecu-

dolus in ore ejus; ſed propter nos omnia ſuſtinuit, ut vivamus in ipſo. Imitatores ergo efficiamur tolerantiæ ejus: & ſi paſſi fuerimus pro nomine ejus, glorificemus eum. Hoc enim nobis indicium poſuit de ſeipſo: & nos hoc credidimus. VET. INT.

IX. Rogo igitur vos omnes inſiſtere verbo juſtitiæ & patientiæ, quam & oculatâ fide vidiſtis, non solùm in beatiſſimis illis Ignatio & Zoſimo & Rufo; ſed & in aliis qui ex vobis ſunt, & in ipſo Paulo, & cæteris Apoſtolis: confidentes quia hi omnes non in vacuum cucurrerunt, ſed in fide & juſtitia; & ad debitum ſibi locum * à Domino, cui & compaſſi ſunt, abierunt: quia non hoc ſeculum dilexerunt; ſed eum qui pro ipſis & pro nobis mortuus eſt, & à Deo reſuſcitatus.

* *Al.* cum.

VERS. COT. vidiſtis: non modò in beatis Ignatio & Zoſimo & Rufo; ſed etiam in aliis qui ex vobis, ac in ipſo Paulo, cæteriſque Apoſtolis: perſuaſi, quòd hi omnes in vacuum non cucurrerunt, ſed in fide ac juſtitia; & quòd in debito ſibi loco ſint apud Dominum, cum quo & paſſi ſunt. Non enim præſens ſæculum dilexerunt; ſed eum qui pro nobis mortuus eſt, ac propter nos à [Deo eſt reſuſcitatus.]

tum, in libello de feſtivitatibus Apoſtolorum (xv Kal. Jan.) excuſum reperitur, *qui pro ipſis & pro omnibus mortuus eſt*. USSER.

Ἡμῶν.] Ita Latinus interpres; & ſenſus ita legendum eſſe ſuadet. JUN.

Καὶ δι' ἡμᾶς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἀναστάντα.] Poſt ὑπὸ, Græcum Salmaſii deficit nos exemplar: τοῦ Θεοῦ ἀναστάντα, ex Euſebii & Nicephori citatione, hìc ſupplevimus; licèt paſſivum ἀνασταθέντα, & veteris noſtri Interpretis auctoritas, qui *à Deo reſuſcitatus* vertit, & ipſa conſtructionis requirat ratio. Unde Metaphraſtes ἀναστάντα in Græco, & Rufinus *reſurrexit* in ſuo ita retinuit Latino, ut illud, ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, *à Deo*, ut minùs cum eo cohærens, uterque prætermiſerit. Actorum Ignatii ſcriptor anonymus Polycarpi locum hunc ita interpolatum nobis exhibuit, τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντα Χριστὸν, τὸν μονογενῆ υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστάντα ἐπόθησαν. Ubi vetus Latinus eorundem interpres tantùm habet, *eum qui pro nobis mortuus eſt Chriſtum, & à Deo reſuſcitatus*. USSER.

Desiderantur Græca. VET. INT.

X. In his ergo ſtate, & Domini exemplar ſequimini; firmi in fide & immutabiles, fraternitatis amatores, diligentes invicem, in veritate ſociati, manſuetudinem alterutri * præſtantes, nullum deſpicientes. Quum poteſtis benefacere, nolite differre: quia *eleemoſyna de morte liberat.* Omnes vobis invicem ſubjecti eſtote; *converſationem veſtram irreprehenſibilem * habentes in gentibus:* ut ex bonis operibus veſtris & vos laudem accipiatis, & Dominus in vobis non blaſphemetur. Væ autem illi, per quem nomen Domini blaſphematur. Sobrietatem ergo docete omnes: in qua & vos converſamini.

* *Al.* præſentantes.

Tob. xii. 9.

1 Pet. ii. 12.

* *Al.* conſiderantes.

XI. Nimis contriſtratus ſum pro Valente, qui Preſbyter factus eſt aliquando apud vos: quòd ſic ignoret is locum, qui datus eſt ei. Moneo itaque vos ut abſtineatis ab avaritia, & ſitis caſti & veraces. Abſtinete vos ab omni malo. Qui autem in his non poteſt ſe gubernare, quo modo alii pronunciat hoc? Si quis non abſtinuerit ſe ab avaritia, ab idololatria coinquinabitur; & tanquam inter gentes judicabitur. * Qui autem ignorant judicium Domini? *An neſcimus, quia ſancti mundum judicabunt?* ſicut Paulus docet. Ego autem nihil tale ſenſi in vobis, vel audivi, in quibus laboravit beatus Paulus; qui eſtis in principio Epiſtolæ ejus. De vobis etenim gloriatur in omnibus

* *Al.* Quis ignorat.

1 Cor. vi. 2.

Pro Valente] Preſbyter ille in flagitium τῆς πλεονεξίας ſive *illiciti concubitûs* videtur fuiſſe lapſus, licèt uxorem habuiſſet: illam quoque ejuſdem flagitii ream. SMITH.

Qui eſtis in principio Epiſtolæ ejus.] Hìc verbum videtur excidiſſe: ſupple ergo, *laudati*, vel quippiam tale: *Epiſtolæ* ad vos peculiariter miſſæ. Idem.

Ecclesiis, quæ Deum solæ tunc cognoverant: nos autem nondum noveramus. Valde ergo, fratres, contristor pro illo & pro conjuge ejus: quibus det Dominus pœnitentiam * veram. Sobrii ergo estote & vos in hoc; & non sicut inimicos tales existimetis, sed sicut passibilia membra & errantia eos revocate; ut omnium vestrûm corpus salvetis. Hoc enim agentes, vos ipsos ædificatis.

VET. INT.

* *Al.* vestram.

XII. Confido enim vos bene exercitatos esse in sacris literis, & nihil vos latet; mihi autem non est concessum modò. Ut his scripturis dictum est, *Irascimini, & nolite peccare.* Et, *sol non occidat super iracundiam vestram.* Beatus qui * meminerit: quod ego credo esse in vobis. Deus autem & Pater Domini nostri Jesu Christi; & ipse sempiternus Pontifex, Dei Filius, Jesus Christus, ædificet vos in fide & veritate, & in omni mansuetudine; & sine iracundia, & in patientia & longanimitate & tolerantia, & castitate: & det vobis sortem & partem inter sanctos suos; & nobis vobiscum, & omnibus qui sunt sub cœlo, qui credituri sunt in Dominum nostrum Jesum Christum, & in ipsius Patrem, *qui resuscitavit eum à mortuis.*

Ps. iv. 5.
Ephes. iv. 26.
* *Al.* crediderit.
Gal. i. 1.

Nos autem nondum noveramus.] Vixisse his verbis se innuit, quum suas Paulus ad Ecclesias scripsit Epistolas; licèt nondum Christo nomen dedisset. A quo tempore, cùm ad annum usque Christi CLXIX. quo martyrium subiit, vitam ille produxerit; admodum longævum illum fuisse necesse est. USSER.——Per *nos* ego Smyrnenses intelligo. Vide Cap. iii. COT.—— Quos repræsentat: illos nempe, unà cum ipso, aliquanto tempore, postquam Philippenses veræ fidei lumine perfunderentur, adhuc falsi Ethnicorum cultûs tenebris occæcatos, tandem ad veram Dei cognitionem & Christi fidem conversos fuisse. SMITH.

Mihi autem non est concessum modo.] Supple, *graviter & indecorè irasci*, vel *me nimis severum atrocemque adversùs illos gerere.* Sed dubito. *Idem.*——

VET. INT. Pro omnibus ſanctis orate. Orate etiam pro regibus & poteſtatibus, & principibus, atque pro perſequentibus & odientibus vos, & pro inimicis crucis: ut fructus veſter manifeſtus ſit in omnibus; ut ſitis in illo perfecti.

ΙΓʹ. Ἐγράψατέ μοι καὶ ὑμεῖς καὶ Ἰγνάτιος, ἵνα ἐάν τις ἀπέρχηται εἰς Συρίαν, καὶ τὰ παρ' ὑμῶν ἀποκομίσῃ γράμματα· ὅπερ ποιήσω, ἐὰν λάβω καιρὸν εὔθετον, εἴτε ἐγὼ, εἴτε ὃν πέμψω πρεσ-

XIII. Scripſiſtis mihi & vos & Ignatius, ut ſi quis vadit ad Syriam, deferat literas meas, quas fecero ad vos; ſi habuerimus tempus opportunum, ſive ego, ſeu lega-

Wakius Anglicè vertit, ac ſi legiſſet, *Mihi autem non eſt conceſſum modò [facere] ut his Scripturis &c.*

Ἐγράψατέ μοι κ. τ. λ.] Hæc ſunt apud Euſebium, Hiſt. Eccleſ. Lib. iii. Cap. 36.

Καὶ τὰ παρ' ὑμῶν.] Τὸ καὶ deleri debet, vel per *etiam* reddendum; hoc claro ſenſu, Ignatium ſcripſiſſe, quòd ipſi Philippenſes quoque fecerunt, ut ſi quis Antiochiam mitteretur, idem ille veſtras etiam literas ſimul eodemque tempore deferendas ſecum haberet. SMITH. ——Pro ὑμῶν, in Nicephoro & quibuſdam Euſebii exemplaribus, legitur ἡμῶν· quod & Rufinus ſecutus fuiſſe videtur, quum reddidit *deferat litteras ad vos*; & Polycarpi vetus Interpres quum vertit, *deferat litteras meas, quas fecero ad vos:* ita enim illud, ὅπερ ποιήσω, exprimere volebat. Quod non animadvertens Jacobus Faber, *quas & dedero ad vos*, hìc ſubſtituit; contra MSS. fidem. Ubi tamen & noſtrum hunc Polycarpi, & Euſebii interpretem Rufinum, deceptum fuiſſe apparet, de litteris ad Philippenſes deferendis iſta accipientem, cùm ad Antiochenos dandæ litteræ intelligantur; vel ab ipſis Philippenſibus, ſi παρ' ὑμῶν, vel à Polycarpo & Smyrnæis ſuis, ſi παρ' ἡμῶν hìc legendum fuerit. Quod poſterius ex Ignatii verbis illis, in Epiſt. ad Smyrnæos [§. xi.] firmamentum accipit. Ὃ ἐφάνη μοι ἄξιον, τοῦτό ἐστιν, ὥστε πέμψαι τινὰ τῶν ὑμετέρων μετ' ἐπιστολῆς, ἵνα συνδοξάσῃ τὴν κατὰ Θεὸν αὐτοῖς γενομένην εὐδίαν. *Quod mihi dignum factu eſt viſum, hoc eſt: Ut aliquem veſtrûm mittatis cum Epiſtola* (ad Antiochenos videlicet in Syria;) *ut unà cum illis glorificet Deum de tranquillitate, quam in Deo conſecuti ſunt.* USSER.

Ὅπερ ποιήσω.] ‘Rem iſtam

βεύσοντα καὶ περὶ ὑμῶν. Τὰς ἐπιστολὰς Ἰγνατίου τὰς πεμφθείσας ἡμῖν ὑπ᾽ αὐτοῦ, καὶ ἄλλας, ὅσας εἴχομεν παρ᾽ ἡμῖν, ἐπέμψαμεν ὑμῖν, καθὼς ἐνετείλασθε· αἵτινες ὑποτεταγμέναι εἰσὶ τῇ ἐπιστολῇ ταύτῃ· ἐξ ὧν μεγάλα ὠφεληθῆναι δυνήσεσθε. Περιέχουσι γὰρ πίστιν, καὶ ὑπομονὴν, καὶ πᾶσαν οἰκοδομὴν τὴν εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν ἀνήκουσαν.

tus quem miſero pro vobis. Epiſtolas ſanè Ignatii, quæ tranſmiſſæ ſunt * vobis ab eo, & alias, quantaſcunque apud nos habuimus, tranſmiſimus vobis, ſecundùm quod mandâſtis; quæ ſunt ſubjectæ huic Epiſtolæ: ex quibus magnus vobis erit profectus. Continent enim fidem, patientiam, & omnem ædificationem ad Dominum noſtrum pertinentem.

VET. INT.

* *f.* nobis.

Et de ipſo Ignatio, & de * his qui cum eo ſunt, quod certius agnoveritis, ſignificate.

* *Al.* ipſis.

'à me petitam, nimirum ut 'legatus ille, in Syriam mit'tendus, veſtras literas ad An'tiochenos deferat, *commodo* '*tempore præſtabo.*' SMITH. ——Vet. Int. legebat ἅπερ.

Τὰς ἐπιστολὰς Ἰγνατίου κ. τ. λ.] Deſignantur duæ Ignatii Epiſtolæ: una ad Polycarpum; altera ad Polycarpi ſeu Smyrnenſem Eccleſiam. COT.

Τὰς πεμφθείσας ἡμῖν ὑπ᾽ αὐτοῦ.] Ita locum hunc citant Euſebius, Nicephorus, & Græcus Actorum Ignatii ſcriptor anonymus: quam legitimam eſſe lectionem agnoſcit etiam Baronius. In Verſione *ab eo* (Græco ὑπ᾽ αὐτοῦ reſpondens) ex Magdalenenſis Collegii exemplari reſtituimus: quod alii codices in *habeo* tranſmutârunt. USSER.

Καὶ ἄλλας κ. τ. λ.] Vide noſtram de Ignatii & Polycarpi ſcriptis Diſſertationem, Cap. 2. *Idem.*

Ὠφεληθῆναι δυνήσεσθε.] Anonymus Martyrii B. Ignatii deſcriptor legit ὠφεληθήσεσθε, quomodo & vetus Polycarpi Interpres. *Idem.*

Et de ipſo Ignatio, ... ſignificate.] Hujus ita in Bibliotheca ſua, de Polycarpi hac ad Philippenſes Epiſtola agens, meminit Photius. Λέγει καὶ τὰς ἐπιστολὰς αὐτοῖς Ἰγνατίου τοῦ Θεοφόρου ἀπεσταλκέναι, καὶ αἰτεῖται ἀναδιδαχθῆναι παρ᾽ αὐτῶν, εἴ τι περὶ ἐκείνου διακούσαιεν. *Dicit & Epiſtolas*

VET. INT.

XIV. Hæc vobis ſcripſi per Creſcentem, quem in * præſenti commendavi vobis, & nunc commendo. Converſatus eſt enim nobiſcum inculpabiliter: credo quia & vobiſcum ſimiliter. Sororem autem ejus habebitis commendatam, quum venerit ad vos. Incolumes eſtote in Domino Jeſu Chriſto in gratia cum omnibus veſtris. Amen.

* *Al.* præſentem diem.

Ignatii Theophori ad eos ſe miſiſſe; petitque ab illis, ſi quid de eo inaudierint, edoceri. In Halloixii tamen editione verba iſta ſunt omiſſa: quæ docent eodem tempore, quo à Syria ad martyrium Romam abductus eſt Ignatius, ſcriptam à Polycarpo iſtam fuiſſe Epiſtolam, *in qua*, inquit idem Halloixius, *cùm color & lineamenta, quibus eam Irenæus, Euſebius, & Photius deſcribunt reperiantur; quin ipſius Martyris germana ſit, dubitari non poteſt. Nam & forma fidei ejus, atque prædicatio veritatis (quam Irenæus inde poſſe addiſci admonet) clarè in ea elucet; & teſtimonia, quæ illic citari è priore Petri Epiſtola Euſebius docet, multa comparent: & frequentes commonitiones cum perſpicuitate ſermonis atque ſimplicitate, juxta Eccleſiaſticam interpretandi formam, (quibus eam abundare Photius profitetur) paſſim ſeſe offerunt & oſtentant: ita ut ad perfectam ejus recognitionem vix deſiderari amplius quicquam poſſit.* In Latino verò codice D. Petavii, tota Epiſtola ita concluditur. *Incolumes eſtote in Domino Jeſu Chriſto: & gratia ipſius cum omnibus vobis.* Idem.

ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ

ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΓΝΑΤΙΟΥ.

MARTYRIUM SANCTI IGNATII.

PRÆFATIO

THOMÆ SMITHI

IN

ACTA MARTYRII

S. IGNATII.

ACTA hæc, quæ recudi oportet, mihi quidem genuina & ſincera planè videntur; licèt fortaſſe, quod tamen vix affirmaverim, versùs finem quippiam labis admiſtum habeant. Vetus autem Verſio, quam edidit D. Uſſerius Armachanus ex codice Caienſi, ut cuivis ex leviuſcula collatione facilè conſtare poterit, maximè convenit cum Græco exemplari Colbertino. Utriuſque, mendis, quæ paſſim irrepſere, ſublatis, editionem, quum ſibi invicem mutuam lucem fœnerentur, longè integriorem jam damus. A familiaribus S. Ignatii, qui illum ab Antiochia Romam uſque comitati ſunt, & illius ultimo & maximè glorioſo agoni interfuere, deſcripta fuiſſe, (*a*) multà in ipſis Actis id teſtatiſſimum reddunt, & extra omne dubium ponunt: & quidem non longè poſt ipſius conſummationem, & proximo, ut veriſimillimum videtur, anno, dum res geſtæ cum totius itineris ratione in recenti fideliùs inhæſerint memoria.

Illos autem fuiſſe Philonem & Agathopodem, quorum meminit ſanctiſſimus Martyr in Epiſtolis ad Smyrnæos & ad

(*a*) Sect. v. Ἡμεῖς μὲν ἄκοντες ἀπηγόμεθα, στένοντες ἐπὶ τῷ ἀφ' ἡμῶν μέλλοντι χωρισμῷ τοῦ δικαίου γίνεσθαι. & vi. Συναντῶμεν τοῖς ἀδελφοῖς. & vii. Τούτων αὐτόπται γενόμενοι.

ad Philadelphenſes, hunc Antiochenæ, illum verò Tarſenſis Eccleſiæ Diaconum, vix à quoquam dubitari aut poteſt, aut debet. Quædam autem à tertio Ignatianarum Epiſtolarum Collectore interſerta & malè addita fuiſſe affirmat D. Uſſerius, (conſentiente poſtea D. Pearſono, qui illius auctoritate nimiùm quantùm abreptus, oculis ſuis, licèt perſpicaciſſimis, illud non vidit, quod abſque Græci textûs lumine vix eſſet videndum) ad id quidem leviuſculis ſuſpicionibus inductus: tum quòd in altera verſione codicis Cottoniani, in qua multæ abſurdæ & fabuloſæ narrationes contra fidem hiſtoriarum ex novitiis Actis interpolatis deſumptæ, & quæ meritò illum edidiſſe puduerit, continentur, abeſſent; tum quòd in iſtis periochis velit, Interpolatorem ad Epiſtolarum Ignatianarum Syllogen, tunc recèns factam, reſpexiſſe. Sed manifeſtum eſt, tum alterum iſtum Interpretem, utpote nullius judicii, & fidei ſuæ prodigum, maximè de hiſtoria S. Ignatii ſollicitum, Epiſtolam ejuſdem ad Romanos, quæ neceſſariò erat interponenda, inconſideratè admodum neglexiſſe, quaſi ad ipſius propoſitum neutiquam attinuiſſet, (ut ſolent quandoque Interpretes, vel potiùs, quod dicendum videtur, Exſcriptores, Præfationes, aliaque in textu rectè collocata, pro libidine ſua omittere); tum ſuſpicionem iſtam *de Literis præcedentibus*, quaſi in iſthac collectione ſimul poſitis (quum longè aliud per iſta verba [§. iv.] διὰ τῶν ἡγουμένων, h. e. *per Præfectos* ſive *Epiſcopos*, intelligi debere, ex integro antè poſitæ Sectionis argumento clariſſimè liquet) ex mala interpunctione, & legendo *Literas appoſitas* pro *Literis appoſitis*, (quem errorem facilè inter feſtinandum admiſit imperitus oſcitanſque Librarius) utpote non alii fundamento innixam, ortum habuiſſe; quæ ex Græco textu . . . . ταῖς ἐκκλησίαις ταῖς ὑπαντησάσαις αὐτῷ διὰ τῶν Ἡγουμένων, γραμμάτων εὐχαριστῶν ἐκπεμφθέντων πρὸς αὐτὰς, & reſtitutâ jam Latinâ Verſione omnino diluitur. Nec tamen abnuerim, ſi quiſpiam dixerit, Interpretem noſtrum, neglectâ ſolitâ in vertendis ad literam Græcis diligentiâ, periocham hanc, juxta facilem debitamque verborum conſtructionem, neutiquam ab ipſo intellectam, malâ & imperitâ verſione corrupiſſe.

Miræ & putidæ prorſus ſunt exceptiones, quas adverſùs itineris rationem, hiſce Actis recenſitam, objiciunt oſores Epiſcopalis hierarchiæ, iniqui admodum, & hac ex parte parum ingenui adverſarii. Iter verò iſtud hoc modo inſtitutum erat, quod compendio deſcribam. Primò Antiochiâ Seleuciam deſcendit S. Ignatius: illic nave conſcensâ Smyrnam navigavit: relictâ Smyrnâ Troadem appulit: à Troade Neapolim navi abducebatur: hinc iter terreſtre iniens, Philippos, urbem ſatis celebrem, pervenit; reliquamque Macedoniæ partem, quà itur ad Epidamnum, pedes peragravit: hìc repertâ nave per Adriam in mare Tyrrhenum delatus, multaſque inſulas illic ſitas, & civitates juxta littora, & præcipuè Puteolos (quos maximè inviſiſſe cupiebat, ut S. Pauli, illuc non longè poſt naufragium ex inſula Melitenſi tranſeuntis, ſacra veſtigia relegeret, ſi per ſævas, quæ hieme ſolent ingruere, tempeſtates licuiſſet) prætervectus, tandem ad Portum prope Oſtiam appulit, & inde mox à militibus abreptus, alacer & cum gaudio, poſt tot labores terrâ marique exantlatos, Romam ducitur, laureâ martyrii coronandus.

Fruſtra hìc contra fidem *Actorum* objiciunt hi Cenſores tot tantaſque hujus itineris circuitiones, quòd nimirum longè rectiori breviorique curſu è Syria in Italiam eſſet navigandum: quaſi fuiſſet in poteſtate S. Ignatii illud, prout lubebat, meliùs & commodiùs ordinâſſe; aut militibus, quorum curæ erat traditus, ſive imperata facere, ſive pro arbitrio agere per hoſce delicatos homines haud licuiſſet. Qualis autem eſt iſta ingenii perverſitas, ex maleſano partium ſtudio orta, ſi quiſpiam rei geſtæ hiſtoriam & veritatem frivolis quibuſdam argutiis convulſum ire velit, hoc ſolo nomine, quum eam aliter fieri aut potuiſſe aut debuiſſe in animum inducat ſuum? præſertim quum circumſtantiæ rerum, quæ univerſam, ex tot ſeculorum intervallo obductam, tollerent obſcuritatem, ſint incompertæ, nec certum, quo agebantur cuſtodes iſti, conſilium vel conjecturâ aſſequi liceat. Iſthoc ſeculo non qualibet anni tempeſtate adeò facilè aut crebrò erat navigatum. Occaſiones, prout ſeſe obtulerint, captandæ. Rectà ad oras maritimas Syriæ Seleuciam uſque Antiochiâ abducitur S.

Igna-

Ignatius. Illic, ut par eſt credere, navis in anchoris ſtabat, Smyrnam versùs, urbem nempe commerciis celeberrimam, poſt aliquantillum temporis ſolutura. Hanc conſcendere coactus eſt S. Ignatius à militibus ; qui, ut noſtris Cenſoribus placet, navi conductâ, procul relictis Aſiæ Minoris littoribus, iter deſtinatum maturare debuiſſent. Inter Smyrnam & Troadem naviculæ ultro citroque tranſibant : à Troade autem ad oras Macedoniæ mari finitimas facilis frequenſque erat trajectus : quod ex *Actis Apoſtolorum* & aliunde ex hiſtoriis iſtorum temporum ſatis conſtat. Quum verò naves Italiam directo itinere petituras reperire haud facile eſſet, quidni dixerim, illos hac mentis intentione & propoſito Neapolim tetendiſſe, ut inde Macedoniam commodo ſuo peragrarent ? Quod de reliquo itinere dici poterat, illos quaſi aut neceſſitate compulſos, aut majoris commodi gratiâ ejuſmodi viarum ambagibus uſos fuiſſe. Nolo autem conjecturam hanc ampliùs venditare, adversùs quam an quippiam ſolidi objici poſſit, dubito. Scio à quibuſdam aliam longeque diverſam laborioſæ hujus circumgyrationis cauſam, aliudque conſilium aſſignari ſolere ; nec eam facilè rejiciendam putaverim : quaſi hujuſmodi ingratiſſimis moris, tamque longi & anfractuoſi itineris malis incommodiſque S. Ignatium fatigare, ejuſque conſtantiam frangere, ex inſtinctu Diaboli animo habuiſſent Chriſtiani nominis infenſiſſimi hoſtes, à quibus ferali ſententiâ ad beſtias damnatus fuiſſet : τῷ μόχθῳ τῆς ὁδοιπορίας ſive τῷ μήκει τῆς ὁδοῦ καὶ τῷ πλήθει, ut obſervavit S. Chryſoſtomus in Oratione de laudibus S. Ignatii Antiochiæ habita ; qui ad hæc *Acta*, in quibus totam itineris rationem comprehenſam legerat, alludere hìc planè mihi videtur. Quicquid fuerit, ſive hoc, ſive illud, ex alterutra hypotheſi admiſſa, ineptis Magdeburgenſium Centuriatorum, Blondelli, aliorumque cavillationibus abunde ſatisfieri poſſe, cordatus ingenuuſque Lector, uti credo, pro candore & ſagacitate ſua cenſebit.

Unum eundemque fuiſſe Verſionis horum *Actorum* ac *Epiſtolarum* Auctorem, præterquam quòd in eodem manuſcripto codice Caienſi ſimul exſtent conjunganturque, multa ſunt, quæ id facilè dent evictum. Stylus æquè barbarus, & à puritate Latini ſermonis abhorrens : & præcipuè

puè verborum phrasiumque rigidissima ad literam versio; quasi Interpres opinaretur, de illius fide dubitari posse, nisi hisce apicibus, qui illam planè obscurant, sensumque reddunt intricatiorem, ad superstitionem usque, & quasi affectatâ nimiæ diligentiæ laude, mordicus adhæsisset.

Hactenus de *Actis Genuinis*; quæ sequioribus seculis fœdè erant corrupta, & ab impuris Interpolatorum manibus inquinata: qui, dum aut credulæ plebis, ad amplexandum avidissimis auribus, quicquid illis figmentorum lenocinio placeret, pronæ, segni stupidæque indoli & ingenio indulgere, aut gloriam Sanctorum & Martyrum inventis fabellis, licèt inficetis, prodigiosisque narrationibus, humanam sortem exsuperantibus, augere studuerint, veritatem miserè corruperunt, mendaciisque suis feræ posteritati ivere illusum; idque quidem citra omne remedium, nisi puriora vetusti ævi monumenta, è tenebris quorundam eruditorum diligentiâ in lucem educta, illorum fraudes, imposturas, perfidiamque detexissent.

Acta hæc *Interpolata*, quæ *Posteriora* appellabimus, sexto aut saltem septimo seculo primùm ficta fuisse, veri perquam simile D. Pearsono, aliisque Viris doctissimis, videtur: & deinde progressu temporis, novis, iisque miris, commentis aucta constat. Præ modestia enim hac ex parte laudandus videbitur Simeon Metaphrastes, hisce malis artibus fraudulentisque incrustationibus ex luxuriantis ingenii vitio satis famosus, si cum aliis *Actorum* architectis & consarcinatoribus conferatur. Horum *Actorum* exemplar exstat in Bibliothecæ Bodlejanæ Archivis Baroccianis Cod. CXCII. ex quo multa excerpta habentur apud D. Usserium in Annotationibus suis ad hujus sanctissimi Præsulis *Martyrium*. Ex hoc impuro fonte profluxerunt, ut ibi quoque vir ille maximus observavit, miræ istæ Narrationes, quæ non solùm apud Vincentium Bellovacensem, aliosque recentiores, sed quæ apud Bedam & Adonem in *Martyrologiis* suis occurrunt.

Extant Latinè ejusmodi *Acta Martyrii S. Ignatii* in Archivis Laudinis ejusdem Bibliothecæ. L. 23. quæ dum olim percurri, omnia juxta novum hoc exemplar Græcum mirè interpolata, multis quoque de variis sermonibus inter

inter Trajanum, quem fingunt Romæ tunc fuiſſe, & S. Ignatium habitis, de ſententia mortis ab iſto Imperatore & Senatu Romano in S. Martyrem prolata, deque cruciatibus huic irrogatis, ubique inſertis, (quod pariter quoque legitur in Menæo Græcorum, ad natalem S. Ignatii xx. die Decembris celebratum,) ne alia vana, puerilia, falſa, & S. Ignatio indigna memorem, vel perfunctoriè legendo reperi. Item proſtant in iiſdem Archivis L. 21. *Acta* alia Latina, ejuſdem fere in omnibus tenoris. Reperi quoque in eadem Bibliotheca alium codicem manuſcriptum, NE. E. 7. 5. continentem quædam ex *Actis Interpolatis*, ex quibus pauca hæc exſcripſi. fol. 57. 6.

Legitur autem, quòd beatus Ignatius inter tormentorum genera nunquam ab invocatione nominis Jeſu Chriſti ceſſabat: quem quum tortores requirerent, cur hoc nomen totiens replicaret, ait, Hoc nomen cordi meo inſcriptum habeo, & ideo ab ejus invocatione ceſſare non valeo. Poſt mortem igitur ejus, illi, qui audierant, volentes curioſiùs experiri, cor ejus ab ejus corpore avellunt, & illud ſcindentes per medium, totum cor inſcriptum hoc nomine I H C. X P C. *literis aureis inveniunt. Unde ex hoc plurimi crediderunt.* Sed in hiſce putidis frivoliſque fabulis enarrandis immorari planè piget.

Quod verò ad alteram Latinam Verſionem à D. Uſſerio ex Bibliotheca Cottoniana editam ſpectat, ſi excipiamus pudenda iſta inſomnia & deliria, ex *Actis Græcis* poſterioribus versùs finem addita, quæ in lucem vulgari, ut ſuprà dixi, meritò magnum illum Virum puduerit; Interpretem iſtum verum *Actorum Græcorum* exemplar, quoad ea omnia nimirum, quæ in editione Uſſeriana in adverſa columna apponuntur, coram oculis habuiſſe, ex utriuſque collatione ſatis liquet: licèt ille verborum Græcorum ſenſum in multis neutiquam aſſecutus fuerit. Verum dico exemplar, licèt non integrum; quum Sectio una & altera in Verſione iſta deſideretur: niſi potiùs dicendum ſit, aut ipſum Interpretem aut Exſcriptorem, ea, quæ ſeriei hiſtoriæ non adeò bene convenire pro captu ſuo judicaverit, ex induſtria omiſiſſe.

ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΕΡΟΜΑΡΤΥΡΟΣ

ΙΓΝΑΤΙΟΥ

ΤΟΥ

ΘΕΟΦΟΡΟΥ.

Α΄. Ἄρτι διαδεξαμένου τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν Τραϊανοῦ, Ἰγνάτιος ὁ τοῦ ἀποστόλου Ἰωάννου μαθητὴς, ἀνὴρ ἦν τοῖς πᾶσιν ἀποστολικὸς, καὶ ἐκυβέρνα τὴν ἐκκλησίαν Ἀντιοχέων ἐπιμελείᾳ, τοὺς πάλαι χειμῶνας μόλις παραγαγὼν τῶν πολλῶν ἐπὶ Δομετιανοῦ διωγμῶν, καθάπερ κυβερνήτης ἀγαθὸς, τῷ οἴακι τῆς προσευχῆς καὶ τῆς νηστείας, καὶ τῇ συνεχείᾳ τῆς διδασκαλίας, τῷ τόνῳ τῷ πνεύματι, πρὸς τὴν ζάλην τὴν ἀντικειμένην ἀντεῖχεν· δεδοικὼς, μή τινα τῶν ὀλιγοψύχων ἢ ἀκεραιοτέρων ἀποβάλῃ. Τοιγαροῦν ηὐφραίνετο μὲν

VERS. CLER. I. Cùm non ita pridem Imperium Romanum successione excepisset Trajanus, Ignatius, Apostoli Joannis discipulus, vir erat omnibus Apostolicus, & regebat Ecclesiam Antiochenorum, adhibitâ curâ, cùm veteres procel-

Ἐν ὀπτασίᾳ γέγονε.] Rectè in Nicephoro reprehensus cernitur Eusebius, quòd visionem hanc dormienti Polycarpo oblatam fuisse putaverit. COT. ——*Ecstasi quadam correptus inter precandum.* Eodem modo visionem hanc S. Polycarpo obtigisse fortasse dicendum est, quo illam S. Petro factam fuisse legimus Actorum Cap. x. SMITH.

Ἐπιμενόντων.] Euseb. ἐπικειμένων, rectiùs. USSER.

Ὁ εἰρήναρχος.] *Irenarchæ dicuntur, qui disciplinæ publicæ & corrigendis moribus præficiuntur*; ut habet Arcadius Charisius. Apud Asianos verò, & hisce ipsis de quibus nunc agi-

ſuaſerunt, ut ſecederet. Et ſeceſſit in agellum non multùm diſſitum à civitate; ubi cum paucis manſit, diu noctuque nihil aliud agens, niſi quòd orabat pro univerſis, & pro omnibus per orbem Eccleſiis: quod ipſi erat ſollemne. Et cùm oraret, triduo antè quam comprehenderetur, viſio ei oblata eſt; viditque cervical ſuum incendio conflagrare. Tum converſus ad comites ſuos, propheticè dixit; *Oportet me vivum comburi.* VERS. COT.

VI. Inſtantibus autem qui quærebant eum, migravit in aliam villam; quò ſtatim ſupervenerunt inquiſitores: cúmque illum non reperiſſent, duos ſervulos comprehenderunt; quorum alter tormentis ſubditus, confeſſus eſt. Impoſſibile ſiquidem erat latere ipſum, quandoquidem qui prodiderunt illum domeſtici erant. Irenarcha verò, qui &

ambiente circumdari. Expergefactus itaque ſanctiſſimus ſenex, vix adhuc ſtratis gravia membra ſubtraxerat, & ait his, qui cum eo erant, ignibus ſe cremandum. VET. INT.

VI. Ecce in alium agrum fortè conceſſerat: ſtatim quærentes eum adfuerunt cuſtodes. Sed quum ab his ille inveſtigari non poſſet, uno ex his etiam verberato, latebram confeſſione infans aperuit. Nec enim ipſe celari poterat, quem paſſio ipſa poſcebat. Proditores ejus do-

mus temporibus, Irenarchas deligendi quis mos fuerit, in Sacra Orat. iv. ita explicat, qui tum apud eos vixit, Ariſtides. Ἐπέμπετο τοῖς ἡγεμόσι κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους ἀφ' ἑκάστης πόλεως, ἑκάστου ἔτους, ὀνόματα δέκα ἀνδρῶν τῶν πρώτων· ταῦτα ἔδει σκεψάμενον τὸν ἡγεμόνα, ἕνα ὃν προκρίνεται ἐξ ἁπάντων, καθιστάναι φύλακα τῆς εἰρήνης. *Mittebantur quotannis illis temporibus ad Præſides ex urbibus ſingulis virorum primariorum nomina decem. Ea conſiderantem Præſidem, unum aliquem deligere oportebat ex omnibus, quem pacis cuſtodem conſtitueret.* Ubi notandum, 1. totius provinciæ propriè dictæ Aſiæ Proconſulem tunc fuiſſe Præſidem: licèt ſub eo alius quoque liberis Aſiæ civitatibus præfuerit. 2. In unaquaque Aſiæ civitate conſtitutum fuiſſe unum, cujus munus erat προ-

ὁ καὶ κληρονόμος τὸ αὐτὸ ὄνομα, Ἡρώδης ἐπιλεγόμενος, ἔσπευδεν εἰς τὸ στάδιον αὐτὸν εἰσαγαγεῖν· ἵνα ἐκεῖνος μὲν τὸν ἴδιον κλῆρον ἀπαρτίσῃ, Χριστοῦ κοινωνὸς γενόμενος· οἱ δὲ προδόντες αὐτὸν, την αὐτοῦ Ἰούδα ὑπόσχοιεν τιμωρίαν.

Ζ'. Ἔχοντες οὖν τὸ παιδάριον, τῇ παρασκευῇ δείπνου ὥραν, ἐξῆλθον διωγμῆται καὶ ἱππεῖς, μετὰ τῶν συνήθων αὐτοῖς ὅπλων, ὡς ἐπὶ λῃστὴν τρέχοντες. Καὶ ὀψὲ τῆς ὥρας [1] συναπελθόντες, ἐκεῖνον μὲν εὗρον ἔν τινι δωματίῳ κατακείμενον ὑπερῴῳ· κἀκεῖθεν ἠδύνατο εἰς ἕτερον χωρίον ἀπελθεῖν, ἀλλ' οὐκ ἐβουλήθη, εἰπών· Τὸ θέλημα τοῦ Κυρίου γενέσθω. Ἀκούσας οὖν τοὺς παρόντας, καὶ καταβὰς, διελέχθη αὐτοῖς· θαυμαζόντων δὲ τῶν παρόντων τὴν ἡλικίαν αὐτοῦ καὶ τὸ εὐσταθὲς, τινὲς ἔλεγον· [2] Ἦ τοσαύτη σπουδὴ, ἡ τοῦ συλληφθῆναι τοιοῦτον πρεσβύτην ἄνδρα ἦν; Εὐθέως οὖν αὐτοῖς ἐκέλευσεν παρατεθῆ-

VAR. LECT. [1] Euseb. ἐπελθόντες. [2] Euseb. εἰ.

VET. INT. mestici, Irenarcha & Herodes festinabant in arenam eum citiùs exhibere: ut & ille Christi, finitâ passione, sit socius; & proditores, exemplo Judæ, pœnam, quam merentur, accipiant.

VII. Habentes itaque infantulum, ante sabbatum horâ ipsius cœnæ egressi sunt, Polycarpum perquirentes, cum equorum magna copia vel armorum: quasi verò non servum Christi comprehenderent, sed latronem. Invenerunt eum nocte in tegulis se prementem. Fuerat qui-

στῆναι τῆς εἰρήνης (ut paullò post Aristides loquitur) *paci præesse*, eumque annuum creatum fuisse. *Idem.*

Κληρονόμος τὸ αὐτὸ ὄνομα.] Generaliter κληρονόμος dicitur, cui sorte aliquid obtingit; & κληροῦσθαι dicuntur magistratus, qui sortitò creantur. In Philoxeni Glossario, Latinorum *heres*, Græcorum κύριος & κληρονόμος esse dicitur. Apud veteres enim Latinos, *heres* & *herus* idem denotabant. *Idem.*

———Herodes ille fuit tunc temporis simul εἰρήναρχος & κληρονόμος ἐπιλεγόμενος, i. e. *electus* & *constitutus*, sive à Proconsule, sive à populo; ita enim verba hæc distinguenda

VERS. COT.

Cleronomus ipſo nomine, dictus Herodes, properabat in ſtadium eum introducere: quò hic quidem propriam ſortem impleret, conſors Chriſti factus; proditores autem illius, Judæ ipſius pœnas ſubirent.

VII. Habentes ergo puerulum, feriâ ſextâ ſub horam cœnæ egreſſi ſunt Diogmitæ & Equites, cum conſuetis armis, tamquam ad latronem currentes. Et ſub veſpertinum tempus ſupervenientes, ipſum repererunt in quodam ſuperiore cubiculo diſcumbentem. Unde poterat quidem in aliud prædium abire; ſed noluit, dicens; *Fiat voluntas Domini.* Cùm ergo adſtantes audiviſſet, & deſcendiſſet, collocutus eſt cum eis. Mirantibus autem illis ipſius ætatem atque conſtantiam, quidam ex eis dicebant; *Tantumne adhibendum erat ſtudium, ut hujuſmodi vir ſenex comprehenderetur?* Statim igitur

l. Matt. xxvi. 55.

VET. INT.

dem tranſgrediendi in alium agrum facultas: ſed jam feſſus oſtendere ſe maluit quàm celare, dicens: *Compleatur voluntas Dei: quamdiu voluit ille, diſtuli; & quando juſſit, optavi.* Viſis itaque illis, deſcendit: habuitque ſermonem, qualem aut (q) illa ætas potuerat, aut (r) Spiritus gratiæ cœleſtis infuderat. Quum mirarentur in his annis tantam velocitatem pedum, tantam habitudinem eſſe membrorum, ad cujus inveſtigationem vix ſummâ celeritate pervenerint: nihil ſtupentibus ille reſpondit, ſed

(q) nulla. COT. B.

(r) S. Spiritûs gratia. SMITH.

cenſeo, ὁ καὶ κληρονόμος, τὸ αὐτῷ ὄνομα Ἡρώδης, ἐπιλεγόμενος, κ. τ. λ. Malè hìc poſitum arbitror κληρονόμος pro οἰκονόμος ſive ἀγορανόμος. Iſthoc enim tempore ille aliud munus publicum præter εἰρηναρχίαν, quæ unico anno terminabatur, videtur geſſiſſe. Hæc non intellexit Interpres, qui Irenarchum & Herodem diverſos facit. SMITH.

Ὥραν.] Ὥρα, vel κατὰ τὴν τοῦ δείπνου ὥραν. USSER.

Συνατελθόντες.] Rectè συνεπελθόντες legit Uſſer. SMIT.

Ἡ τοσαύτη σπουδὴ. ἡ τοῦ] Forſan Ἡ τοσαύτη σπουδὴ ὑπὲρ τοῦ, vel τί τοσαύτη σπουδὴ τοῦ, κ. τ. λ. USSER.

ναι φαγεῖν καὶ πιεῖν ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ ὅσον ἂν βούλωνται· ἐξητήσατο δὲ αὐτοὺς, ἵνα δῶσιν αὐτῷ ὥραν προσεύξασθαι ἀδεῶς. Τῶν δὲ ἐπιτρεψάντων, σταθεὶς προσηύξατο, πλήρης ὢν τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ, οὕτως ὥστε ἐπὶ δύο ὥρας μὴ δύνασθαι σιωπῆσαι, καὶ ἐκπλήττεσθαι τοὺς ἀκούοντας, πολλούς τε μετανοεῖν ἐπὶ 3 τῷ ἐληλυθέναι ἐπὶ τοιοῦτον θεοπρεπῆ πρεσβύτην.

Η'. Ὡς δὲ κατέπαυσε τὴν προσευχὴν, μνημονεύσας ἁπάντων καὶ τῶν [1] πολὲ συμβεβηκότων αὐτῷ, μικρῶν τε καὶ μεγάλων, ἐνδόξων τε καὶ ἀδόξων, καὶ ἁπάσης τῆς κατὰ τὴν οἰκουμένην καθολικῆς ἐκκλησίας, τῆς ὥρας ἐλθούσης τοῦ ἐξιέναι, ἐν ὄνῳ καθίσαντες αὐτὸν, ἦγον εἰς τὴν πόλιν, ὄντος σαββάτου μεγάλου. Καὶ ὑπήντα αὐτῷ ὁ εἰρήναρχος Ἡρώδης καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ Νικήτης, ἐπὶ τὸ ὄχημα· οἳ καὶ μεταθέντες αὐτὸν ἐπὶ τὴν καροῦχαν, ἔπειθον παρακαθεζόμενοι, καὶ λέγοντες· Τί γὰρ

VAR. LECT. 3 MS. τὸ. [1] Euſeb. πώποτε συμβεβληκότων.

VET. INT. ſtatim his alimenta cibi præbuit, & menſam juſſit adponi. Nec hoc ſine divini magiſterii mandato faciens: quum ſcriptum ſit, *Inimicos noſtros potu & cibo debere ſatiari.* Tunc deprecatus eſt, ut ei horam concederent, quâ poſſet orare & omnipotenti Deo debita precum vota perſolvere. Præbentibus facultatem, (s) ſtans petebat donum Dei præceptumque compleri. Jugiter autem per duas fere horas oratio illa duravit: ſtupefactis audientibus, &, quod majoris palmæ (t) videretur, inimicis.

Rom. xii. 20.

(s) inſtanter. COLB.

(t) videtur. *Ibid.*

Ἐπὶ τῷ ἐληλυθέναι.] Euſeb. ἐπὶ τὸ τοιοῦτον ἀναιρεῖσθαι μέλλειν σεμνὸν καὶ θεοπρεπῆ πρεσβύτην. Idem.

Σαββάτου μεγάλου] Ut Hebdomada Paſſionis appellata eſt *Hebdomada magna*; ita in ea Sabbatum (quo ſolo, ex omnibus totius anni Sabbatis, Orientalibus jejunare eſt permiſſum) *Sabbatum magnum* dicebatur. Vide Conſtit. Apoſt. Lib. viii. Cap. 33. & Lib. v. Cap. 18. 19. *Idem.*

Νικήτης.] Nicetæ Smyrnæi vita habetur apud Philoſtra-

jussit ipsis tunc apponi cibum ac potum, quantum vellent. Petiit autem ab illis, uti darent ei horæ spatium, quo liberè precaretur. Quod cùm concessissent, stans orabat plenus gratiâ Dei, adeò ut per duas horas tacere non posset, ac obstupescerent auditores, multique eorum pœnitentiâ ducerentur, quòd adversùs tam divinum senem venissent. VERS. COT.

VIII. Ut verò precationem finiit, in qua mentionem fecerat omnium qui aliquando cum ipso congressi fuerant, parvorum juxtà & magnorum, clarorum & obscurorum, totiusque quæ per orbem terrarum Catholicæ Ecclesiæ; cùm hora proficiscendi venisset, asino eum imponentes in civitatem duxerunt, die magni Sabbati. Et occurrit ei Irenarcha Herodes, ac pater ejus Nicetes. Qui & eum in vehiculum suum transtulerunt, assidentesque hortabantur illum his verbis & aliis similibus; *Quid*

VIII. Orationis postmodum voce completâ; factâ in precibus omnium mentione, notorum ignotorumque, bonorum ac malorum, & catholicorum omnium, qui per singula loca Ecclesiæ colliguntur: tandem hora illius advenit, quâ [u] custodiendæ acciperet coronam justitiæ. Impositus itaque asino, quum appropinquaret civitati, majori Sabbato, obvius Irenarchæ Herodi & patri ejus [x] Niceteri, vehiculoque susceptus; ut vel obsequio vinceretur, qui vinci pœnæ dolore non poterat. Quum ergo subdolo crebroque sermone profanum aliquid ab illo exigerent adsidentes, dicerentque; *Quid mali est dicere,* VET. INT.

(u) custodiæ. *Ibid.*

(x) Nicetæ, *ut postea.* SMITH.

tum; sed nostro hoc aliquantò senioris, quippe qui Nerva imperante maximè inclaruit. *Idem.*

'Επὶ τὸ ὄχημα, οἳ καὶ μεταθέντες αὐτὸν ἐπὶ τὴν καρούχαν.] Euseb. οἱ καὶ μεταθέντες αὐτὸν εἰς τὸ ὄχημα. Sic & paullò post, ubi hìc legitur, ἀπὸ τοῦ ὀχήματος, ὡς καὶ κατιόντα ἀπὸ τῆς καρούχας, apud Eusebium tantùm habetur, ὡς κατιόντα ἀπὸ τοῦ ὀχήματος. Ut utrobique καρούχας, sequioribus seculis magis notum vocabulum, hìc substitutum fuisse

κακόν ἐστιν εἰπεῖν, Κύριε Καῖσαρ, καὶ ἐπιθῦσαι, καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα, καὶ διασώζεσθαι; Ὁ δὲ τὰ μὲν πρῶτα οὐκ ἀπεκρίνατο αὐτοῖς· ἐπιμενόντων δὲ αὐτῶν, ἔφη· Οὐ μέλλω ποιεῖν ὃ συμβουλεύετέ μοι. Οἱ δὲ ἀποτυχόντες τοῦ πεῖσαι αὐτὸν, δεινὰ ῥήματα ἔλεγον αὐτῷ, καὶ μετὰ σπουδῆς καθῄρουν αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ὀχήματος, ὡς καὶ κατιόντα ἀπὸ τῆς καρούχας ἀποσυρῆναι τὸ ἀντικνήμιον. Καὶ μὴ ἐπιστραφεὶς, ὡς οὐδὲν πεπονθὼς προθύμως μετὰ σπουδῆς ἐπορεύετο, ἀγόμενος εἰς τὸ στάδιον· Θορύβου τηλικούτου ὄντος ἐν τῷ σταδίῳ, ὡς μηδὲ [2] ἀκουσθῆναί τινα δύνασθαι.

Θ'. Τῷ δὲ Πολυκάρπῳ, εἰσιόντι εἰς τὸ στάδιον, φωνὴ ἐξ οὐρανοῦ ἐγένετο· Ἴσχυε καὶ ἀνδρίζου, Πολύκαρπε. Καὶ τὸν μὲν εἰπόντα οὐδεὶς εἶδε, τὴν δὲ φωνὴν τῶν ἡμετέρων οἱ [1] παρόντες ἤκουσαν. Καὶ προσαχθέντος αὐτοῦ, θόρυβος ἦν μέγας ἀκουσάντων, ὅτι Πολύκαρπος συνείληπται. Λοιπὸν [2] προσαχθέντα αὐτὸν ἀνηρώτα ὁ ἀνθύπατος, εἰ αὐτὸς εἴη

VAR. LECT. [2] πολλοῖς ἀκουσθῆναι. [1] Euseb. πολλοί. [2] οὖν προσελθόντα.

VET. INT. Domine, *& sacrificare?* & reliqua quæ solent Diabolo instigante narrari: frenato paullisper ore, omnibus patienter auditis, tandem iratus annunciat; ad hoc se nunquam posse perduci, non igne, non ferro, non arctorum doloribus vinculorum, non fame, non exsilio, non flagellis. Commoti tunc illi, vehiculo summâ velocitate currente, Polycarpum perturbârunt; ita ut suras aliqua

videatur, vetere illo τοῦ ὀχήματος ad marginem annotato; quod ipsum quoque in textum, licèt loco non suo, admissum fuerit. In Cyrilli verò Græcolatino Glossario, κάῤῥον & καῤῥούχιον, *rheda* exponitur: & in Hesychii Lexico vice versâ, ῥηδίων, καῤῥούχων· apud quem etiam ἅρμα est ὄχημα, καῤῥοῦχα, δίφρος. Latinis Scriptoribus, Plinio, Martiali, Suetonio, & sequentibus Historiæ Augustæ scriptoribus, *carrucæ* vox usitatissima est: indeque tum posteriorum Græcorum καῤῥοῦχα illa, tum vulgatum nostrum *caroche*, suam traxit originem. *Idem.* ——— Vox ista, sequioribus seculis intro-

enim mali est, dicere, Domine Cæsar: *& sacrificare; atque ita salvum evadere?* Ille autem primùm quidem eis non respondit. Sed cùm instarent; *Non sum,* inquit, *facturus quod suadetis mihi.* Tum illi, frustrati spe flectendi eum, contumeliosa ei verba dixerunt; & cum impetu deturbârunt illum, adeò ut è vehiculo descendens tibiam distraheret. Verùm nequaquam commotus, ac si nihil mali passus esset, alacriter & properè pergebat, ductus ad stadium. Tantus verò erat tumultus in stadio, ut nemo posset audiri. VERS. COT.

IX. Porrò Polycarpo intranti in stadium, vox è cœlo facta est: *Fortis esto & viriliter age, Polycarpe.* Et eum quidem qui vocem emisit vidit nemo, vocem autem qui ex nostris præsentes erant audierunt. Introducto autem illo, magnus erat tumultus audientium comprehensum esse Polycarpum. De cætero adductum eum interrogavit Proconsul, *l.* Deut. xxxi. 7. 23.

VET. INT. COLB.

ex parte quassaret. Tantâ tamen per arenam velocitate currebat, ut (*y*) nullius corporis damna sentiret. (*y*) nulla.

IX. Sed quum arenam fuisset ingressus, è cœlo statim missa vox sonuit, clamans: *Polycarpe, habeto virtutem.* Hanc vocem qui in arena erant audierunt; ex aliis autem nullus audivit. Quum igitur Proconsuli fuisset oblatus, Deum toto corde confessus, imperia judicis

ducta, explicationis causâ apponebatur in margine, & inde in textum intrusa: uti paullò pòst. Lege igitur ut in Eusebio. SMITH.

Καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα.] In Eusebio ista non habentur. USSER.——— Videtur legisse in Eusebiana Historia Rufinus, ac perperam vertisse, *& de cætero.* Finem autem Capitis hujus cum initio sequentis Eusebius connectit. COT.

Διασώζεσθαι.] Ita etiam habetur in Eusebio MS. Saviliano: ubi in vulgatis legitur σώζεσθαι, pro quo Rufinus habet, *vivere securum.* USSER.

Προθύμως.] Ita etiam in Eusebio Saviliano; non πρόθυμος, ut in editis. *Idem.*

Πολύκαρπος. Τοῦ δὲ ὁμολογοῦντος, ἔπειθεν ἀρνεῖσθαι, λέγων. Αἰδέσθητί σου τὴν ἡλικίαν· καὶ ἕτερα τούτοις ἀκόλουθα, ὡς ἔθος αὐτοῖς, λέγων· Ὄμοσον τὴν Καίσαρος τύχην, μετανόησον· εἰπὲ, Αἶρε τοὺς ἀθέους. Ὁ δὲ Πολύκαρπος ἐμβριθεῖ τῷ προσώπῳ εἰς πάντα τὸν ὄχλον 3 τῶν ἐν σταδίῳ ἀνόμων ἐθνῶν ἐμβλέψας, καὶ ἐπισείσας αὐτοῖς τὴν χεῖρα, στενάξας τε καὶ ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν, εἶπεν· Αἶρε τοὺς ἀθέους. Ἐγκειμένου δὲ τοῦ ἀνθυπάτου καὶ λέγοντος, Ὄμοσον, καὶ ἀπολύω σε, λοιδόρησον τὸν Χριστόν· ὁ Πολύκαρπος ἔφη· Ὀγδοήκοντα καὶ ἓξ ἔτη 4 ἔχω δουλεύων αὐτῷ, καὶ οὐδέν με ἠδίκη-

VAR. LECT. 3 τὸν ἐν τῷ σταδίῳ ἐμβλέψας. 4 δουλεύω αὐτῷ.

VET. INT. cruenta contempſit. Quumque ab eo ad blaſphemum quodcumque cogeretur, diceretque ei Proconſul : *Vel ætatem hanc cogita, ſi alia in te forte contemnis : non poterit hæc ſenectus juvenibus etiam expaveſcenda ſufferre. Debes jurare per Cæſarem Cæſariſque fortunam : præterea habere pœnitentiam, & dicere* ; Impios tolle. Tunc Po-

(z)ut. USSER. lycarpus ore ſemicluſo, (z) & qui non ſuo ſed alieno ſer-

Ὡς ἔθος αὐτοῖς, λέγων.] Euſ. ὡς συνηθὲς αὐτοῖς ἐστι λέγειν. USSER.——Rectè ; SMITH.

Ὄμοσον τὴν κ. τ. λ.] Inter tentamenta, à Gentilibus ad expugnandam Chriſtianorum fidem adhiberi ſolita, præcipuum illud videtur, illos ſive cogere, ſive ſuadere, ut ſacrificarent, & *per genium* ſive *fortunam* Imperatoris jurarent, & ut etiam Chriſto maledicerent. Nec id unius ætatis erat inſtitutum. Impiam enim iſtam praxin ad ſequentia tempora continuatam fuiſſe, docent Tertullianus in Apologetico Cap. 32. & Origenes in Exhortatione ad Martyrium. *Idem.*

Εἰπὲ, Αἶρε κ. τ. λ.] Hìc quoque ſupplendus Ado deſcriptor Rufini, iſto modo ; *Conclama, Tolle ſacrilegos.* Ad vii. Cal. Feb. De loquendi formula præter cæteros conſule S. Chryſoſtomum Hom. XLVI. in Acta Apoſt. COT.

Εἶπεν· Αἶρε τοὺς ἀθέους.] Hiſce iiſdem verbis, quæ non ſine ingenti indignatione ab impia plebe prolata audiverat S. Polycarpus, mox oculis in cœlum converſis, cum gemitu Deo ſupplicavit ; ut facilè ex contracta fronte, habitu, geſtuque corporis, & vocis accentu, quivis ex adſtantibus, telum iſtud τῆς ἀθεότητος, Chri-

an ipſe eſſet Polycarpus. Cumque fateretur, hortabatur ille ut negaret, dicens; *Reverere ætatem tuam*; aliaque his ſimilia, ut illi ſolent, proferens; *Jura per genium Cæſaris*; *reſipiſce: dic*, Tolle impios. Tunc Polycarpus gravi ac ſevero vultu turbam omnem ſceleratorum, qui in ſtadio erant, Gentilium contuens, manumque in eos intentans, ſimulque gemens ac cœlum ſuſpiciens, dixit; *Tolle impios.* Inſiſtente verò Proconſule, atque aiente; *Jura, & dimitto te*; *convicium fac Chriſto*: Polycarpus reſpondit; *Octoginta & ſex anni ſunt ex quo ſervio ei, nec me ullâ affecit injuriâ: &* VERS. COT.

mone loqueretur, clauſis penè faucibus, populum qui in arena erat reſpexit univerſum impium & profanum: tractoque ex intimo corde ſuſpirio, majeſtatem cœli intuens, ait; *Tolle impios.* Et quum aſſiduus præceptor aſſiſteret, enuncians; *Jura, & poteris relaxari*; *Chriſtumque contemne:* tunc ait Polycarpus; *Octogeſimum jam & ſextum annum ætatis ingredior, nomini ejus probatus & ſerviens ſemper, nunquam ab eo læſus, ſemperque ſer-* VET. INT.

ſtianis falsò impactum, in propria illorum capita retortum fuiſſe, intelligere poſſet. SMITH.

Ὀγδοήκοντα καὶ ἓξ ἔτη.] Anno Æræ Chriſtianæ LXXXIII. Chriſto primùm ſervire cœpit Polycarpus, indeque cum Apoſtolis (qui tum ſuperfuerant) converſatus, & Smyrnæ Epiſcopus ab eis conſtitutus fuit; ut ex Irenæo, diſcipulo ipſius, confirmat Euſeb. Eccleſ. Hiſt. v. 26. & iv. 14. cum iii. 35. Poſt Hieroſolymitanæ urbis excidium, ad Eccleſiæ illius præfecturam Simeoni filio Cleophæ committendam, τῶν Ἀποστόλων καὶ τῶν Κυρίου μαθητῶν τοὺς εἰσέτι τῷ βίῳ λειπομένους ἐπὶ τὸ αὐτὸ πανταχόθεν συνελθεῖν, *Apoſtolos & diſcipulos Domini, qui adhuc lucis uſurâ fruebantur, ex omnibus locis in unum conveniſſe*, traditum refert idem Euſebius Lib. iii. Cap. 11. Ab eo verò excidio ad Polycarpi noſtri converſionem, anni tantùm elapſi ſunt 13. poſt quam anno deinceps 17. vitâ functus eſt Johannes; à quo Smyrnæ Epiſcopum conſtitutum fuiſſe Polycarpum, apud Tertullianum de Præſcript. Cap. 32. & Hieronymum in Catalogo legimus. Et cum 70. demum poſt ipſius Johannis obitum anno Polycarpus mar-

σεν· καὶ πῶς δύναμαι βλασφημῆσαι τὸν βασιλέα μου, τὸν σώσαντά με;

Ι΄. Ἐπιμένοντος δὲ πάλιν αὐτοῦ καὶ λέγοντος, Ὄμοσον τὴν Καίσαρος τύχην, ἀπεκρίνατο· Εἰ [1] κενοδοξεῖς ἵνα ὀμόσω τὴν Καίσαρος τύχην, ὡς σὺ λέγεις, προσποιεῖς δὲ ἀγνοεῖν με, τίς εἰμι· μετὰ παῤῥησίας ἄκουε, Χριστιανός εἰμι. Εἰ δὲ μαθεῖν θέλεις τὸν τοῦ Χριστιανισμοῦ λόγον, δὸς ἡμέραν καὶ ἄκουσον. Ὁ ἀνθύπατος ἔφη, Πεῖσον τὸν δῆμον. Ὁ δὲ Πολύκαρπος εἶπεν· Σὲ μὲν καὶ λόγου ἠξίωσα· δεδιδάγμεθα γὰρ ἀρχαῖς καὶ ἐξουσίαις [2] ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τεταγμέναις τιμὴν κατὰ τὸ προσῆκον, τὴν μὴ

VAR. LECT. [1] MS. ἐκεῖνο δόξειν. [2] Euſeb. ἀπὸ Θεοῦ.

VET. INT. *vatus: quo modo poſſum eum odiſſe quem colui, quem probavi, quem ſemper auctorem optavi, imperatorem meum, ſalvatorem ſalutis & gloriæ, perſecutorem malorum, ultoremque juſtorum?*

X. Quum ille diceret, *Per Cæſaris jurandum eſſe fortunam*; ait: *Quid me cogis jurare per Cæſarem? aut*

tyrium ſubierit; in Smyrnæorum Eccleſia adminiſtranda plures eum annos exegiſſe conſequitur, quàm præceſſores ſimul omnes. Quorum tres primi (ſi Pſeudo-Clementem Conſtit. Apoſt. Lib. vii. Cap. 47. audire libeat) Ariſto, Strataeas Loïdis filius, & alter Ariſto, fuerunt. In Hippolyti inedito de LXX Diſcipulis libello, quartus Apelles nominatus reperitur: cujus etiam Apoſtolum in Epiſt. ad Rom. xvi. 10. mentionem feciſſe, & Epiſcopum Smyrnæ ante S. Polycarpum factum fuiſſe, in Synopſi ſua refert Dorotheus: quanquam immediatum Polycarpi anteceſſorem fuiſſe Bucolum, in Polycarpi Actis Pionio adſcriptis, Græcorum Menæo (Feb. 6. & 23.) & Nicephori Hiſt. Eccleſ. Lib. iii. Cap. 34. traditum habeatur; quem & primum illius ſedis Epiſcopum fuiſſe Suidas affirmat. Sed ſive unum, ſive plures in eo Epiſcopatu anteceſſores ille habuerit; illud conſtat, & à Chriſti Paſſione ad Johannis obitum minùs quàm 70 annorum ſpatium interceſſiſſe; & ultra 70 annos Epiſcopatum Smyrnenſem obtinuiſſe Polycarpum. Quod ſi cuiquam minùs credibile videatur, revocandus illi in memoriam eſt ex poſterioribus ſeculis, *Remigius Rhemenſis urbis Epiſcopus; qui, ut ferunt,*

quo modo possum convicia dicere adversùs regem meum, qui salvum me fecit? VERS. COT.

X. Urgente rursus illo & inquiente; *Jura per Genium Cæsaris:* respondit; *Si ambitiosè contendis, ut jurem per Cæsaris, ut tu vocas, Genium; simulas autem te ignorare quis sim; palam audi, Christianus sum. Si verò cupis Christianæ religionis rationem discere; da diei spatium, & audi.* Proconsul dixit; *Persuade populo.* Polycarpus respondit; *Te quidem sermone ac ratione dignatus sum. Edocti namque sumus, principibus & potestatibus à Deo ordinatis honorem, prout decet, qui* Rom. xiii. 1. Tit. iii. 1.

professionem meam fortasse non nosti? Palam me Christianum dico: & quò magis irasceris, ego gaudeo. Tu si vis legis hujus scire rationem; diem da, à quo incipies audire vel discere. Respondit ei Proconsul; *Satisfac populo.* Polycarpus ait: *Tibi dignissimum reor satisfacere probatus, &* [(a)] *obaudientes esse quæ jusseris; tantùm ne injustè secteris. Docti enim sumus potestatibus, qui Deo ordinante procedunt,* [(b)] *morem gerere, mandatisque servire. Illos verò* VET. INT.

(a) obaudiens eis esse. *Idem.*
(b) honorem. SMITH.

septuaginta aut eo amplius in Episcopatu annos explevit: ut apud Gregorium Turonensem de gloria Confessorum, Cap. 79. legimus. USSER.

Εἰ κενοδοξεῖς ἵνα ὀμόσω κ. τ. λ.] Quare per *fortunam* sive *genium* Cæsaris jurare noluerint veteres Christiani, rationem reddit Tertullianus in Capite 32. Apologetici. *Sed & juramus, sicut non per genios Cæsarum, ita per salutem eorum, quæ est augustior omnibus geniis. Nescitis genios dæmonas dici, & inde diminutivâ voce dæmonia. Nos judicium Dei suspicimus in Imperatoribus, qui gentibus illos præfecit. Id enim in eis scimus esse, quod Deus voluit: ideoque & salvum volumus esse quod Deus voluit, & pro magno id juramento habemus.* Unde & sacramenti militaris formulam, sub Christianis Imperatoribus ita immutatam, proponit Vegetius, de re militari, Lib. ii. Cap. 5. *Jurant per Deum, & per Christum, & per Spiritum Sanctum, & per majestatem Imperatoris, quæ secundùm Deum, generi humano diligenda est & colenda.* Idem.

Προσποιεῖς · · · · · · εἰμι.] Euseb. προσποιούμενος ὅς τις εἰμι rectiùs. *Idem.*

βλάπτουσαν ἡμᾶς, ἀπονέμειν· ἐκείνους δὲ οὐχ ἡγοῦμαι ἀξίους, τοῦ ἀπολογεῖσθαι αὐτοῖς.

ΙΑ'. Ὁ δὲ ἀνθύπατος πρὸς αὐτὸν εἶπε· Θηρία ἔχω, τούτοις σε παραβαλῶ, ἐὰν μὴ μετανοήσῃς. Ὁ δὲ εἶπεν· Κάλει, ἀμετάθετος γὰρ ἡμῖν ἡ ἀπὸ τῶν κρειττόνων ἐπὶ τὰ χείρω μετάνοια. Καλὸν δὲ [1] μετατίθεσθαι με ἀπὸ τῶν χαλεπῶν ἐπὶ τὰ δίκαια. Ὁ δὲ πάλιν πρὸς αὐτόν· Πυρί σε ποιῶ [2] δαπανηθῆναι, εἰ τῶν θηρίων καταφρονεῖς, ἐὰν μὴ μετανοήσῃς. Ὁ δὲ Πολύκαρπος· Πῦρ ἀπειλεῖς τὸ πρὸς ὥραν καιόμενον, καὶ μετ' ὀλίγον σβεννύμενον. ἀγνοεῖς γὰρ τὸ τῆς μελλούσης κρίσεως καὶ αἰωνίου κολάσεως τοῖς ἀσεβέσι τηρούμενον πῦρ. ἀλλὰ τί βραδύνεις; φέρε ὃ βούλει.

ΙΒ'. Ταῦτα δὲ καὶ ἄλλα πλείονα λέγων, θάρ-

VAR. LECT. [1] Euſeb. μετατίθεσθαι ἀπό. [2] δαμασθῆναι.

VET. INT. *indignos judico, nec ad ſatisfaciendum idoneos puto: proinde judici me æquum eſt parere, non populo.*

XI. Reſpondit Proconſul: *Feras atroces habeo: his te tradam per fruſta lacerandum, ſi pœnitentiam habere contempſeris.* Reſpondit ille: *In me leonum rabies cruenta deſæviat, & quicquid gravius judex durus inveneris: gloriabor in pœna, tripudiabo lætus in vulnere, & merita mea doloris æſtimatione penſabo. Quanto graviora pertulero, tanto præmia majora percipiam. Eſt mihi paratus*

Ἀμετάθετος κ. τ. λ.] Locus explicatu difficilis, ſi hæc lectio retineatur, quæ rejicienda mihi planè videtur. Quid ſi legamus, οὐκ εὐμετάθετος, hoc ſenſu? '*nobis* Chriſtianis '*non facilis* eſt *reſipiſcentia &* '*mutatio animi à melioribus ad* '*pejora.*' Sed hoc eſt planè hariolari. Valeſius pro μετάνοια ſubſtituere vult διάνοια: Sed lectio Euſebiana, quæ conſentit cum hiſce Actis, non debet ſollicitari: præſertim quum τὸ μετάνοια ad comminationem Proconſulis, ἐὰν μὴ μετανοήσῃς, directè referri videatur. Judicent alii. SMITH.

Καλὸν δὲ μεταθέσθαι κ. τ. λ.] Hæc Wakius ita explicat: '*Bonum* eſt ab aſperis & *diffi*'*cilibus* perpeſſu in terris, ad

nobis non officiat, dare. Illos verò indignos ſentio, quibus rationem reddam. VERS. COT.

XI. At Proconſul ad ipſum dixit; *Beſtias habeo, his te objiciam, niſi reſipueris.* Ipſe verò; *Eas*, inquit, *arceſſe. Neque enim reſipiſcere ſolemus eâ reſipiſcentiâ, quæ à melioribus ad deteriora mutatio fit. Bonum autem eſt, me à malis ad juſta tranſire.* Rurſus ad Polycarpum Proconſul; *Quandoquidem beſtias ſpernis, efficiam ut igne conſumaris, niſi ſententiam mutes.* Cui Polycarpus; *Ignem minaris qui ad horæ ſpatium ardet, ac paullò pòſt extinguitur. Ignoras enim illum futuri judicii & æternæ pœnæ ignem, qui impiis reſervatur. Verùm quid moraris? profer quodcumque volueris.*

XII. Hæc verò atque alia plura cùm diceret,

ad ſuperiora animus: ex humilioribus enim ad ſumma procedimus. Reſpondit Proconſul: *Si ferarum morſus novâ præſumptione contemnis, ignibus te cremabo.* Tunc Polycarpus reſpondit: *Ignem mihi minaris*, inquit, *qui unius horæ ſpatio æſtuat, & pòſt frigeſcit; ignorans futuri judicii & æterni ignis impiis tormenta perpetua. Sed quid voluntatem tuam longâ oratione ſuſpendimus? Fac ex me illa quæ cogitas: & quodcunque aliud pœnæ genus caſus obtulerit, (c) accelera.* VET. INT.

XII. Hæc fortè dum loquitur, vultum ejus (d) vel ſen-

(c) *aucupare.* COLB.

(d) ac. *Ibid.* in tantum. USSER.

‘ *juſtum* iſtius perpeſſionis præ-‘ mium in cœlis, me trans-‘ ferri.’

Δαπανηθῆναι.] Ita etiam in codice Euſebiano Rufini, [qui vertit *conſumi*]. Notandus porrò eſt locus iſte, ut oſtendatur gravius extitiſſe ſupplicium igni tradi, quàm objici beſtiis. Qua de re multi dixerunt. COT.

Τί βραδύνεις; κ. τ. λ.] *Stantes autem Martyres in medio populi, aiunt ad Principes; Cur moras patimini? facite quod facturi eſtis.* In Paſſione XL Martyrum. 2 Maccab. vii. 30. Joan. xiii. 27. *Idem.*

σους καὶ χαρᾶς ἐνεπίμπλατο, καὶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ χάριτος ἐπληροῦτο, ὥστε [1] οὐ μόνον μὴ συμπεσεῖν ταραχθέντα ὑπὸ τῶν λεγομένων πρὸς αὐτὸν, ἀλλὰ τοὐναντίον τὸν ἀνθύπατον ἐκστῆναι, πέμψαι τε τὸν ἑαυτοῦ κήρυκα ἐν μέσῳ τῷ σταδίῳ κηρῦξαι τρίτον, Πολύκαρπος ὡμολόγησεν ἑαυτὸν Χριστιανὸν εἶναι. Τούτου λεχθέντος ὑπὸ τοῦ κήρυκος, ἅπαν τὸ πλῆθος ἐθνῶν τε καὶ Ἰουδαίων τῶν τὴν Σμύρναν κατοικούντων, ἀκατασχέτῳ θυμῷ καὶ μεγάλῃ φωνῇ ἐπεβόα· Οὗτός ἐστιν ὁ τῆς ἀσεβείας διδάσκαλος, ὁ πατὴρ τῶν Χριστιανῶν, ὁ τῶν ἡμετέρων θεῶν καθαιρέτης, ὁ πολλοὺς διδάσκων μὴ θύειν μηδὲ προσκυνεῖν τοῖς θεοῖς. Ταῦτα λέγοντες, ἐπεβόων καὶ ἠρώτων τὸν Ἀσιάρχην Φίλιππον, ἵνα ἐπαφῇ τῷ

VAR. LECT. 1 Eufeb. μὴ μόνον μή· Sic MS. Eufebii Savil.

VET. INT. fum gratiæ cœleftis fplendor intravit, ut ipfe etiam Proconful terreretur. Tunc voce præconis in arena media ter clamatum eft: *Polycarpus Chriftianum fe femper effe confeffus eft.* Univerfus itaque Populus Judæorum

Ἑαυτοῦ κήρυκα.] Vox ἑαυτοῦ neque in Eufebio, neque in Vet. Int. habetur. Per *præconem* verò folitum interloqui judicem, notat hìc Baronius. Κήρυκα autem *curionem* Rufinus reddidit: quam vocem bis etiam pro *præcone* ufurpavit in Gallieno Trebellius Pollio. USSER.

Τρίτον.] Eufeb. τρὶς, & Vetus Int. *ter clamatum eft*; quod Rufinus ad ipfum Polycarpum perperam retulit: *Polycarpum tertiò confeffum Chriftianum fe effe.* Idem.

Ἅπαν τὸ πλῆθος κ. τ. λ.] Rufinus: *Univerfa multitudo tum Gentilium quàm Judæorum Smyrnenfium civitatis.* Seldenus: *Commune gentium & Judæorum quod Smyrnæ tunc agebat*: ut referatur ad τὸ Κοινὸν τῆς Ἀσίας, quod eo tempore Smyrnam, ad communia fpectacula celebranda, commigraverit. Smyrnæ enim univerfitatis Afiæ conventus aliquando fuit habitus, aliquando Ephefi, aliquando in urbe aliqua alia Afiæ propriè dictæ, vel Afiæ faltem Lydiacæ; quæ, præter mediterraneam, etiam maritimam Lydiam, ab Æolibus & Ionibus habitatam, comprehendebat. *Idem.*

Ὁ τῆς ἀσεβείας διδάσκαλος] Pro ἀσεβείας reftituendum effe

VERS. COT.

fiduciâ & gaudio replebatur, illiusque vultus plenus gratiæ erat : adeò ut non solùm iis quæ ipsi dicebantur turbatus non concideret ; sed contrà Proconsul stuperet, suumque mitteret præconem, ter in medio stadio proclamaturum, *Polycarpus confessus est Christianum se esse.* Quod ubi pronunciâsset præco, universa multitudo Gentilium ac Judæorum, qui Smyrnam incolebant, effrenatâ irâ & magnâ voce conclamabat ; *Hic est Asiæ magister ; pater Christianorum ; nostrorum Deorum eversor ; qui multos docet ne sacrificent, neve Deos adorent.* Ista inquientes, acclamabant, rogabantque Asiarcham Philippum, ut leonem ad-

VET. INT.

& gentium, qui Smyrnam colebat, irâ commotus exclamat : *Hic est Asiæ magister, Christianorum pater, nostrorum Deorum destructor pertinax, violatorque templorum ; qui dicebat non sacrificandum, nec Deorum adoranda esse simulachra : tandem quod peccârat inveniat.* Petebant Asiarcham Philippum, ut ei leonem iratus immitteret :

'Ασίας, Eusebii, Rufini, & Veteris Interpretis consentiens hìc evincit auctoritas. In Hieronymi Scriptorum Ecclesiasticorum Catalogo, *totius Asiæ princeps* appellatur Polycarpus : & in hac Epistola, διδάσκαλος ἀποστολικὸς καὶ προφητικὸς, & διδάσκαλος ἐπίσημος Idem.

Μὴ θύειν κ. τ. λ.] Mutilatus locus iste in Vulgatis Eusebii exemplaribus : qui tamen à Rufino integrè habetur conversus : *ne immolent, neve adorent Deos.* Idem.

Τὸν 'Ασιάρχην Φίλιππον.] *Philippum munerarium*, Rufinus & Christophorsonus reddiderunt. Doctissimus Salmasius, in Plinian. Exercit. pag. 805. nos docet, 'Ασιάρχας *fuisse sacerdotum principes* & ἱεράρχας, *potiùs quàm rectores provinciarum ; qui ex ipsismet primoribus Asiæ & opulentissimis civibus eligebantur ad munera edenda.* Et Gab. Albaspinæus, Observat. Lib. i. Cap. 22. 'Ασιάρχην, *non Præsidem aut Principem, sed Sacerdotem Asiæ & Munerarium significare, eundemque qui ludos præstat suis sumptibus :* quamquam & magistratum gessisse eum, non sacerdotium solum, doceat in loco citato Salmasius : de quo etiam, in Annotationibus ad quartum marmor Arundelianum consulendus est Seldenus noster ; & Interpretes Act. xix. 31. *Idem.*

Πολυκάρπῳ λέοντα. Ὁ δὲ Φίλιππος ἔφη, μὴ εἶναι ἐξὸν αὐτῷ, ἐπειδὴ ἐπληρώκει τὰ κυνηγέσια. Τότε ἔδοξεν αὐτοῖς ὁμοθυμαδὸν ἐπιβοῆσαι, ὥστε τὸν Πολύκαρπον κατακαυθῆναι. Ἔδει γὰρ τὸ τῆς φανερωθείσης ἐπὶ τοῦ προσκεφαλαίου ὀπτασίας πληρωθῆναι, ὅτε ἰδὼν αὐτὸ καιόμενον, προσευχόμενος, εἶπεν ἐπιστραφεὶς τοῖς σὺν αὐτῷ πιστοῖς προφητικῶς, Δεῖ με ζῶντα κατακαυθῆναι.

ΙΓʹ. Ταῦτα οὖν μετὰ τοσούτου τάχους ἐγίνετο, θᾶττον τοῦ λεχθῆναι· τῶν ὄχλων παραχρῆμα συναγαγόντων ἔκ τε τῶν ἐργαστηρίων καὶ βαλανείων ξύλα καὶ φρύγανα· μάλιστα Ἰουδαίων προθύμως, ὡς ἔθος αὐτοῖς, εἰς ταῦτα ὑπουργούντων.

VAR. LECT. [2] MS. & Euseb. πεπληρώκει. 3 Euseb. καῆναι. MS. Savil. κατακαῆναι. 1 MS. ἐγένετο.

VET. INT. qui sibi non licere respondit, tempore jam muneris exsoluto. Tunc placuit illis omnibus, æquo unoque consensu, ut vivum Polycarpum ignis exureret. Oportuerat enim id fieri, quod ille antè prædixerat. Orans itaque omnipotentem Deum, venerabilem ad suos vultum retorquens

Ἐπληρώκει τὰ κυνηγέσια.] Vel, ἐπεπληρώκει, potiùs. Rufin. *jam editionis suæ munus explêsset.* Albaspinæus responsi sententiam refert: *munus se dedisse quod apparare debuerat, eoque se posthac liberum solutumque munere videri.* Cujusmodi verò κυνηγέσια sint hìc intelligenda, partim ex Actis Pionii intelligere possumus: in quibus *Terentius, qui tunc venationes curabat, ad Asclepiadem; Te, inquit, accusabo, ut bestiis damnatum in munere gladiatorio filii mei:* partim ex Glossarii Basilicorum, à Carolo Labbæo editi, explicatione illa; Κυνηγοὺς καλῶ ἐν τῷ νόμῳ τοὺς θηριομάχους. De quibus venatoribus accipienda sunt illa Augustini, in Psalm. cii. *Qui venatoribus donant, quare donant? dicant mihi, quare donant venatori? Hoc in illo amat, in quo nequissimus est; hoc in illo pascit, hoc in illo vestit: ipsam nequitiam publicam spectaculis omnium.* Et in Psalm. CXLVII. *Vident homines venatorem & delectantur; væ miseris, si non se correxerint. Qui enim vident venatorem & delectantur, videbunt Salvatorem & contristabuntur. Quid illis miserius; quibus Salvator saluti non erit? Non ergo mirum, quia illis quibus voluptati est homo*

versùs Polycarpum emitteret. At Philippus negavit id ſibi licere, quia venationes ſeu gladiatoria ſpectacula jam expleverat. Tunc placuit illis uno conſenſu inclamare, ut Polycarpus vivus combureretur. Neceſſe enim erat ut viſio illa de cervicali, quæ ei oſtenſa fuerat, impleretur; quando inter orandum videns illud ardere, converſus ad fideles qui cum eo erant, propheticè dixit; *Oportet me vivum comburi.* VERS. COT.

XIII. Hæc igitur citiùs peracta ſunt, quàm pronunciata: cunctâ plebe confeſtim ex officinis ac balneis ligna & ſarmenta congregante; præcipuè Judæis, alacri animo, ut ſolent, ad iſta juvantibus.

ait: *Videtis eam eſſe, per quam prophetaveram, paſſionem.* VET. INT.

XIII. Tunc populus ad balneum & ad (e) artiſteria convolavit, ligna & malleola perquirentes, præcipuè Ju- (e) ergaſteria. SMITH.

pugnans, non erit ſaluti Deus liberans. Vide Tertullian. de Spectaculis, Cap. 12. & 19. & P. Fabr. Semeſtr. Lib. ii. Cap 7. *Idem.*

Ὥστε τὸν.] Ex Euſebio, Rufino, & noſtro [Vet.] Interprete legendum; ὥστε ζῶντα τὸν. Idem.

Ἔδει κ. τ. λ.] A manu Nicephori fuit, ἔδει γὰρ αὐτῷ προφητικῷ γε ὄ.τι ἀνδρὶ, μὴ τὸ ὀραθὲν ἐκεῖνο διαπεσεῖν At ediderunt ἐκείνῳ. COT.

Ταῦτα οὖν κ. τ λ.] Hinc expreſſa ſunt illa, in Actis Theodori Tironis, apud Metaphraſt. Feb. 17. *Dicto citiùs res mandata fuit executioni,* (θᾶττον ἢ ἐλέχθη, καὶ τὸ ἔργον ἠνύετο) *lictoribus ex officinis & balneis ligna repentè colligentibus.* & apud Vincentium, Speculi hiſtorial. Lib. xii. Cap. 94. *Omnes populi civitatis cum feſtinatione ligna à balneis rapientes, conſtruxerunt rogum.* USSER.

Ξύλα καὶ φρύγανα.] Sic & apud Euſeb. in MS. Savil. nam in editis καὶ deſideratur. Φρύγανα Rufinus *ſarmenta*, noſter [Vet.] Interpres *malleola*, vel *malleolos* potiùs, reddidit: quâ utraque voce etiam Cicero eſt uſus. Tertullian. ſub finem Apologetici: *Licet nunc ſarmentitios & ſemaxios appelletis, quia ad ſtipitem dimidii axis revincti, ſarmentorum ambitu exurimur: hic eſt habitus victoriæ noſtræ, hæc palmata veſtis; tali curru triumphamus.* Idem.

Ὑπουργούντων.] In Rufino forſan ſcribendum, *ſervientibus*, non *ferventibus*. COT.

[2] Ὅτε δὲ ἡ πυρκαϊὰ ἡτοιμάσθη, ἀποθέμενος ἑαυτῷ πάντα τὰ ἱμάτια, καὶ λύσας τὴν ζώνην αὐτοῦ, ἐπειρᾶτο καὶ ὑπολύειν ἑαυτόν· μὴ πρότερον τοῦτο ποιῶν, διὰ τὸ ἀεὶ ἕκαστον τῶν πιστῶν σπουδάζειν ὅς τις τάχιον τοῦ χρωτὸς αὐτοῦ [3] ἅψηται· παντὶ γὰρ καλῷ, ἀγαθῆς ἕνεκεν πολιτείας, καὶ πρὸ τῆς [4] μαρτυρίας ἐκεκόσμητο. Εὐθέως οὖν αὐτῷ περιετίθετο τὰ πρὸς τὴν πυρὰν ἡρμοσμένα ὄργανα. Μελλόντων δὲ αὐτῶν καὶ [5] προσηλοῦν, εἶπεν, Ἄφετέ με οὕτως· ὁ γὰρ [6] δούς μοι ὑπομεῖναι τὸ πῦρ, δώσει καὶ χωρὶς τῆς ὑμετέρας ἐκ τῶν ἥλων ἀσφαλείας, [7] ἀσάλευτον ἐπιμεῖναι τῇ πυρᾷ.

ΙΔʹ. Οἱ δὲ οὐ καθήλωσαν μὲν, ἔδησαν δὲ αὐτόν. Ὁ δὲ ὀπίσω τὰς χεῖρας ποιήσας καὶ προσδεθεὶς, ὥσπερ κριὸς ἐπίσημος ἐκ μεγάλου ποιμνίου εἰς προσφορὰν, [1] ὁλοκάρπωμα δεκτὸν τῷ Θεῷ ἡτοιμασ-

VAR. LECT. [2] Euſeb. Ἀλλ' ὅτε ἡ πυρά. [3] ἐφάψηται. [4] πολιᾶς κεκόσμητο. [5] προσηλοῦν αὐτὸν. [6] διδοὺς. [7] ἀσκύλτως.
[1] Euſeb. ὁλοκαύτωμα.

VET. INT. dæi. Per hæc igitur miniſteria quum flamma fuiſſet adlata, Polycarpus cingulum ſolvit, veſtemque depoſuit; vincula etiam parabat exuere: quæ facere non ſolebat; quia ſinguli fideles viri nuda ejus tangere vel oſculari membra cupiebant. Plenitudine enim bonæ conſcientiæ redundabat, etiam antequam ad martyrii certamen acce-

Παντὶ γὰρ καλῷ.] Euſeb. ἐν παντί· ſed ἐν planè mihi redundare videtur. Καλῷ deſideratur ibidem, neſcio an recte. SMITH.

Ἐκεκόσμητο.] Sic in MS. Euſebii Saviliano. USSER.

Προσηλοῦν.] Ad firmitatem, non ad ſupplicium. Juſtus Lipſius, de cruce Lib. iii. 10. interpretatur, *cruci ſuffigere*, intolerando errore. COT.

Ὁ γὰρ δούς μοι κ. τ. λ.] Rufin. *Qui enim dedit mihi.* Similia his quoque habentur in Actis Græcis MSS. Theodori. Μελλόντων δὲ καὶ προσηλοῦν, οὐκ ἠνέχετο. Ἄφετέ με λέγων· ὁ γὰρ οὐδὲν ἀγενὲς πρὸς τὴν τοῦ πυρὸς ὑπομεῖναι θέαν, αὐτὸς δώσει πάντως καὶ τῆς τῶν ἥλων ἐκτὸς ἀσφαλείας, τὴν τοῦ πυρὸς ὑποστῆναι καῦσιν. Quod in Actis ejus Latinis, apud Vin-

Quando autem rogus apparatus eſt, Polycarpus ſibi detractis omnibus veſtimentis, & cingulo ſoluto, conabatur etiam ſe excalceare: quod priùs non faciebat, quoniam ſemper ſinguli fidelium contendebant, quiſnam celeriùs corpus ejus tangeret. Omni ſiquidem bono propter ſanctos mores, etiam ante martyrium honeſtabatur. Illico igitur ei circumpoſita ſunt quæ ad rogum coagmentata fuerant inſtrumenta. Cùm verò etiam clavis, ab illis affigendus eſſet, dixit; *Sinite me ſic. Qui enim mihi dat ignem pati; dabit & ſine veſtra ex clavis cautione, immotum in pyra permanere.* VERS. COT.

XIV. Illi ergo non quidem clavis defixerunt, ſed ligaverunt eum. Hic verò manibus poſt tergum poſitis, ac revinctus tamquam aries inſignis ex magno grege ad oblationem, holocauſtum accederet.

(*f*) Potius ergo in medium his quæ ex more parabantur arſuro. Quum [ergo] eum ferro vincire cuperent conſuetudinem legemque ſervantes; *Permittite me ſic,* inquit. *Qui enim mihi dedit velle, largietur & poſſe; atque ipſum tolerabilem faciet voluntati ignem ardentem.* VET. INT.

(*f*) Pofius. *Idem.*

XIV. Itaque ferro illum nemo vinxit: ſed poſt tergum ligatis manibus, ut devotus [ad] altaria, præſentis paſſio-

centium, ita habetur expreſſum: *Quæſtionarii cogitaverunt, ut eum clavis configerent. Quibus ille dixit: Sinite me. Qui enim mihi dedit tolerantiam in omnibus, dabit etiam, ut hic confixione clavorum ipse immotum cum lætitia poſſim ſuſtinere.* USSER.

'Απάλειπτον.] Rufin. *immobiliter.* Idem.

'Επίσημος.] 'Αναφερόμενος in Euſebio, *aſſumptus* in Rufino, additur: pro quo [illegible] hic potius ſubjicitur. *Idem.*

Εἰς [illegible].] Deeſt in Euſebio. *Idem.*

[illegible]] A Græcis interpretibus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] redditur, ad interdum [illegible] per [illegible] ut Lev. [illegible] *Idem.*

μένον, ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν, εἶπε· Κύριε ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ὁ τοῦ ἀγαπητοῦ καὶ εὐλογητοῦ παιδός σου Ἰησοῦ Χριστοῦ πατὴρ, δι' οὗ τὴν περὶ σοῦ ἐπίγνωσιν εἰλήφαμεν, ὁ Θεὸς ἀγγέλων καὶ δυνάμεων, καὶ πάσης τῆς κτίσεως, καὶ παντὸς τοῦ γένους τῶν δικαίων, οἳ ζῶσιν ἐνώπιόν σου· εὐλογῶ σε, ὅτι ἠξίωσάς με τῆς ἡμέρας καὶ ὥρας ταύτης, τοῦ λαβεῖν [3] με μέρος ἐν ἀριθμῷ τῶν μαρτύρων [4] σου, ἐν τῷ ποτηρίῳ τοῦ Χριστοῦ σου, εἰς ἀνάστασιν ζωῆς αἰωνίου, ψυχῆς τε καὶ σώματος, ἐν ἀφθαρσίᾳ Πνεύματος ἁγίου· ἐν οἷς προσδεχθείην ἐνώπιόν σου σήμερον ἐν θυσίᾳ πίονι καὶ προσδεκτῇ, καθὼς προητοίμασας καὶ [5] προεφανέρωσας καὶ ἐπλήρωσας, ὁ ἀψευδὴς καὶ ἀληθινὸς Θεός. Διὰ τοῦτο καὶ περὶ πάντων αἰνῶ σε, εὐλογῶ σε, δοξάζω σε, σὺν τῷ αἰωνίῳ καὶ ἐπουρανίῳ Ἰησοῦ Χριστῷ, ἀγαπητῷ σου παιδί· μεθ' οὗ σοι καὶ Πνεύματι ἁγίῳ ἡ δόξα, καὶ νῦν καὶ εἰς τοὺς μέλλοντας αἰῶνας. Ἀμήν.

ΙΕ'. Ἀναπέμψαντος δὲ αὐτοῦ τὸ Ἀμὴν, καὶ

VAR. LECT. [2] σε. 3 με deest. 4 σου deest. 5 προφανερώσας καὶ πληρώσας.

VET. INT. nis limen ingreſſus eſt. Tunc ſidera, cœlumque reſpiciens, dixit: *Deus angelorum, Deus archangelorum, reſurrectio noſtra ſolutioque peccati, rector elementorum omnium & totius habitaculi, omne juſtorum genus qui in conſpectu tuo vivunt protegens : te benedico, tibi ſerviens, qui me dignum hac paſſione duxiſti, ut percipiam partem coronamque martyrii, initium calicis, per Jeſum Chriſtum in unitate*

Τῷ Θεῷ · · · · οὐρανὸν.] Pro his in Euſebio tantùm habetur Θεῷ παντοκράτορι. Idem.

Κύριε ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ.] Deſunt iſta in Euſebio & Rufino. *Idem.*

Περὶ σοῦ.] Sic & apud Nicephorum. *Idem.*

Χριστοῦ σου.] Sic & in Euſebio Saviliano & Rufino : nam in Græcis editis σου deſideratur. *Idem*

Ψυχῆς τε καὶ σώματος.] h. e. 'tum *animæ* tum *corporis*, quæ 'in *reſurrectione* inſeparabili 'unione conjuncta, in cœleſti 'beatitudine æternum durabunt. SMITH.

ceptabile Deo præparatum, cœlum contuitus, dixit; *Domine Deus omnipotens, Pater dilecti ac benedicti Filii tui Jesu Christi, per quem tui notitiam accepimus; Deus Angelorum & Virtutum, ac universæ creaturæ, totiusque justorum generis qui vivunt in conspectu tuo: benedico te, quoniam me hac die atque hac horâ dignatus es, ut partem caperem in numero Martyrum tuorum, in calice Christi tui, ad resurrectionem vitæ æternæ, animæ & corporis, in incorruptione Spiritûs Sancti: inter quos utinam suscipiar hodie coram te, in sacrificio pingui & accepto, quemadmodum præparâsti & præmonstrâsti & adimplevisti, mendacii nescius ac verax Deus. Quapropter de omnibus laudo te, benedico te, glorifico te, cum sempiterno & cælesti Jesu Christo, dilecto tuo Filio; cum quo tibi & Spiritui Sancto gloria, & nunc & in futura sæcula. Amen.* VERS. COT.

XV. Et postquam Amen emisisset, precatio-

Spiritûs Sancti; ut, completo sacrificio istius diei, promissa tuæ veritatis accipiam. Ob hanc rem te benedico in omnibus, & glorior, per æternum Pontificem omnipotentem Jesum Christum: per quem tibi, & cum ipso, & cum Spiritu Sancto, gloria nunc & in futurum in secula seculorum. Amen. VET. INT.

XV. Completâ itaque oratione, flammâque suppositâ,

Προσφωνήσαντος καὶ ἐπλήρωσας.] Sic et am Rufinus. COT.

Σὺν τῷ αἰωνίῳ .... ἡ δόξα] Præpositiones apud Eusebium immutatæ leguntur: διὰ τοῦ αἰωνίου ἀρχιερέως Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἀγαπητοῦ σου παιδός· δι' οὗ σοι σὺν αὐτῷ Πνεύματι ἁγίῳ. Quod in Arianorum favorem factum suspicari quis posset: nisi & à nostro [Vet.] Interprete ita locus fuisset redditus; *per æternum pontificem* &c. & à Rufino, *per æternum Deum & pontificem Jesum Christum, dilectum filium tuum: per quem, & cum quo, tibi cum Spiritu Sancto, gloria.* USSER.

Αἰῶνας.] Τῶν αἰώνων in edi-

πληρώσαντος τὴν εὐχὴν, οἱ τοῦ πυρὸς ἄνθρωποι ἐξῆψαν τὸ πῦρ. Μεγάλης δὲ ἐκλαμψάσης φλογὸς, θαῦμα [1] μέγα εἴδομεν οἷς ἰδεῖν ἐδόθη· οἳ καὶ [2] ἐτηρήθημεν, εἰς τὸ ἀναγγεῖλαι τοῖς λοιποῖς τὰ γενόμενα. Τὸ γὰρ πῦρ καμάρας εἶδος ποιῆσαν, ὥσπερ ὀθόνη πλοίου ὑπὸ πνεύματος πληρουμένη, κύκλῳ περιετείχισε τὸ σῶμα τοῦ μάρτυρος. Καὶ ἦν μέσον οὐχ ὡς σὰρξ καιομένη, ἀλλ᾽ ὡς ἄρτος ὀπτώμενος, ἢ ὡς χρυσὸς καὶ ἄργυρος ἐν καμίνῳ πυρούμενος· καὶ γὰρ εὐωδίας τοσαύτης [3] ἀντελαβόμεθα, ὡς λιβανωτοῦ πνέοντος, ἢ ἄλλου τινὸς τῶν τιμίων ἀρωμάτων.

Ις΄. Πέρας οὖν ἰδόντες οἱ ἄνομοι, οὐ δυνάμενον αὐτοῦ τὸ σῶμα ὑπὸ τοῦ πυρὸς δαπανηθῆναι, ἐκέλευσαν προσελθόντα αὐτῷ κομφέκτορα παραβῦ-

VAR. LECT. 1 In Euseb. μέγα deest. 2 ἐτηρήθησαν. 3 ἀντελαμβανόμεθα.

VET. INT. quum usque ad cœlum tolleretur incendium, miraculi novitas repentina processit: illis videntibus quos videre jusserat cœleste mandatum, ut possint ceteris ostensa narrare. Curvus namque in littora arcus apparuit, in aliquantam latitudinem cornua utraque flectendo, velum navis imitatus: qui martyris corpus molli velabat amplexu, ne aliquid ex sanctis artubus flamma vastaret. Ipsum autem corpus, ut panis grata decoctio vel argenti

tis Eusebii exemplaribus additur: licèt in Ms. Savil & Rufino, non legitur. Noster tamen Interpres habet *seculorum*. Idem

Ὥσπερ ὀθόνη κ. τ. λ.] Eusebius habet ὀθόνης & πληρουμένης. Rufinus, *specie quasi veli navi vento sinuati*. Idem

Ἄρτος ὀπτώμενος, ἢ ὡς.] Non habentur hæc in Eusebio, vel Rufino. *Idem*.

Ἀντελαβόμεθα.] Sic & Eusebius Savilianus. *Idem*.

Οὐ δυνάμενον αὐτοῦ κ. τ. λ.] In Martyrologio quoque Romano, Jan. 26. ab igne minimè læsus fuisse Polycarpus dicitur. Indeque Romæ in Ecclesia S. Stephani in Cœlio, adscripta illi cernitur Siracidæ ista sententia, Ecclesiastic. LI. 6. *In medio ignis non sum æstuatus*: subjecto etiam, in eam

nemque complêſſet; homines ſeu miniſtri ignis, Vers. Cot.
ignem accenderunt. Cùm verò ingens flamma emicâſſet, grande miraculum vidimus, quibus ſpectare conceſſum fuit; qui & ideo reſervati ſumus, ut aliis quæ contigerunt annunciaremus. Ignis enim fornicis ſpeciem præbens, tamquam navis velum repletum atque ſinuatum, undique circumdedit Martyris corpus; quod quidem in medio poſitum, non ut caro aſſa videbatur, ſed veluti panis coctus, vel ſicut aurum & argentum in fornace candens. Tantam quippe fragrantiam odorabamur, ac ſi thus, aut aliud quoddam pretioſorum aromatum oluiſſet.

XVI. Tandem igitur cernentes improbi, corpus ipſius ab igne non poſſe conſumi, juſſerunt confectorem propiùs accedere, pugionemque capu-

& auri, qui conflato pulchro colore reſplendens ſingulo- Vet. Int.
rum juvabat aſpectum. Odor etiam thuris aut myrrhæ, aut pretioſi alicujus unguenti, tractum nidorem totius fugabat incendii.

XVI. Quum hoc itaque peccatoribus fuiſſet oſtenſum, ut intelligerent eum non poſſe comburi: præceperunt congeſtorem ignis accingi, gladiunculum ſancto corpori

ſententiam, hoc epigrammate.

Phœnicem ſi quis medio miretur in igne
Emori, & extructo ſe reparare rogo;
Obſtupeat, Polycarpe, avidas tibi parcere flammas,
Non auſas ſacrâ te violare face.
Mille nitent tædæ, rutilantque hinc inde favillis,
Atque in te Dominum, quem colis ipſe, colunt.
Præmia nunc majora tibi ſed reddit Olympus,
Ignea qui pedibus ſubjicit aſtra tuis. Idem.

Κομφέκτορα.] Latinum hoc vocabulum retinuit quoque Euſebius; & ex Rufino etiam Ado & Notkerus in ſuis Martyrologiis. In Gloſſis Baſilicorum à Labbæo editis, Κομφάκτωρ, κατασκευαστὴς exponitur. *Idem.*

σαι [1] ξιφίδιον. Καὶ τοῦτο ποιήσαντος, ἐξῆλθε περιστερὰ καὶ πλῆθος αἵματος, ὥστε κατασβέσαι τὸ πῦρ, καὶ θαυμάσαι πάντα τὸν ὄχλον, εἰ τοσαύτη τις διαφορὰ μεταξὺ τῶν ἀπίστων καὶ τῶν ἐκλεκ-

VAR. LECT. [1] Euseb. τὸ ξίφος.

VET. INT. injicere, illis etiam ſancto probato. Quumque hoc ita fuiſſet effectum, ecce ſubitò fluente ſanguinis copiâ, co-

Ἐξῆλθε περιστερὰ κ. τ. λ.] Nihil de *columba* apud Euſebium aut Rufinum occurrit; omneſque vetuſti Scriptores de hoc prodigio altum ſilent. Mendum ergo in Græco codice latere, quotquot mirandum hoc viſum, utpote planè ἄπιστον, facilè & inexploratè admittere nolint, pertinaciter contendunt. Huic verò ulceri medicinam adhibere multi, pro verſatili ingenio, & comminiſcendi quicquid aut cerebelli æſtus, aut artis Criticæ, ſed planè enormis, affectatio ſuggeſſerit, libidine, anniſi ſunt; ſed hactenus fruſtra. Illorum hariolationes hìc referre planè pudet pigetque. Maximè verò omnium placuit conjectura cujuſdam Viri docti, qui mihi retulit, ſibi pro περιστερὰ videri legendum eſſe ἐπ᾽ ἀριστερᾷ. Cujus ſententiæ rationem & ſenſum ita latiùs explico: ‘ Adacto in corpus ſanctiſſimi Martyris per ‘ Confectorem pugione, apertâque ex violentia ictûs lævâ parte, inde erupit effluxitque ingens copia ſanguinis, ut ignis exſtingueretur. ’ Hoc ſuavi ſuſurro penè ſopitus facilis conſentiebam; ſed re meliùs penſitatâ, multa occurrunt, quæ iſti conjecturæ, utut plauſibili & argutæ, meritò detrahere videntur. Primum quidem, ne minimum quidem hujus lectionis veſtigium apud Euſebium reperiri; qui illam omittere vix potuiſſet, ſi in ſuo codice, quem hic, ut videtur, ad literam ſecutus eſt, exſtitiſſet. Nec quicquam myſterii ineſt, quòd vulnus iſtud hiulcum in ſiniſtro aut dextro latere, ſi hæc verba ἐπ᾽ ἀριστερᾷ i. e. χειρὶ contra communem uſum & analogiam eò uſque extendi poſſint, infixum fuerit. Deinde mihi exploratiſſimum eſt, verba iſta ἐξῆλθε περιστερὰ καὶ πλῆθος αἵματος in MS. codice Oxon. ex quo Acta hæc primus Græcè edidit Uſſerius, quem bis contuli, in eadem ſerie cum ceteris à Librario deſcriptis, contineri. Quid verò de particula conjunctiva καὶ futurum ſit, per hanc conjecturam ſtatuere non licet. Quo tempore Amicum hanc ſuam conjecturam proferentem audivi, penitus excidebat ex animo, V.C. Stephanum le Moyne eandem quoque, inter alias longè deterioris notæ, ex ingenio, ejuſmodi commentorum feraciſſimo, antea procudiſſe; cujus *Diſſertationem de Polycarpo* in *Prolegomenis* ad *Varia Sa-*

lo tenus abdere. Quod cùm ille feciſſet, egreſſa eſt columba, item tanta vis ſanguinis, ut ignem extingueret, utque univerſa plebs miraretur tantum eſſe diſcrimen inter infideles ac electos. VERS. COT.

lumba proceſſit de corpore; ſtatim ſopitum cruore ceſſit incendium. Tunc populus totus obſtupuit; atque omnibus inter juſtos & injuſtos quanta eſſet probata diſcretio VET. INT.

commemorans vos curſûs veſtri in Chriſto, *ut* 1 Cor. i. 10.
idipſum dicatis omnes, unum ſentientes ; *in hoc* Philip. ii. 2.
ipſo fidei *canone* fixi : ſicuti & Paulus erudiens vos —— iii. 16.
dicit, *Unus eſt* omnium *Deus, Pater Chriſti,* 1 Cor. viii. 6.
ex quo omnia ; *& unus Dominus* noſter *Jeſus Chri-*
ſtus, Filius Dei unigenitus, dominator univerſorum,
per quem omnia. Unus autem etiam *Spiritus* San- 1 Cor. xii. 11.
ctus, qui operabatur in Moyſe, & Prophetis, &
Apoſtolis. Unum quoque & Baptiſma, quod da-
tur in morte Chriſti. Una itaque Eccleſia etiam
eſſe debet, & una fides quæ eſt in Chriſto : ſecun-
dùm dictum ejuſdem Apoſtoli, dicentis ; *Unus* Eph. iv. 5. 6.
Dominus, una fides, unum baptiſma : unus Deus
& Pater omnium ; *qui eſt ſuper omnes, & per om-*
nes, & in omnibus.

II. Unus ergo eſt Deus & Pater ; & non duo
vel tres : unus ſcilicet, qui eſt, & non præter eum,
ſolus verus. *Dominus* enim, inquit, *Deus tuus,* Deut. vi 4.
* *Dominus unus eſt.* Et iterum : *Nonne unus* * Al. *Deus*
Deus creavit nos ; *& unus pater eſt omnium no-* Mal. ii. 10.
ſtrûm. Unus quoque & Filius, Deus Verbum.
Unigenitus, inquit, *qui eſt in ſinu Patris.* Et rur- Joh. i. 18.
ſum : *Unus Dominus Jeſus Chriſtus.* Et alibi : 1 Cor. viii. 6.
Quod eſt nomen ejus ; *aut quod eſt nomen Filii ejus ?* Prov. xxx. 4.

II. Unus igitur Deus & Pater ; & non duo, neque Vers. Cot.
tres : unus qui eſt, nec eſt alius præter ipſum, ſolus ve-
rus. *Dominus* enim, inquit, *Deus tuus, Dominus unus*
eſt. Et iterum ; *Nonne unus Deus creavit nos ? nonne*
unus pater omnium noſtrûm ? Unus quoque & Filius,
Verbum Deus. *Unigenitus* enim, inquit, *qui eſt in ſinu*
Patris. Rurſuſque ; *Unus Dominus Jeſus Chriſtus.* Et
alibi ; *Quod nomen illi* ; *aut quod nomen Filio* ; *ut cogno-*

γνῶμεν; Εἷς δὲ καὶ ὁ παράκλητος· Ἓν γὰρ, φησὶ, καὶ πνεῦμα, ἐπειδὴ ἐκλήθημεν ἐν μιᾷ ἐλπίδι τῆς κλήσεως ἡμῶν· καὶ πάλιν, Ἓν πνεῦμα ἐποτίσθημεν· καὶ τὰ ἑξῆς. Πάντα δὲ ταῦτα τὰ χαρίσματα δῆλον ὅτι ἐνεργεῖ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ πνεῦμα. Οὔτε οὖν τρεῖς πατέρες, οὔτε τρεῖς υἱοὶ, οὔτε τρεῖς παράκλητοι· ἀλλ' εἷς Πατὴρ, καὶ εἷς Υἱὸς, καὶ εἷς Παράκλη-

2 ὁ ibid. τος. Διὸ καὶ [2] Κύριος ἀποστέλλων τοὺς ἀποστόλους μαθητεῦσαι πάντα τὰ ἔθνη, ἐνετείλατο αὐτοῖς βαπτίζειν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· οὔτε εἰς ἕνα τριώνυμον, οὔτε εἰς τρεῖς ἐνανθρωπήσαντας, ἀλλ' εἰς τρεῖς ὁμοτίμους.

Γ'. Εἷς γὰρ ὁ ἐνανθρωπήσας, οὔτε ὁ Πατὴρ, οὔτε

1 μόνον N. ὁ Παράκλητος, ἀλλὰ [1] μόνος ὁ Υἱός· οὐ δοκήσει,

2 Abest à F. οὐ φαντασίᾳ, ἀλλ' ἀληθείᾳ. Ὁ Λόγος [2] γὰρ σὰρξ ἐγένετο· ἡ γὰρ σοφία ᾠκοδόμησεν ἑαυτῇ οἶκον. καὶ

VERS. COT. *scamus?* Unus autem & Paracletus. *Unus* enim, inquit, *& Spiritus:* quoniam *vocati* sumus *in una spe vocationis* nostræ. Et iterum; *Unum Spiritum potavimus:* & reliqua. Omnes verò has *gratias* manifestum est quòd *operatur unus atque idem Spiritus.* Neque igitur tres Patres, neque tres Filii, neque tres Paracleti: sed

Οὔτε εἰς ἕνα τριώνυμον, κ. τ. λ.] In Codice Regio 1026. citatum reperi, *οὔτε εἰς ἕνα τριώνυμον. οὔτε εἰς τρεῖς ὁμωνύμους.* hoc est; *neque in unum trinominem, neque in tres cognomines:* tres nimirum Patres, aut tres Filios, aut tres Paracletos. Vetus Versio ob geminationem vocularum in *tres* ab Exscriptoribus manca effecta est. Porrò credere *ἕνα τριώνυμον, μίαν ὑπόστασιν τριπρόσωπον καὶ τριώνυμον, ἓν τριώνυμον πρόσωπον,* Trionymam solitarii Dei unionem, Trinominem Deum, Solam nominis Trinitatem sine subsistentia personarum, incurrere est in Hæresim Simonis Magi, & Sabellii; quam Catholicis malitiosè impingebant Ariani, Orthodoxam fidem appellantes Trionymam sectam, Trium Deorum Hæresim, Trinitatis infidelitatem, ut & Tribulorum seu Trinitatis professorum perfidiam, atque Triangulam impietatem.

Scitote autem, quia unus est etiam Spiritus San- VET. INT.
ctus Paracletus: sicut idem Paulus ait, *Unus Spi-* Ephes. iv. 4.
ritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestræ.
Et iterum: *Omnes*, inquit, *in* * *uno Spiritu potati* 1 Cor. xii. 13.
sumus. Manifestè autem † dona gratiarum ipse *unus* * *Deest in Th.* † omnia *ibid.*
atque idem Spiritus operatur. Ergo neque tres sunt 1 Cor. xii. 11.
Patres, neque tres Filii; sed neque tres Paracleti: sed unus Pater, & unus Filius, & unus Paracletus. Propter quod & Dominus, mittens Apo-
stolos docere omnes gentes, præcepit eis, *bapti-* Matt. xxviii.
zare eas in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs 19.
Sancti: non in unum quendam * trinomium; ne- * trionymum *Th.*
que in tres unius ejusdemque honoris.

III. Quia unus est tantùm, qui homo factus est: non Pater scilicet, neque Paracletus, sed solus Filius: non putativè, neque in phantasmate, sed
certissimâ veritate. *Verbum* enim *caro factum* Joh. i. 4.
est, *& habitavit* in ea. *Sapientia* namque *ædifi-* Prov. ix. 1.

unus Pater, & unus Filius, & unus Paracletus. Quare VERS. COT.
& Dominus mittens Apostolos ad docendum omnes gentes, præcepit illis ut *baptizarent in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti:* non in unum trinominem, neque in tres incarnatos; sed in tres ejusdem honoris.

III. Unus enim, est homo factus; neque Pater, neque Paracletus; sed solus Filius; non opinione, non phantasiâ; sed revera. *Verbum* enim *caro factum est. Sapientia* enim *ædificavit sibi domum.* Et natus est ut

Ita enim deblaterant Pseudo-Origenes & Pseudo-Chrysostomus, ille ad Job. i. 17. hic in Matt. vii. 16. Omittebam monere vocem Interpretis *Trinomium* reperiri in antiqua Versione Edicti Justinianei, ad calcem v. Synodi. ut *Binomius* legitur apud Festum. COT.

Εἷς γὰρ ὁ ἐνανθρωπήσας · · · · · · καὶ ἔπιεν.] Continet idem Codex. Proferunt autem Theodorus Graptus in Opere inedito adversùs Iconomachos, & Nicephorus CP. in Antirrheticis ἀνεκδότοις pariter contra eosdem. *Idem.*

ἐγεννήθη ὡς ἄνθρωπος, ὁ Θεὸς Λόγος, μετὰ σώματος ἐκ τῆς παρθένου, ἄνευ ὁμιλίας ἀνδρός· Ἡ παρθένος γὰρ ἐν γασῖρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱόν. Ἀληθῶς οὖν ἐγεννήθη, [3] ἀληθῶς ηὐξήθη, [3] ἀληθῶς ἔφαγε καὶ ἔπιεν, ἀληθῶς ἐσταυρώθη, καὶ ἀπέθανε, καὶ ἀνέστη. Ὁ ταῦτα πιστεύσας, ὡς ἔχει, ὡς γεγένηται, μακάριος· ὁ ταῦτα μὴ [4] πιστεύων, ἐναγής, οὐχ ἧττον τῶν τὸν Κύριον σταυρωσάντων. Ὁ γὰρ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου, χαίρει ὅταν τὶς ἀρνῆται τὸν σταυρόν· ὄλεθρον γὰρ [5] ἑαυτοῦ γινώσκει τὴν ὁμολογίαν τοῦ σταυροῦ. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ τρόπαιον κατὰ τῆς αὐτοῦ δυνάμεως· ὅπερ ὁρῶν φρίττει, καὶ ἀκούων φοβεῖται.

3 Desunt in F.
4 MS. πιστεύσας,
5 Al. ἑαυτῶν

Δ΄. Καὶ πρὶν μὲν γένηται ὁ σταυρὸς, ἔσπευδε γενέσθαι [1] τοῦτον· καὶ ἐνήργει ἐν τοῖς υἱοῖς τῆς ἀπειθείας, ἐνήργει ἐν Ἰούδα, ἐν Φαρισαίοις, ἐν Σαδδουκαίοις, ἐν πρεσβύταις, ἐν νέοις, ἐν ἱερεῦσι. Μέλλοντος δὲ γίνεσθαι, θορυβεῖται, καὶ μετάμελον ἐμβάλλει τῷ προδότῃ, καὶ βρόχον αὐτῷ δείκνυσι, καὶ ἀγχόνην διδάσκει· φοβεῖ δὲ καὶ τὸ γύναιον, ἐν ὀνείροις αὐτὸ [2] καταταράττων, καὶ παύειν πειρᾶται [3] τὰ κατὰ τὸν σταυρὸν, ὁ πάντα [4] κάλων κινῶν εἰς τὴν αὐ-

1 τοῦτο N. & F.
2 ἀποκαταράττων N.
3 τὸ F.
4 καλῶν τε καὶ N.

VERS. COT. homo, Deus Verbum, cum corpore, ex Virgine, ſine viri commercio. *Virgo* namque *in utero concipiet, & pariet filium.* Verè igitur genitus eſt, verè crevit, verè comedit & bibit, verè crucifixus & mortuus eſt, ac reſurrexit. Qui hæc credit, ut res habet, prout factum eſt; beatus eſt, Qui non credit hæc, ſceleſtus eſt, non minùs ac ii qui Dominum crucifixerunt. Princeps enim mundi hujus gaudet, cùm quis crucem negârit. Cognoſcit ſiquidem crucis confeſſionem ſuum eſſe exitium. Id quippe trophæum eſt contra ipſius potentiam: quod ubi viderit, horret; & audiens, timet.

çavit ſibi domum : & factus eſt ſicut homo Deus Verbum, cum corpore quod ſuſcepit ex Virgine; non ex collocutione ſcilicet, aut ſemine viri. *Virgo* enim, inquit, *in utero concipiet, & pariet filium.* Verè ergo natus eſt, & verè crevit; verè manducavit, & bibit; verè crucifixus eſt & mortuus, & reſurrexit. Qui hæc credit, ſicut habet, quomodo natus eſt, beatus eſt. Qui autem hæc non credit, non minùs eſt ab eis qui eum crufixerunt. Princeps enim mundi in hoc gaudet, quando quis crucem negaverit. Interitum enim ſibiipſi eſſe cognoſcit confeſſionem crucis. Hoc eſt enim trophæum contra ejus virtutem: quod videns expaveſcit, & audiens timet.

VET. INT. Iſa. vii. 14.

IV. Nam & antequam facta eſſet crux, feſtinabat facere hoc, & * *operavit in filiis diffidentiæ.* Operatus eſt autem in Juda, in Phariſæis, in Sadducæis, in ſenioribus, in juvenibus, & in Sacerdotibus. Cùm autem properaret ut fieret, conturbatur; & poſtea deſperationem immiſit proditori, & laqueum ei oſtendit, & ſuſpendium eum docuit: & mulieri immiſit timorem in ſomnio; ipſe conturbans, & compeſcere tentans patibulum crucis; ipſe omnia evocans & movens in

Eph. ii. 2. * Al. *operari* Matt. xxvii. 3. ——5. ——19.

IV. Et verò antequam crucifixio facta eſſet, ſtudebat ut fieret: & *operabatur in filiis diffidentiæ :* operabatur in Juda, in Phariſæis, in Sadducæis, in ſenibus, in juvenibus, in ſacerdotibus. Cùm autem jam futura eſſet, turbatur, & pœnitentiam immittit proditori, & laqueum illi commonſtrat, ſuſpendiumque edocet: terret quoque mulierculam, eam in ſomniis perturbans; atque ut à crucifigendo ceſſaretur tentat, qui omnem rudentem moverat, ut eadem crux pararetur: non quòd pœniten-

VERS. COT.

τοῦ κατασκευήν· οὐ μεταγινώσκων ἐπὶ τῷ τοσούτῳ
5 εἰ F. κακῷ· [5] ἦ γὰρ ἂν οὐ πάντα ἦν πονηρός· ἀλλ' ἐπήσθετο τῆς ἑαυτοῦ ἀπωλείας. Ἀρχὴ γὰρ αὐτῷ καταδίκης ὁ τοῦ Χριστοῦ σταυρὸς, ἀρχὴ θανάτου, ἀρχὴ ἀπωλείας· διὸ καὶ ἔν τισιν ἐνεργεῖ ἀρνεῖσθαι τὸν σταυρὸν, τὸ πάθος ἐπαισχύνεσθαι, τὸν θάνατον δόκησιν καλεῖν, τὴν ἐκ παρθένου γέννησιν περικόπτειν, τὴν φύσιν αὐτὴν διαβάλλειν ὡς μυσαράν. Ἰουδαίοις συμμαχεῖ εἰς ἄρνησιν τοῦ σταυροῦ, Ἕλλησιν εἰς συκοφαντίαν μαγείας, Αἱρετικοῖς εἰς φαντασίαν. ποικίλος γάρ ἐστιν ὁ τῆς κακίας στρατηγὸς, κλεψίνους, ἄστατος, ἑαυτῷ ἐναντίος· καὶ ἄλλα μὲν προβαλλόμενος, ἕτερα δὲ δεικνύς· σοφὸς γάρ ἐστι τοῦ κακοποιῆσαι, τὸ δὲ καλὸν ὅ, τι ποτέ ἐστιν ἀγνοεῖ. ἀγνοίας γὰρ πεπλήρωται, δι' ἑκούσιον παράνοιαν. πῶς γὰρ
6 μήτε ibid. οὐκ ἔστι τοιοῦτος, ὃς [6] μηδὲ πρὸ ποδῶν τῶν ἑαυτοῦ
7 λόγων ibid. [7] λόγον βλέπει;

Ε'. Εἰ γὰρ ψιλὸς ἄνθρωπος ὁ Κύριος, ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος μόνον, τί περικόπτεις τὴν γέννησιν τῆς κοινῆς τῶν ἀνθρώπων φύσεως; τί δὲ, ὡς παράδοξόν τι ἐπ' ἀνθρώπου γενόμενον, τὸ πάθος, δόκησιν καλεῖς; καὶ τὸν θάνατον τοῦ θνητοῦ, δόξαν νομίζεις; Εἰ δὲ Θεὸς καὶ ἄνθρωπος, τί παράνομον καλεῖς τὸν

VERS. COT. tià duceretur ob tantum malum; ſic enim non malus eſſet omnino; ſed ſentiebat ſuam ipſius perniciem. Initium quippe damnationis ei fuit, crux Chriſti; initium mortis, initium perditionis. Ideo & in quibuſdam efficit, ut crucem negent, ut paſſionis illos pudeat, ut mortem opinionem vocent, partum virginis circumcidant, naturam ipſam calumnientur quaſi deteſtandam. Judæis auxiliatur ad negationem crucis, Gentibus ad magiæ calumniam, Hæreticis ad phantaſiæ prædicationem. Varius enim & multiformis eſt dux ille malitiæ, animi ſeductor, inconſtans, ſibi ipſe contrarius; & alia quidem objiciens, alia verò faciens. Sapiens enim eſt ad male-

ſuam præparationem; non recognoſcens: in tantum enim mala erant, non omnia. Malignus autem ſentiebat ſuam perditionem. Initium enim illi fuit ad damnationem crux Chriſti, principium mortis, initium perditionis. Propter quod in aliquibus quidem operatur negare crucem, paſſionem erubeſcere: qui mortem putant vocare Virginis generationem, circumcidere ipſam naturam, & diffamare quaſi odioſam. Judæorum * auxiliator eſt ad negationem crucis, Paganorum ad calumniam magiæ, Hæreticorum ad phantaſiam. Multiformis enim eſt malitiæ princeps, furans ſenſus, contrarius ſibimet ipſi; & alia quidem immittens, alia verò oſtentans. Sapiens eſt enim ad malefaciendum; quod bonum eſt autem neſcit aliquando. Ignorantiâ enim repletus eſt per inobedientiam. Quomodo enim non ſit talis, qui non ſibi proponit ſuum ſermonem?

VET. INT.

* *Al* auxiliator es

Jer. iv. 22.

V. Si enim homo purus eſt Dominus, ex anima & corpore; quid circumcidis nativitatem communem naturæ hominum? Quid, tanquam * parvam gloriam in homine factam, paſſionem ſimulationem vocas; & mortem mortalis gloriam exiſtimas? Si Deus eſt & homo; quid iniquum vocas

* *f.* pravam

1 Cor. ii. 8.

faciendum; bonum verò quid ſit ignorat. Ignorantiâ namque oppletus eſt, propter voluntariam dementiam. Quo enim modo non eſt ejuſmodi, qui nec ante pedes ſuos poſitam rationem videt?

VERS. COT.

V. Si enim nudus homo eſt, Dominus, ex anima & corpore ſolùm; quid circumcidis & mutilas nativitatem communis hominum naturæ? Quid autem tamquam inſolens aliquid in homine factum, paſſionem appellas phantaſiam? & mortem hominis mortalis, cenſes opinionem eſſe ſolam? Si verò Deus & homo; cur iniquum

τῆς δόξης Κύριον, τὸν τῇ φύσει ἄτρεπτον; τί παράνομον λέγεις τὸν νομοθέτην, τὸν ἀνθρωπείαν ψυχὴν ἔχοντα; Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ τέλειος ἄνθρωπος, οὐκ ἐν ἀνθρώπῳ κατοικήσας. Πῶς δὲ καὶ μάγος οὗτος, ὁ πάλαι μὲν πᾶσαν αἰσθητὴν καὶ νοητὴν φύσιν κατασκευάσας γνώμῃ Πατρός· ἐν δὲ τῇ ἐνανθρωπήσει, πᾶσαν νόσον καὶ μαλακίαν θεραπεύσας;

ϛ'. Πῶς δὲ οὐχ οὗτος Θεὸς, ὁ νεκροὺς ἀνιστῶν, χωλοὺς ἀρτίους ἀποστέλλων, λεπροὺς καθαρίζων, τυφλοὺς ὀμματῶν, τὰ ὄντα ἢ αὔξων, ἢ μεταβάλλων· ὡς τοὺς πέντε ἄρτους, [1] καὶ τοὺς δύο ἰχθύας, καὶ τὸ ὕδωρ εἰς οἶνον· τὸν δὲ σὸν στρατὸν ῥήματι [2] μόνον φυγαδεύων; τί δὲ κακίζεις τὴν φύσιν τῆς παρθένου, καὶ τὰ μόρια [3] ἀποκαλεῖς αἰσχρά; πάλαι ταῦτα πομπεύων, καὶ γυμνοῦσθαι κελεύων, ἄῤῥενας μὲν εἰς ὄψιν θηλειῶν, θηλείας δὲ εἰς ἀκό-

1 MS. ἢ
2 μονῷ φυγαδεύειν.
3 ἀποκαλεῖς A &c.
4 πομπεύειν N.

VERS. COT. vocas *Dominum gloriæ*, qui naturâ immutabilis eſt? cur iniquum appellas legiſlatorem, qui animam habet humanam? *Verbum caro factum eſt*, & perfectus homo, non qui in homine habitavit. Quo modo autem & magus hic, qui olim quidem omnem naturam tam ſenſibilem, quàm intelligibilem condidit voluntate Patris: incarnatus verò omnem languorem & infirmitatem curavit?

Τὸν ἀνθρωπείαν ψυχὴν ἔχοντα: κ. τ. λ.] Non tanta eſſe debet antiqui Interpretis auctoritas, ut hìc interpolationem factam fuiſſe affirmetur. Immò contrarium mihi fit longè credibilius. COT. —— Apollinariani erroris ſuſpectum hunc auctorem iſta reddunt: ita videlicet Chriſtum ψιλὸν ἄνθρωπον eſſe inficiantem, ut in corpore ex Maria aſſumpto, loco animæ, Deitatem inhabitâſſe crederet. Quomodo & illa ſonant, in aſſumentis Epiſtolæ ad Trall. [Cap. x.] Ἀληθῶς τοίνυν ἐγέννησε Μαρία σῶμα, Θεὸν ἔνοικον ἔχον· καὶ ἀληθῶς ἐγεννήθη ὁ Θεὸς Λόγος ἐκ τῆς παρθένου, σῶμα ὁμοιοπαθὲς ἡμῖν ἠμφιεσμένος. nullâ omnino animæ aut ejus affectuum factâ mentione. USSER.

Ταῦτα πομπεύων.] Ad Eth-

Dominum gloriæ; illum videlicet naturâ immutabilem? Quid ſine lege dicis legiſlatorem, qui non humanam animam habuit? *Verbum caro factum eſt:* Verbum homo; ſed non in homine. Quomodo igitur Magus eſt ille; qui in principio omnem ſenſibilem, & intelligibilem naturam voluntate Patris præparavit? qui, cùm eſſet in carne, omnem infirmitatem atque languorem curavit? VET. INT. Joh. i. 14. Matt. iv. 23. —— ix. 35.

VI. Quomodo autem non eſt Deus, ille, qui mortuos reſuſcitavit, claudos ſanavit, leproſos mundavit, cæcos illuminavit, de quinque panibus & duobus piſcibus tot millia hominum ſaturavit, aquam in vinum convertit; tuumque exercitum verbo tantùm fugavit? Quid ergo peſſimas naturam Virginis, & membra turpia vocas? hæc olim * præſeminans, & nudari jubens, maſculos in facie feminarum, feminas verò in illicitum deſi- Matt. xi. 5. Joh. vi. 9, 10. Joh. ii. 9. Luc. viii. 30. * *f.* præſentans

VI. Porrò quo modo non eſt Deus, ille, qui mortuos ſuſcitat; claudos dimittit integros ac expeditos; leproſos mundat, cæcis reſtituit viſum, ea quæ ſunt vel auget, vel immutat; ut quinque panes, & duos piſces; & aquam in vinum; tuum verò exercitum ſolo fugat verbo? Quid verò Virginis improbas naturam; & membra, turpia nuncupas? qui olim hæc ipſa membra in pompis oſtentabas; & nudari jubebas, maſculos quidem in conſpectum feminarum, feminas verò in effrenem marium libidinem. VERS. COT.

nicorum Phallos & Ityphallos iſta referenda docent hìc in Notis ſuis Vairlenius & Mæſtræus. *Idem.*

Γυμνοῦσθαι κελεύων.] Huc pertinent γυναικῶν ἀπογυμνώσεις, Epiphanio memoratæ in Expoſitione fidei Cap. x. Item illa apud Gregorium Nazianzenum Invect. 1. adversùs Julianum;

Ὡς εἰποῦσα θεὰ, δοιοὺς ἀνεσύρατο μηρούς·
ἵνα τελέσῃ τοὺς ἐραστάς. ἃ καὶ νῦν ἔτι τελεῖ τοῖς σχήμασιν.

Aliaque nimis nota. COT.

λαστον ἐπιθυμίαν ἀῤῥένων. νῦν αἰσχρά σοι ταῦτα νενόμισται, καὶ σεμνὸς εἶναι προσποιῇ, σὺ τὸ τῆς πορνείας πνεῦμα· ἀγνοῶν ὅτι τότε γίνεται αἰσχρόν τι, ὅταν παρανομίᾳ ῥυπανθῇ· ἁμαρτίας δὲ ἀπούσης, οὐδὲν τῶν γενομένων αἰσχρὸν, οὐδὲν φαῦλον, ἀλλὰ πάντα καλὰ λίαν. καὶ σὺ μὴ βλέπων, κακίζεις αὐτά.

Ζʹ. Πῶς δὲ πάλιν οὐκ ἔτι σοι δοκεῖ ὁ Χριστὸς εἶναι ἐκ τῆς παρθένου, ἀλλ' ὁ ἐπὶ πάντων Θεὸς, ὁ ὢν ὁ παντοκράτωρ; τίς οὖν ὁ τοῦτον ἀποστείλας, εἰπέ· τίς ὁ τούτου κυριεύων; γνώμῃ δὲ τίνος οὗτος ἐπειθάρχησε; [1] νόμων δὲ ποίων πληρωτὴς γέγονεν, ὁ μήτε γνώμῃ τινὸς μήτε ἐξουσίᾳ εἴκων; καὶ τὸν Χριστὸν ἐξαιρῶν τῆς γεννήσεως, [2] τὸν ἀγέννητον [3] νομοθετεῖς γεγεννῆσθαι, καὶ σταυρῷ προσηλῶσθαι τὸν ἄναρχον· τίνος συγχωρήσαντος, οὐκ ἔχω εἰπεῖν. ἀλλὰ γὰρ οὐ λέληθάς με τοῦ παλιμβόλου· οὐδ' ἀγνοῶ, [4] ὅτι [5] διὰ λοξὰ καὶ δίδυμα [6] βαίνεις. ἀγνοεῖς δὲ σὺ τίς ὁ γεννηθεὶς, ὁ πᾶν εἰδέναι προσποιούμενος.

1 νόμον A. & N.
2 Deest in MS.
3 νομοθέτης ib.
4 ὅτε N.
5 διὸ δόξῃ A & F.
6 βέννει A.

Ηʹ. Πολλὰ γάρ σε λανθάνει· ἡ παρθενία Μα-

VERS. COT. Nunc hæc ipsa à te judicantur obscœna; atque te pudicum simulas, tu Spiritus fornicationis; ignorans tunc demum aliquid esse obscœnum, cùm scelere pollutum fuerit: at quando abest peccatum; nihil turpe est, nihil malum, eorum quæ facta sunt, sed omnia bona valde. Verùm tu qui non vides, improbas ea.

VII. Et quo modo rursus necdum tibi videtur Christus esse ex Virgine, sed esse ille qui est super omnia Deus, quique omnipotens est? Quis igitur, dicito, hunc misit? quis hujus dominus est? cujus verò voluntati hic obedivit? & quas leges implevit, qui nec alicujus volun-

Νόμων δὲ ποίων.] Vet. Int. ποίου, restituit Morelius. Us. *cujus legem*: unde, νόμον δὲ SER.

derium maſculorum. Nunc omnia tibi turpia videntur ; & pudicum teipſum facis, cùm tu ſis fornicationis Spiritus. * Ignoras quia tunc fit aliquid turpe, quando * illicitè perficitur ? Cæterùm nihil turpe eſt, quod ſine peccato geritur, nihil pravum ; ſed omnia bona valde : & tu, non videns, peſſimas ea ? VET. INT.

*ſ. ignorans

*ſ. illicitò inficitur.

VII. Quomodo rurſum non tibi videtur eſſe Chriſtus ex Virgine ; ſed ille qui eſt ſuper omnia Deus, ille ſcilicet omnia potens ? Quis ergo eſt, qui hunc miſit, dicito ; quiſve, qui huic dominatur ; vel cujus ſententiæ ſubjectus fuit, aut cujus legem adimplevit ? Tu qui, nullius ſententiam vel poteſtatem habens, Chriſtum ſeparas à generatione ; & Legiſlatorem ingenitum eſſe pronuncias, & cruci affixum illum qui eſt ſine principio. Cujus ergo permiſſu hoc factum eſt, non habeo dicere. Non enim me latuiſti tuo * antiquo conſilio ; neque ignoro, quoniam curvè & lubricè incedis. Tu autem ignoras, quis eſt qui natus eſt, qui omnia ſcire te fingis.

*ſ. ambiguo

VIII. Multa enim te latent : virginitas ſcilicet Ma-

tati, nec poteſtati cedit ? Cùm Chriſtum eximis à nativitate ; ingenitum ſancis, genitum eſſe ; & qui principio caret, hunc dicis cruci affixum : quo permittente, non habeo dicere. Enimverò tua minimè me latet verſutia, nec ignoro te obliquo & gemino greſſu incedere. Tu autem ignoras, quis ſit genitus, qui omnia ſcire te fingis. VERS. COT.

VIII. Nam multa te latent : Mariæ virginitas ; ad-

Πολλὰ γάρ σε λανθάνει.] ſæpius ignoravit quàm ſcivit,
Ex doctrina Patrum, Diabolus plus ſuſpicatus eſt quàm cog-
de Chriſto magis, & plura, & novit, reſque potiùs perſpectas

ρίας, ὁ παράδοξος τοκετὸς, ὅστις ὁ ἐν τῷ σώματι, ὁ ἡγούμενος ἀστὴρ τῶν ἐν ἀνατολῇ, τῶν τὰ δῶρα κομιζόντων μάγων, ἀρχαγγέλου ἀσπασμὸς πρὸς παρθένον, παρθένου παράδοξος σύλληψις [1] μεμνηστευμένης, παιδὸς προδρόμου κηρυκεία" ἐπὶ τῷ ἐκ τῆς παρθένου, καὶ ἐν κοιλίᾳ σκίρτησις ἐκ τοῦ προθεωρουμένου, ἀγγέλων ὕμνοι ἐπὶ τῷ τεχθέντι, ποιμένων εὐαγγελία, Ἡρώδου φόβος ἐπὶ ἀφαιρέσει βασιλείας, νηπιοκτόνων πρόσταγμα, εἰς Αἴγυπτον μετανάστασις, ἐκεῖθεν ἐπὶ τὰ τῇδε ἐπάνοδος, σπάργανα παιδικὰ, ἀπογραφὴ ἀνθρωπίνη, γαλακτοτροφία, ὄνομα πατρὸς οὐ σπείραντος· φάτναι, διὰ τὸ μὴ εἶναι τόπον, οὐδεμία παρασκευὴ ἀνθρωπίνη, αὐξήσεος προκοπὴ, ἀνθρώπινα ῥήματα, πεῖνα, δίψα, ὁδοιπορία, κόπος, θυσιῶν προσκομιδαί· [2] ἔπειτα καὶ περιτομὴ, βάπτισμα, φωνὴ Θεοῦ ἐπὶ τῷ βαπτιζομένῳ, ὅστις καὶ πόθεν μαρτυρία Πνεύματος καὶ [3] Πατρὸς ὑπεράνωθεν· φωνὴ Ἰωάννου προφήτου, σημαίνουσα πάθος διὰ τῆς τοῦ ἀμνοῦ προσηγορίας· σημείων διαφόρων ἐνέργειαι, ἰάσεις ποικίλαι· ἐπιτίμη-

1 πεπιστευμένη παιδὸς προδρόμου κηρυκίῳ N.

2 ἐπειδὴ A. & F.

3 Θεοῦ F.

VERS. COT. mirabilis partus; quis sit ille qui in corpore est; stella quæ duxit eos Magos, qui in Oriente erant, quique dona obtulerunt; Archahgeli salutatio Virgini facta; Virginis viro desponsatæ, mirabilis conceptus; Præcursoris

habuit, quàm rerum mysteria. Ut firmari posset sexcentis testimoniis, si necessum foret. Verùm in paucissimis notabilis est locus Clementinarum Hypotyposeon ad Psalm. xviii. Καὶ νὺξ νυκτὶ ἀναγγέλλει γνῶσιν. Ὁ διάβολος ᾔδει ἐλευσόμενον τὸν Κύριον· εἰ δὲ αὐτὸς εἴη, οὐκ ἠπίστατο· διὸ καὶ ἐπείραζεν αὐτὸν, ἵνα γνῷ εἰ δυνατός ἐστιν. Ἐὰν, φησί. Καὶ ἀπέστη ἀπ' αὐτοῦ εἰς καιρόν· τουτέστιν, ἀνεβάλλετο τὴν εὕρεσιν εἰς τὴν ἀνάστασιν· ᾔδει γὰρ τοῦτον εἶναι τὸν Κύριον τὸν ἀναστησόμενον. Ὁμοίως καὶ οἱ δαίμονες· ἐπεὶ καὶ Σολομῶνα ὑπώπτευσαν εἶναι τὸν Κύριον· ἔγνωσαν δὲ μὴ εἶναι, ἁμαρτόντος αὐτοῦ. Νὺξ νυκτί· Πάντες οἱ δαίμονες ἔγνωσαν ὅτι Κύριος ἦν ὁ ἀναστὰς μετὰ τὸ πάθος. COT.

Νηπιοκτόνων.] Νηπιοκτόνον substituit Morelius. USSER. ——Sic legendum. COT.

riæ; gloriofus partus, de cujus corpore Deus processit; ftella Orientis quæ apparuit munera ferentibus Magis; Archangeli falutatio ad Virginem facta; Virginis gloriofa conceptio, & defponfatæ puellæ prædicatio, & in utero Virginis geftientis infantis prævifio; Angelorum hymnus gloriam agentium, & paftorum annunciatio; Herodis timor in extollentia regni, præceptio ad parvulorum necem; in Ægyptum tranfmigratio, atque exinde reverfio; cunabula infantilia; defcriptio humana; lactis nutritio; nomen patris non feminantis; præfepe ubi pofitus eft, eo quòd non fuerat locus; nulla humana præparatio; provectus ætatis; crementum corporis, humana loquela: fed & quòd efuriit, fitivit, iter ambulavit, laboravit; facrificiorum oblatio, circumcifio, * baptifmum, vox Dei defuper ad baptizatum, quid vel unde fuerit, teftificatio Spiritûs & Dei vox; Johannis prophetia fignificans paffionem per agni appellationem; diverforum fignorum operatio, variæ curationes; VET. INT.

*f. baptifma

pueri præconium fuper filio Virginis, illiufque intra maternum uterum, ob id quod prævidebat, exfultatio; Angelorum hymni propter natum puerum; paftoribus facta bona nunciatio; Herodis timor ne regnum fibi eriperetur, mandatum de necandis infantibus; in Ægyptum commigratio, & inde in ifta loca reverfio; fafciæ pueriles; humana defcriptio; lactatus; patris nomen in eo qui non genuerat; præfepe, quòd locus non effet; nullus humanus apparatus; incrementi acceffio; humana verba; fames, fitis, itineris confectio, laffitudo; facrificiorum oblatio: deinde etiam circumcifio; Baptifmus, vox Dei fuper baptizato, quis effet, & unde profectus, teftificatio Spiritûs & Patris defuper facta; vox Johannis Prophetæ fignificans paffionem appellatione Agni; diverforum fignorum operationes, curationes variæ; in- VERS. COT.

σις δεσποτικὴ, προστάττουσα θαλάττῃ καὶ ἀνέμοις· πνεύματα πονηρὰ φυγαδευόμενα, σεαυτὸν στρεβλούμενον, [4] ἐκ τῆς τοῦ φαινομένου δυνάμεως αἰκιζόμενον, οὐκ ἔχοντα ὅ, τι ποιήσῃς.

4 καὶ ἐκ N.

Θ'. Ταῦθ' ὁρῶν, ἰλιγγιᾷς· καὶ ὅτι παρθένος ἡ τεκοῦσα, ἠγνόεις. ἀλλ' ἐξέπληττέ σε ἡ τῶν ἀγγέλων [1] ὑμνολογία, ἡ τῶν μάγων προσκύνησις, ἡ τοῦ ἀστέρος ἐπιτολή. εἰς ἄγνοιαν σὺ παλινδρομεῖς, διὰ τὰ εὐτελῆ· μικρὰ γάρ σοι δοκεῖ σπάργανα, πάθη, περιτομὴ, γαλακτοτροφία· ἀνάξιά σοι ταῦτα κατὰ Θεοῦ κατεφαίνετο. Πάλιν εἶδες ἄνθρωπον, τεσσαράκοντα ἡμέρας καὶ νύκτας ἄγευστον μείναντα τροφῆς ἀνθρωπίνης, ἀγγέλους διακονοῦντας, οὓς καὶ ἔφριττες, ἰδὼν πρῶτον, ὡς κοινὸν ἄνθρωπον, βαπτιζόμενον, καὶ τὴν αἰτίαν ἀγνοῶν· μετὰ δὲ τὴν νηστείαν [2] πεινῶντα κατεθάρσεις πάλιν, καὶ ἐπείραζες ὡς κοινὸν ἄνθρωπον, ἀγνοῶν ὅστις εἴη. ἔλεγες γὰρ, Εἰ Υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, εἰπὲ ἵνα οἱ λίθοι οὗτοι ἄρτοι γένωνται. τὸ γὰρ, Εἰ υἱὸς εἶ, ἀγνοίας ἐστίν· εἰ γὰρ ὄντως ἐγίνωσκες, ἠπίστω ὅτι δημιουργῷ καὶ τὸ μὴ ὂν ποιῆσαι, καὶ τὸ ὂν μεταβαλεῖν, ἐπ' ἴσης δυνατόν. Καὶ διὰ γαστρὸς πειράζεις τὸν τρέφοντα πάντας τοὺς τροφῆς δεομένους· καὶ πειράζεις τὸν τῆς δόξης Κύ-

1 ὑμνῳδία F.

2 πεινῶντι A. F. & N.

VERS. COT. crepatio dominica, imperans mari ac ventis; maligni Spiritus fugati, tu ipse tortus, & potestate ejus qui apparebat flagellatus, non habens quid faceres.

IX. Hæc videns, vertigine æstuas. Et virginem esse quæ pareret, ignorabas: at obstupefaciebant te Angelorum hymni, Magorum adoratio, stellæ exortus. Ad ignorantiam tu reverteris, ob vilia. Exigua enim quædam tibi videntur, fasciæ, ærumnæ, circumcisio, lactatus. Hæc Deo indigna tibi visa sunt. Rursus videbas hominem quadraginta dies & noctes perdurare jejunum, sine humano alimento, Angelos ministrantes, quos & horre-

imperium Domini, quo mari imperavit, & ventos sedavit, & Spiritus iniquos fugavit, teipsum torquens, & de manifestatione virtutis suæ affligens. VET. INT.

IX. Hæc omnia videns, non habes quid facias, nisi tenebrosas vertigines. Et quia virgo peperit, ignoras: sed confundit te Angelorum laudatio, Magorum adoratio, stellæ apparitio. Ignorantiam igitur olim incurristi per contumaciam. Parva tibi videntur cunabula, passiones, circumcisio, lactis nutritio. Indigna tibi hæc Deo esse videntur. Iterumne vidisti hominem, quadraginta diebus, & quadraginta noctibus ingustabilem existentem cibo humano, & Angelos ei ministrantes; quos & tu timebas? videns primò, quasi communem hominem, baptizatum, & caussam ignorans. Post jejunium verò esurienti insidiabaris; & tentabas quasi communem hominem, ignorans quis esset: dicebas enim, *Si Filius Dei es.* Ignorantiæ id est. Nam si verè cognosceres; scires sine dubio, quia quæ impossibilia videntur ad faciendum, & difficilia ad convertendum, factori omnia possibilia sunt. Et propter ventrem tentas eum, qui pascit omnes escâ indigentes. Et audes tentare *Dominum gloriæ*; Matt. iv. 3. 1 Cor. ii. 8.

bas; cùm primùm vidisses eum, ut communem hominem, baptizatum, caussámque ignorares. Post jejunium verò, esurientem, sumptâ denuò audaciâ tentabas, tamquam communem hominem, nesciens quis esset. Dicebas enim; *Si filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant.* Illud quippe; *Si filius es*; ignorantiæ est. Nam si revera agnovisses; scivisses ex æquo posse rerum conditorem, & facere quod non est, & mutare quod est. Ac ventris ingluvie tentas eum, qui omnes nutrit cibi indigos. Et tentas *Dominum gloriæ*; oblitus ex animi VERS. COT.

ριον, ἐπιλαθόμενος ἐκ κακονοίας, ὅτι οὐκ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται ἄνθρωπος, ἀλλ' ἐπὶ παντὶ ῥήματι ἐκπορευομένῳ διὰ στόματος Θεοῦ. Εἰ γὰρ ἐγίνωσκες ὅτι Υἱὸς Θεοῦ ἦν, ἐγίνωσκες ὅτι ὁ ἐν τεσσαράκοντα ἡμέραις καὶ ἰσαρίθμοις νυξὶν ἀνενδεὲς ποιήσας τὸ σῶμα, καὶ εἰς τὸ διηνεκὲς ἐδύνατο τοῦτο ποιῆσαι. Διὰ τί οὖν πεινᾷ; ἵνα δείξῃ, ὅτι κατ' ἀλήθειαν ἀνέλαβε σῶμα ὁμοιοπαθὲς ἀνθρώποις. διὰ μὲν τοῦ πρώτου, ἔδειξεν ὅτι Θεός· διὰ δὲ τοῦ δευτέρου, ὅτι καὶ ἄνθρωπος.

Ι'. Σὺ οὖν ὁ ἐκπεσὼν ἐκ τῆς ὑψηλοτάτης δόξης, ὡς ἀστραπὴ, τολμᾷς λέγειν τῷ Κυρίῳ, Βάλλε σεαυτὸν ἐντεῦθεν κάτω· ᾧ τὰ ἐόντα λελόγισται ὡς μὴ ὄντα· καὶ εἰς κενοδοξίαν προκαλέσαι τὸν οὐκ ἐπιδεικτιῶντα; καὶ προσποιῇ τὴν γραφὴν ἀναγινώσκειν περὶ αὐτοῦ, Ὅτι τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ, καὶ ἐπὶ χειρῶν ἀροῦσί σε, τοῦ μὴ προσκόψαι πρὸς λίθον τὸν πόδα σου; καὶ τὰ λοιπὰ προσποιῇ ἀγνοεῖν, κλέπτων [1] ἃ περὶ σοῦ καὶ τῶν σῶν [2] προπόλων προεφήτευσεν· Ἐπὶ ἀσπίδα καὶ βασιλίσκον ἐπιβήσῃ, καὶ καταπατήσεις λέοντα καὶ δράκοντα.

1 οὐ F.
2 πρὸ πολλῶν A & N. προ πολλῶν F.

VERS. COT. malevolentia, quòd *non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei.* Si enim cognovisses Dei filium esse; scivisses quòd is qui quadraginta diebus & totidem noctibus ne corpus corruptibile egeret fecerat, etiam perpetuò idem facere poterat. Cur igitur esurit? Ut ostendat, à se reverà corpus assumptum fuisse iisdem obnoxium perpessionibus, quibus homines. Per primum quidem, ostendit se Deum esse: per secundum verò, etiam hominem.

X. Tu itaque qui excidisti de altissima gloria, *sicut fulgur*, audes Domino dicere, *Mitte te hinc deorsum*;

Εἰ γὰρ ἐγίνωσκες κ. τ. λ.] Citantur ista ab Anastasio Presbytero: qui Εἰ γὰρ ᾔδεις legit. USSER.

Καὶ ἰσαρίθμοις νυξὶν] Desunt in Anastasio. *Idem.*
Τὸ σῶμα.] Anast. τὸ φθαρτὸν σῶμα. Idem.

oblitus per tuam malitiam, quia *non in pane solo vivit homo, sed in omni verbo quod procedit ex ore Dei.* Si scires quia Filius Dei erat; cognosceres utique, quia in quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, inindigens faciens corruptibile corpus, & in continuatione hoc facere poterat. Sed idcirco esuriit, ut ostenderet quia verè suscepit corpus passibile, simile hominibus. Propterea & in primo ostendit, quia Deus erat; & in secundo, quia * homo fuit.

VET. INT. Matt. iv. 4.

* & *Th.*

X. Tu ergo, qui *tanquam fulgur* de sublimi gloria cecidisti, audes dicere Domino; *Mitte te hinc deorsum*; cui ea quæ sunt æstimantur quasi quæ non sint; & ad inanem gloriam provocas eum, qui non extollitur? Et fingis te Scripturas de eo legere, dicens; *Scriptum est enim, quoniam Angelis suis mandavit de te, ut in manibus tollant te, ne quando offendas ad lapidem pedem tuum?* Et fingis te sequentia ignorare; furans ea quæ de te ac tuis ministris prophetavit, dicens; *Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem.*

Luc. x. 18. Rom. iv. 17. Matt. iv. 6. Psal. xc. 13.

cui ea quæ sunt, reputantur quasi non sint; & ad vanam gloriam provocare alienum ab omni ostentatione? Præterea simulas te Scripturam de eo legere: *Quia Angelis suis mandavit de te; & in manibus tollent te, ut non offendas ad lapidem pedem tuum?* Ac cætera fingis te ignorare, furtim ea subtrahens, quæ de te tuisque ministris prophetavit,: *Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem.*

VERS. COT.

Κατ' ἀλήθειαν.] Anastas. ἀληθῶς. Idem.

Διὰ μὲν τοῦ.] Anastas. Διὰ μὲν γὰρ τοῦ. Idem.

Κλέπτων ἃ κ. τ. λ.] In Lib. ii. Observat. Sacr. Cap. 7. notavit Billius, Diabolum Christo quidem hos Davidis versus callidè proferre; *Angelis suis mandavit de te, ut custodiant te in manibus suis:* quæ autem sequuntur dissimulare se scire; versutè, nimirum, reticentem quæ deinde de eo Propheta vaticinabatur. *Super aspidem & basiliscum ambulabis.* Id.

ΙΑʹ. Εἰ τοίνυν σὺ πάτημα τῶν ποδῶν τοῦ Κυρίου, πῶς πειράζεις τὸν ἀπείρασ]ον; ἐπιλαθόμενος τοῦ νομοθέτου παρακελευομένου, ὅτι οὐκ ἐκπειράσεις Κύριον τὸν Θεόν σου. Ἀλλὰ καὶ τολμᾷς, ἐναγέστατε, τὰ τοῦ Θεοῦ ἔργα οἰκειοῦσθαι, καὶ σοὶ παραδεδόσθαι λέγειν τὴν τούτων ἀρχήν· καὶ τὴν σὴν πτῶσιν προτείνεις τῷ Κυρίῳ, καὶ διδόναι τὰ αὐτοῦ αὐτῷ ἐπαγγέλλῃ, ἐὰν πεσὼν ἐπὶ τῆς γῆς προσκυνήσῃ σοι. καὶ πῶς οὐκ ἔφριξας τοιαύτην φωνὴν κατὰ τοῦ [1] δεσπότου προήκασθαι, ὦ πάντων πονηρῶν πνευμάτων πονηρότερον ἐκ κακονοίας πνεῦμα; Διὰ γαστρὸς ἡττήθης, καὶ διὰ κενοδοξίας ἠτιμάσθης· διὰ φιλοχρηματίας καὶ φιλαρχίας εἰς ἀσέβειαν [2] ἐφέλκῃ· σὺ ὁ [3] Βελίαρ, ὁ δράκων, ὁ ἀποστάτης,

1 Κυρίου F.
2 ἀφέλκῃ N.
3 MS Βελίας

VERS. COT. XI. Si itaque tu es conculcatio pedum Domini; quomodo tentas eum qui tentari non poteſt? oblitus legiſlatoris præcipientis; *Non tentabis Dominum Deum tuum.* Sed etiam audes, ſceleſtiſſime, Dei opera tibi vindicare, tibique *traditum* horum dominium dicere: & lapſum tuum proponis Domino; quæque ipſius ſunt, hæc ipſi te

Ἐφέλκῃ.] Græci ſemper activè ἐφέλκεσθαι dicunt, non ἐφέλκειν, inquit Jac. Billius Obſervat. ſacr. Lib. ii. Cap. ult. quemadmodum in Epiſt. ad Mariam Caſtab. [Cap. i.] τοὺς παρίοντας τῷ εἴδει ἐφελκόνται. Et licet ἀφέλκῃ Jac. Brunnerus hìc legerit, activè tamen illud & ipſe interpretatus eſt: totum hunc locum iſtâ explicans paraphraſi. *Ventris libidine vincere Dominum non potuiſti; honoris cupiditate aggreſſus cum dedecore receſſiſti; nunc habendi amore, imperandique aviditate, eundem pertrahere ad impietatem non deſiſtis.* USSER.

Βελίας.] Interpres, *Incenſor.* Nihil enim neceſſe eſt mutare. Cùm Bel ſeu Belus de Sole ac igne ſoleat exponi, facillimumque ſit eò Hebraicam originationem adducere. Quas inter interpretationes, has quoque inveni in Cod. Regio 772. Βελίαρ· ἀποστάτης ἢ παραβάτης, ἢ ἐκζητής, ἢ τυφλῶν (f. τυφλὸν) φῶς. COT. —— Ad priorem ἐτυμολογίαν, in illis Lib. iii. Sybillinorum de conflagratione mundi verſiculis, alluſionem eſſe factam fortaſſe quis putaverit.

Ἀλλ' ὁπόταν μεγάλοιο Θεοῦ πελάτωσιν ἀπειλαί,
Καὶ δύναμις φλογέουσα δι' οἴδματος εἰς γαῖαν ἥξει,

XI. Si ergo conculcatio es pedum Domini; quomodo tentas intentabilem? immemor legislatoris, qui dixit; *Non tentabis Dominum Deum tuum.* Et audes, impudentissime, opera Dei assumere, & dicere; quia tibi *traditus est* principatus eorum: & casum tuum extendis contra Dominum, & promittis te dare ei quæ sunt ipsius, dicens; *Hæc omnia tibi dabo, si cadens* in terram *adoraveris me?* Quomodo non timuisti talem vocem contra Dominum emittere; tu qui omnium Spirituum malignorum malignissimus es? & pro malitia, *ventre & pectore in terra repere* jussus es, & per inanem gloriam inhonoratus es; qui per avaritiam & arrogantiam ad impietatem deductus es? Tu incensor, draco, apostata, serpens

VET. INT.

Deut. vi. 16.

Luc. iv. 6.

Matt. iv. 9.

Gen. iii. 14.

datum promittis, si *cadens* in terram *adoraverit* te. Et quomodo non horruisti ejusmodi vocem adversùs Dominum emittere, omnium malorum Spirituum Spiritus pessime ob malignitatem? Per ingluviem victus es, per vanam gloriam dedecore affectus; per avaritiam & ambitionem pertrahis ad impietatem. Tu Beliar, draco,

VERS. COT.

Καὶ Βελίαρ φλέξει, καὶ ὑπερφιάλους ἀνθρώπους;
Πάντας, ὅσοι τούτῳ πίστιν ἐνεποιήσαντο.

Verùm quando Dei prædicta minacia magni
Advenient, terrasque petet flammata potestas
Inflata, exuret Beliar, hominesque superbos
Omnes, quotquot ei fuerint per fœdera juncti.

Sed *Inscensor* hìc legendum Thorndikius noster conjicit: ut tangat Interpres fabulam (sive parabolam appellare placet) veterum Hebræorum, de qua in More Nebocim, 2, 3. & apud Abrabanaelem in Genesim, de *Sammaële* serpentem inequitante. quò alludere videtur Methodius in Origenem, apud Epiphanium: ᾧ ἐπιβαίνων ὁ πονηρὸς καὶ ἐποχούμενος, πολλάκις καθ' ἡμῶν ἐγκελεύεται. eodem respicit & alicubi Homiliarum in Legem Origenes. Ita ille. USSER.

Ὁ δράκων ὁ ἀποστάτης.] Sic in assumentis Epist. ad Philadelph. [Cap. vi.] τὸν δράκοντα τὸν ἀποστάτην nominat,

4 Desiderantur in F.

ὁ σκολιὸς ὄφις,[4] ὁ τοῦ Θεοῦ ἀποστὰς, ὁ τοῦ Χριστοῦ χωρισθεὶς," ὁ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἀλλοτριωθεὶς, ὁ τοῦ χοροῦ τῶν ἀγγέλων ἐξωσθεὶς, ὁ τῶν νόμων τοῦ Θεοῦ ὑβριστὴς, ὁ τῶν νομίμων ἐχθρὸς, ὁ τοῖς πρωτοπλάστοις ἐπαναστὰς καὶ τῆς ἐντολῆς[5] ἐξώσας τοὺς οὐδὲν ἀδικήσαντάς σε, ὁ τῷ Ἄβελ ἐπαναστήσας τὸν ἀνθρωποκτόνον Κάϊν, ὁ τῷ Ἰὼβ ἐπιστρατεύσας, λέγεις τῷ Κυρίῳ, Ἐὰν πεσὼν προσκυνήσῃς μοι; Ὢ τῆς τόλμης, ὢ τῆς παραπληξίας, δοῦλος δραπέτης, δοῦλος μαστιγίας, ἀφηνιᾷς τοῦ καλοῦ δεσπότου; δεσπότῃ τηλικούτῳ, Θεῷ πάντων τῶν νοητῶν καὶ αἰσθητῶν λέγεις, Ἐὰν πεσὼν προσκυνήσῃς μοι;

5 ἠκίσας A. & F. ἢ ἀπατήσας N.

IB'. Ὁ δὲ Κύριος μακροθυμεῖ, καὶ οὐκ εἰς τὸ μὴ ὂν ἀναιρεῖ τὸν ἀπὸ ἀγνοίας τοιαῦτα θρασυνόμενον, ἀλλὰ[1] πρᾴως ἀποκρίνεται, Ὕπαγε Σατανᾶ. οὐκ εἶπεν, Ὕπαγε ὀπίσω μου· οὐ γὰρ ὑποστρέψαι οἷός τε· ἀλλ' Ὕπαγε Σατανᾶ, ἐν οἷς ἐπελέξω· ὕπαγε ἐν οἷς[2] ἠρεθίσθης ἐκ κακονοίας. ἐγὼ γὰρ ὅστις εἰμὶ γινώσκω, καὶ ὑπὸ τίνος ἀπέσταλμαι, καὶ ὃν χρὴ

1 πρᾶος A.

2 ἠρεθήσθης F.

VERS. COT. desertor, serpens tortuose, qui à Deo defecisti, qui à Christo separatus es, qui à Spiritu Sancto alienatus, qui è choro Angelorum pulsus es, legibus Dei injurie, legitimorum hostis, qui contra primùm formatos homines insurrexisti, & à Dei præcepto expulisti eos à quibus læsus non fueras; qui adversùs Abelem excitâsti homicidam Cainum, qui contra Jobum arma sumpsisti; Domino dicis; *Si cadens adoraveris me?* O audaciam! ô vesani-

ex Job. xvi. 13. ut & Johannes in Apocal. xii. 9 xx. 2. Videtur autem id hìc additum, ut interpretamentum illius quod proximè præcesserat; σὺ ὁ Βελίας. Ita enim Hesychius: Βελίας, δράκων. Theophylactus, 2 Cor. vi Βελίας σημαίνει τὸν ἀποστάτην. Oecumenius: Βελίας τῇ Ἑβραΐων φωνῇ τὸν ἀποστάτην δηλοῖ. quod uterque ex Chrysostomi in eam Epistolam Homilia xiii. hausit. Sic & Hieronymus in Nahum Cap. iii. *nequaquam ultrà pertransibit per te prævaricator & ἀποστάτης: hoc enim interpretatur* בליעל. Id enim

perplexus, à Deo diſcedens, à Chriſto ſeparatus, VET. INT.
à Sancto Spiritu alienatus, & à choro Angelorum exulatus; injuriator legis Dei, & legitimorum inimicus; qui ſuper protoplaſtos inſurrexiſti, & à mandato Dei eos avertiſti, qui nihil te læſerant; qui adverſus Abel Cain parricidam excitâſti; qui in Job mala exercuiſti: tu ergo hujuſmodi dicis Domino; *Si cadens adoraveris me?* O audacia! O puniende ſerve fugitive, ſerve flagellande, exterminator bonorum! Domino dominorum, perfecto Deo omnium intelligibilium atque ſenſibilium dicis; *Si cadens adoraveris me?*

XII. Dominus autem longanimis eſt, qui non in præſenti interfecit eum qui per ignorantiam & audaciam talia dicit: ſed manſuetè reſpondet, dicens; *Vade Satana.* Non dixit, *Revertere poſt me*; Matt. iv. 10.
non enim eſt reverſurus aliquando: ſed, *Vade*, —— xvi. 23.
inquit, *Satana*, in ea quæ tibi elegiſti; vade in quibus provocatus es à tua malitia. Ego autem ſcio quis ſum, & à quo ſum miſſus; & ſcio

am! ſerve fugitive, ſerve flagrio, rebellas contra bonum VERS. COT.
Dominum? Tanto Domino, Deo omnium intelligibilium & ſenſibilium dicis; *Si cadens adoraveris me?*

XII. Dominus verò longanimis eſt, nec in nihilum redigit talia ex inſcitia audentem; ſed placidè reſpondet; *Vade Satana.* Non ait, *Vade poſt me*; nec enim fieri poteſt, ut convertatur; ſed, *Vade Satana*, in ea quæ elegiſti, vade in ea ad quæ per malevolentiam provocatus es. Ego enim qui ſim, & à quo miſſus ſim cognoſco,

Aquila Apoſtatam tranſtulit: ut in Commentariis ad Cap. iv. Epiſt. ad Epheſios notavit idem. Indeque *virum Belial*, Prov. xvi. 27. *virum* ἀποστασίας ſive *rebellionis* Aquila reddidit. *Idem.*

Ὁ σκολιὸς ὄφις.] Ex Eſai. xxvii 1. ἐπὶ τὸν δράκοντα ὄφιν σκολιόν. unde & Gregorii Nazianz. illud (in Orat. x.) de Juliano Apoſtata, κατὰ τὸν σκολιὸν ὄφιν, ὃς τὴν ἐκείνου κατέσχε ψυχήν. Idem.

προσκυνεῖν ἐπίσταμαι· Κύριον γὰρ τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις. Οἶδα τὸν ἕνα, ἐπίσταμαι τὸν μόνον, οὗ σὺ ἀποστάτης γέγονας. οὐκ εἰμὶ ἀντίθεος· ὁμολογῶ τὴν ὑπεροχὴν, ἐπίσταμαι τὸν τῆς ἐμῆς γεννήσεως αἴτιον, τὸν Πατέρα.

ΙΓʹ. Ταῦτα, ἀδελφοὶ, ἀπὸ διαθέσεως τῆς πρὸς ὑμᾶς, ἠναγκάσθην ἐπιστεῖλαι, εἰς δόξαν Θεοῦ παραινῶν, οὐχ [1] ὡς ὤν τι, ἀλλ' ὡς ἀδελφός. Ὑποτάσσεσθε τῷ ἐπισκόπῳ, τοῖς πρεσβυτέροις, τοῖς διακόνοις. ἀγαπᾶτε ἀλλήλους ἐν Κυρίῳ, ὡς Θεοῦ ἀγάλματα. ὁρᾶτε οἱ ἄνδρες, ὡς ἴδια μέλη τὰς γαμετὰς στέργετε. αἱ γυναῖκες, ὡς ἓν οὖσαι [2] τῇ συναφείᾳ, " στέργετε τοὺς ἑαυτῶν ἄνδρας. Εἴ τις ἁγνεύει ἢ ἐγκρατεύεται, μὴ ἐπαιρέσθω, ἵνα μὴ ἀπολέσῃ τὸν μισθόν. Τὰς ἑορτὰς μὴ ἀτιμάζετε, τὴν τεσσαρακοστὴν μὴ ἐξουθενεῖτε· μίμησιν γὰρ περιέχει τῆς τοῦ Κυρίου πολιτείας. [3] μετὰ τὴν τοῦ πάθους ἑβδομάδα μὴ παροράτε, τετράδα καὶ παρα-

1 Deest in F.

Const. Apost. vi. 25.

2 τῆς συναφείας ibid.

3 Al. καὶ

VERS. COT.

& quem adorare oporteat scio. *Dominum* enim *Deum tuum adorabis, & illi soli servies.* Novi unum; scio solum, cujus tu desertor factus es. Non sum Deo adversus. Confiteor excellentiam; cognovi generationis meæ auctorem, Patrem.

XIII. Hæc, fratres, ex affectu quem habeo erga vos, coactus sum scribere; ad Dei gloriam vos cohortans, non quasi aliquid sim, sed tamquam frater. Subjecti este Episcopo, Presbyteris, Diaconis. Diligite vos mutuò in Domino, ut Dei simulacra. Videte viri; uxores vestras

Εἴ τις ἁγνεύει] Usque ad finem Capitis, profertur à Nicone Serm. 57. τοῦ Πανδέκτου, Cod. Reg. 2423, 2424. ubi habetur τὸν μισθὸν αὐτοῦ, quo modo legebat antiquus Interpres; & τοῦ πάσχα deest, sicut in Codice Juliano, aliisque. COT.

Μετὰ τὴν τοῦ πάθους .... νηστεύοντες.] Vedelius (Exercit. x. Cap. 4. in hanc Epistolam) errorem ab Interpretibus commissum esse asserit, quòd τὸ μετὰ ab illis cum sequentibus malè fuerit conjunctum: cum hìc more Græco absolutè ponatur, & ad antecedentia

quem debeo adorare. *Dominum* enim, inquit, *Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies.* Scio enim & novi unum ſolum, cui non denego ſervire : à quo tu apoſtata factus es. Non enim ſum antitheus, hoc eſt, contrarius Deo ; ſed confiteor eminentiam ; & non recuſo adorare eum, quem novi nativitatis meæ auctorem & Dominum, atque meæ perſeverantiæ cuſtodem. *Ego* enim, inquit, *vivo propter Patrem.* VET. INT. Joh. vi. 57.

XIII. Hæc autem, fratres, per diſpoſitionem Dei coactus ſum mittere ad vos ; monens vos ad gloriam Dei, non quaſi extraneus, ſed ſicut frater. Subjecti eſtote Epiſcopo, & Preſbyteris, & Diaconis. Diligite invicem in Domino, ſicut Dei ſimulachra. Videte ergo viri ; diligite uxores veſtras, ſicut propria membra. Mulieres verò, ſicut unitatis tactu veſtros viros amate. Qui caſtus eſt, vel continens, non extollatur ; ne perdat mercedem ſuam. Dies feſtos nolite dehonorare. Quadrageſimam verò nolite pro nihilo habere : imitationem enim continet Domini converſationis. Hebdomadam etiam Paſſionis nolite deſpicere. Epheſ. v. 28.

velut propria membra amate. Itidem mulieres, diligite veſtros viros, utpote quæ unum eſtis conjunctione. Si quis caſtè, vel continenter vivit ; non extollatur, ne perdat mercedem. Feſtos dies ne dehoneſtetis. Quadrageſimam ne ſpernatis : continet enim imitationem converſationis Dominicæ. Poſt Paſſionis hebdomadam, VERS. COT

referatur ; ut ſenſus ſit, *Poſteà* id eſt, *poſt Quadrageſimam, ne negligite hebdomadam paſſionis.* Veteris enim Eccleſiæ Catholicæ, in partibus præſertim Orientalibus, conſuetudo fuit, ut omnibus totius anni quartis & ſextis feriis (ſeptem hebdomadibus, Paſchalem Dominicam proximè inſequentibus, tantùm exceptis) jejunium obſervaretur. Itaque textu in-

σκευὴν νηστεύοντες, πένησιν ἐπιχορηγοῦντες τὴν περισσείαν. εἴ τις κυριακὴν ἢ σάββατον νηστεύει, πλὴν
4 μόνου F. ἑνὸς [4] σαββάτου [5] τοῦ Πάσχα, ‖ οὗτος Χριστοκτόνος
5 Desunt in A. & F. ἐστίν.

ΙΔ΄. Αἱ προσευχαὶ ὑμῶν ἐκταθείησαν εἰς τὴν Ἀντιοχείας ἐκκλησίαν, ὅθεν καὶ δέσμιος ἀπάγομαι
1 Absunt à N. εἰς Ῥώμην. [1] Ἀσπάζομαι τὸν ἅγιον ἐπίσκοπον Πολύκαρπον· ‖ ἀσπάζομαι τὸν ἅγιον ἐπίσκοπον Βιτάλιον, καὶ τὸ ἱερὸν πρεσβυτέριον, καὶ τοὺς συνδού-
2 ἀντιψυχον F. λους μου τοὺς διακόνους· ὧν ἐγὼ [2] ἀντίψυχος γενοίμην. Ἔτι συντάσσομαι τῷ ἐπισκόπῳ καὶ τοῖς πρεσβυτέροις ἐν Κυρίῳ. Εἴ τις μετὰ Ἰουδαίων ἐπιτελεῖ τὸ πάσχα, ἢ τὰ σύμβολα τῆς ἑορτῆς αὐτῶν δέχε-

VERS. COT. ne quartam & sextam feriam negligatis; sed jejunate, reliquias pauperibus elargientes. Si quis Dominicam, aut Sabbatum jejunârit, uno excepto Sabbato Paschæ; hic Christi interfector est.

tegriore Veterem Ignatii Interpretem usum fuisse apparet: duo hic præcepta ita distinguentem. *Hebdomadam etiam passionis nolite despicere. Quartâ feriâ & sextâ* (ut nos ex Magd. Cod. edidimus) vel (ut alii habent libri) *Quartâ verò & sextâ feriâ jejunate.* Ubi, in priore, pro Μετὰ legit Καὶ, quomodo etiam in Nydprucc. Cod. adhuc legitur: in posteriore νηστεύετε pro νηστεύοντες invenisse videtur. USSER.——Aut indiligenter versatus est in imitandis Apostolicis Constitutionibus, aut scribi debet etiam ex Interprete, καὶ τοῦ πάθους ἑβδομάδα μὴ παρορᾶτε. τετράδα καὶ παρασκευὴν νηστεύετε. πένησιν ἐπιχορηγοῦντες τὴν περισσείαν. nisi mavis cum laudato MS. 2423. τετράδα καὶ παρασκευὴν νηστεύοντες. πένησιν ἐπιχορηγεῖτε τὴν περισσείαν. COT.

Πλὴν ἑνὸς σαββάτου τοῦ Πάσχα.] Paschalis sive Magna Hebdomas, veteribus ea appellata est, quæ Dominicam Resurrectionis proximè antecessit. Huc verò referatur Canon Apost 66. Εἴ τις Κληρικὸς εὑρεθῇ τὴν Κυριακὴν ἡμέραν νηστεύων, ἢ τὸ Σάββατον, πλὴν τοῦ ἑνὸς μόνου, καθαιρείσθω. Et Constit. Apost. Lib v. Cap. ult. Πᾶν μέν τοι Σάββατον,

VET. INT.

Quartâ feriâ & ſextâ jejunate: pauperibus reliquias porrigentes. Quicunque Dominicam aut Sabbatum jejunaverit, præter unum Sabbatum Paſchæ; ipſe eſt Chriſti interfector.

XIV. Orationes veſtræ protendantur ad Eccleſiam Antiochiæ: unde & vinctus ducor ad Romam. Saluto ſanctum Epiſcopum Polycarpum. Saluto ſanctum Epiſcopum Vitalem, & ſacroſanctum Preſbyterium, & conſervos meos Diaconos: pro quorum animabus ego efficiar. Adhuc dico * Epiſcopo & Preſbyteris in Domino: Quicunque cum Judæis Paſcha egerit, aut ſolennia dierum feſtorum eorum ſuſceperit;

* *Al.* Epiſcopis.

VERS. COT.

XIV. Orationes veſtræ extendantur uſque ad Antiochenam Eccleſiam; unde & vinctus Romam abducor. Saluto ſanctum Epiſcopum Polycarpum. Saluto ſanctum Epiſcopum Vitalium, & ſacrum Preſbyterium, conſervoſque meos Diaconos; pro quorum animabus ego ſim. Extremam iterum ſalutem dico Epiſcopo & Preſbyteris in Domino. Si quis cum Judæis celebrat Paſcha, aut

ἄνευ τοῦ ἑνὸς, καὶ πᾶσαν κυριακὴν, ἐπιτελοῦντες συνόδους, εὐφραίνεσθε. Quodnam verò Sabbatum illud unum fuerit, in Lib. vii. Cap 23. explicatur. Ἓν δὲ μόνον Σάββατον ὑμῖν φυλακτέον ἐν ὅλῳ τῷ ἐνιαυτῷ, τὸ τῆς τοῦ Κυρίου ταφῆς, ὅπερ νηστεύειν προσήκει, ἀλλ' οὐχ ἑορτάζειν. Et Lib v. 15. οὐχ ὅτι δεῖ τὸ Σάββατον νηστεύειν, κατάπαυσιν δημιουργίας ὑπάρχον. ἀλλ' ὅτι ἐκεῖνο μόνον χρὴ νηστεύειν, τοῦ δημιουργοῦ ἐν αὐτῷ ἔτι ὑπὸ γῆς ὄντος. Unde ratio intelligitur, cur Auguſtinus in Epiſt. xix. ad Hieronymum Cap. 2. Sabbatico jejunio *diem Paſchalis vigiliæ*, id eſt, Sabbatum magnum excipiat. USSER.

Χριστοκτόνος] Hoc eſt, Chriſtianarum legum contemptor, inſtar Judæorum. Sed modum excedit Græculus. COT.

Συντάσσομαι] Et pro διατάσσομαι, *edico*, quandoque ſumitur; & pro ἀποτάσσομαι, *valedico*, ut oſtendit Billius; quomodo & hoc in loco accipiendum eſſe putat, pro *extremam ſalutem dico*. Heſych, συντάξασθαι, ἀσπάσασθαι. USSER.

ʃαι, κοινωνός ἐςʃι τῶν ἀποκτεινάνʃων τὸν Κύριον καὶ τοὺς ἀποςʃόλους αὐτοῦ.

ΙΕ΄. Ἀσπάζονʃαι ὑμᾶς Φίλων καὶ Ἀγαθόπους οἱ διάκονοι. Ἀσπάζομαι τὸ σύςʃημα τῶν παρθένων, τὸ τάγμα τῶν χηρῶν· ὧν καὶ ὀναίμην. Ἀσπάζομαι τὸν λαὸν Κυρίου, ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου. Ἀπέςʃειλα ὑμῖν ταῦτά μου τὰ γράμμαʃα διὰ Εὐφανίου τοῦ ἀναγνώςʃου, ἀνδρὸς θεοτιμήτου καὶ πι-

1 Ῥηγίονα F. στοτάτου, συντυχὼν περὶ [1] Ῥηγείονα, ἀναγομένου ἐν πλοίῳ. Μέμνησθέ μου τῶν δεσμῶν, ἵνα τελειωθῶ ἐν Χριςʃῷ. Ἔῤῥωσθε σαρκὶ, ψυχῇ, πνεύμαʃι, τέλεια φρονοῦνʃες, ἀποστρεφόμενοι τοὺς ἐργάτας τῆς ἀνομίας, καὶ τοῦ λόγου τῆς ἀληθείας φθορεῖς, ἐνδυναμούμενοι ἐν τῇ χάριʃι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριςʃοῦ.

VERS. COT. ſymbola feſti illorum recipit; particeps eſt eorum qui Dominum occiderunt & Apoſtolos ejus.

XV. Salutant vos Philo & Agathopos Diaconi. Saluto cœtum virginum, & ordinem viduarum; quibus utinam fruar. Saluto populum Domini, à parvo uſque ad magnum. Tranſmiſi vobis has litteras meas per Euphanium Lectorem, virum à Deo honoratum, ac fideliſſimum, nactus eum circa Rhegium, cùm jam nave ſubvehendus eſſet. Memores eſtote vinculorum meo-

Περὶ Ῥηγείονα, ἀναγομένου] In prima & antiquiſſima Valentini Pacæi editione, voce Ῥηγίονα ultimum α, vitio typographiæ, ex ſequenti voce ἀναγομένου adhæſiſſe affirmat Halloixius, atque ad poſterio-res editiones ſic tranſiſſe. Sed longè antiquius hoc fuiſſe mendum, Veteris Interpretis Verſio arguit, qui *regionem* tranſtulit: licèt ab Auctore non minus antiquo Ῥήγιον hìc lectum fuiſſe ego mihi perſuadeam. Neque enim aliunde ineditum Actorum Ignatii Scriptorem nomen illud hauſiſſe exiſtimaverim, extremum ipſius ita

communis eſt eis, qui Dominum & Apoſtolos ejus occiderunt. VET. INT.

XV. Salutant vos Philon & Agathopus, Diaconi. Saluto congregationem virginum; legionem viduarum; à quibus & adjutus ſum. Saluto populum Domini, à minimo uſque ad maximum. Tranſmiſi vobis hæc mea ſcripta, per Euphanium Lectorem, virum Deo honorabilem, & fideliſſimum; qui mihi occurrit in regionem jam navem aſcenſuro. Mementote vinculorum meorum; ut conſummer in Chriſto. Incolumes eſtote carne, & animâ, & ſpiritu; perfecta ſentientes, devitantes *operarios iniquitatis* & corruptores verbi veritatis, confortati in gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti.

Coloſſ. iv. 18.

Luc. xiii. 27.
Matt. vii. 23.

rum, ut conſummer in Chriſto. Valete corpore, animâ, ſpiritu; perfecta ſentientes, averſati operarios iniquitatis, & corruptores verbi veritatis; confortati in gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti. VERS. COT.

percurrentem. Τὸν ἅγιον δὲ Ἀσίας δέσμιον ἦγον. ἐκεῖθέν τε ἐπὶ τὴν Θρᾴκην καὶ Ῥήγιον, διὰ γῆς καὶ θαλάσσης, ὑπωπιάζοντες τὸν ὅσιον νυκτὸς καὶ ἡμέρας. Ἀπάραντες οὖν ἐκ Ῥηγίου τὸν ἅγιον, παραγίνονται ἐν τῇ Ῥώμῃ. quam eandem urbem (Mamertino freto à Sicilia diremptam) Italicarum primam fuiſſe ad quam Paulus appulerat, quum Romam ſimiliter ex Aſia fuiſſet abducendus, Apoſtolica, Act. xxviii. 13. nos docet hiſtoria. USSER.

S. IGNATII

SANCTI IGNATII EPISTOLÆ SUPPOSITITIÆ AD MARIAM CASSOBOLITAM, ad TARSENSES, ad ANTIOCHENSES, atque ad HERONEM Diaconum,

Juxta Veterem Vulgatum Interpretem.

S. IGNATII EPISTOLA AD MARIAM CASSOBOLITAM.

*Ignatius, qui & Theophorus, * misericordiam consecutus & gratiam Dei Patris altissimi, & Domini nostri Jesu Christi, qui pro nobis mortuus est; fidelissimæ, Deo dignæ, Christiferæ filiæ Mariæ, plurimam in Deo salutem.*

* f. consecutæ

I. OPtima quidem figuratio literæ; velut pars chori sensus continens: non solùm his quibus impertit affectum, honorat accipientem; sed & in ipsis qui suscipiunt, ampliùs auget desiderium. Et quo modo navigantibus in tempestate gratus est portus; ita & nobis litterarum tuarum acceptabilis est modus: quem tanquam tutissimum solatium a tua fidelissima mente de longinquo suscepimus; conspicientes in eo illud quod in te est bonum. Omnium namque bonorum, ô sapientissima mulierum, tuam animam purissimis fontibus assimilamus: illis

illis videlicet; qui tranſeuntes etiam non ſitientes viſione ſui attrahunt potum haurire. Ita & tuæ prudentiæ pollicitatio conſtringit nos, jubens de illis ſanctis liquoribus, qui in anima tua redundant, hauſtum ſumere.

II. Ego autem, ô beata, non meis tantùm nunc, quantùm aliorum plurimorum contrariis ſententiis exagitor: quæ quidem ſunt fugæ, & carceres, ac vincula. Sed nihil horum declino. In injuſtitiis autem eorum magis edoceor, ut Jeſum merear adipiſci. Lucror enim periculis mihi præparatis: quia *non ſunt condignæ paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis.* Rom. viii. 18.

III. Quæ autem per Epiſtolam à te intimata ſunt, promptè adimplevi: de nullo eorum dubitans, quos tu bene habere probâſti. Agnovi enim te judicio Dei teſtimonium memoratis viris perhibuiſſe, & non gratiâ carnali. Non valde autem aſſidua fuerunt ſpatia, in quibus tua ſcripta perlegerem; neque adhuc negotium mente perceperam. Nec enim habui quo modo oculis percurrerem illam ineffabilem tuæ ſententiæ relationem. Pro anima tua ego efficiar: quoniam diligis Dominum Jeſum Filium Dei vivi. Propter quod & ipſe tibi dicit; *Ego eos, qui me diligunt, diligo; & qui quærunt me, invenient pacem.* Prov. viii. 17.

IV. Obvenit itaque mihi dicere, quia verus eſt ſermo, quem audivi de te, *cauſante Romæ apud beatum Papam †Anacletum; cui ſucceſſit beatitudine dignus Clemens, Petri & Pauli auditor. Et nunc adjeciſti ſuper eum centupliciter, & adhuc adjicies, tu ipſa. Valde enim deſiderabam venire ad vos, & conquieſcere vobiſcum: ſed non mihi fuit opportunum. Præpediebat enim propoſitum meum, non ſinens illò pergere, militaris cuſtodia: quia nullus talia perfecit vel paſſus eſt, qualia ego. Quapropter ſecunda conſolatio eſt inter amicos, ſcriptis ſe invicem relevare. Saluto ſacratiſſimam animam tuam; rogans ſuperadjicere ad propoſitum tuum. Præſens enim labor parvus eſt; merces verò quæ ſperatur multa eſt.

* *f.* pauſante
† *Al.* Anencletum

V. * Fuge eos qui negant paſſionem Chriſti, & nativitatem ejus ſecundùm carnem. Multi verò ſunt modò, qui

* *Al.* Fugite

qui hanc ſanitatem infirmare conantur. Sed tu contra hujuſmodi conſueſce etiam alios monere: quia in omni opere & verbo bono perfecta es; potens etiam alios erudire in Domino. Salutant te Preſbyteri, & Diaconi; præ omnibus verò ſanctus * Hyron. Salutant te Caſſianus hoſpes meus, & ſoror mea conjux ejus, & dulciſſimi filii eorum. Incolumem te carnali & ſprituali ſalute Dominus ſanctificet ſemper: & videam te in Domino conſecutam coronam.

* *Al.* Hiron

EJUSDEM EPISTOLA

AD TARSENSES.

Scripta ex Philippis.

Ignatius, qui & Theophorus, ſalutem conſecutæ in Christo Eccleſiæ, laude dignæ, & memoriâ dignæ, & dilectione dignæ, quæ eſt in Tarſo; miſericordia & pax à Deo Patre & Domino Jeſu Chriſto.

I. SAtiatus ſum in omnibus, à Syria uſque ad Romam cum beſtiis depugnans: non ab irrationalibus ſcilicet beſtiis comeſtis; illæ enim, voluntate Dei, pepercerunt Danieli; ſed humanam figuram habentibus, quæ ſunt immanes beſtiæ. Obſident enim me nocte ac die, ac devorant. *Sed nulli* iniquorum iſtorum *facio ſermonem*; *neque habeo animam meam tam honorabilem mihi*, ut plus eam, quàm Dominum diligam. Propter quod paratus ſum ad ignem, ad beſtias, ad gladios, ad crucem: tantùm ut Chriſtum videam Salvatorem meum, & Deum, qui pro me mortuus eſt. Rogo ergo vos ego vinctus Chriſti, qui per terram & mare exagitor: *State in fide*, confirmati; quoniam *juſtus ex fide* * *vivit*. Eſtote indeclinabiles, & unanimes in fide; quoniam *Dominus habitare facit unanimes in domo*.

Dan. vi. & ——xiv.
Act. xx. 24.
1 Cor. xvi. 13.
Habac. ii. 4.
Galat. iii. 11.
* f. *vivet.*
Pſ. LXVII. 7.

II. Agnovi enim quoniam quidam ex miniſtris Satanæ voluerunt vos conturbare: quorum quidam dicunt, quia Jeſus putativè natus eſt, & putativè crucifixus: quidam verò, quia non eſt filius ejus qui fecit mundum: alii

alii autem, quia ipse est ille qui est super omnia Deus: alii quoque, quia homo est purus: quidam verò, quia caro ejus non resurrexit; & quia oportet fruibilem vitam habere, atque hanc esse finem bonorum, * qui non post mul- * quæ
tum, corrumpitur. Qui quidem illis multorum malorum agger cumulatus est. Sed vos non intendatis * men- * *f.* mandatis
daciis eorum. Pauli enim estis cives & discipuli; qui *ab* *Ita Cod. Th.*
Hierosolymis & in circuitu usque ad Illyricum replevit E- Rom. xv. 19.
vangelio, & stigmata Christi in corpore suo portavit. Gal. vi. 17.

III. Cujus memores estote omnimodis: & cognoscite quia Dominus Jesus Christus verè natus est de Maria, factus ex muliere: & verè crucifixus est. In qua cruce gloriatur Paulus, dicens: *Mihi autem absit gloriari, nisi* Gal. vi. 14.
in cruce Domini nostri Jesu Christi. Et verè passus est, & mortuus, & resurrexit. *Si* enim *passibilis*, inquit, Act. xxvi. 23.
Christus, si primus ex mortuis resurrexit. Et; *Qui mor-* Rom. vi. 10.
tuus est, peccato mortuus est semel; quod autem vivit, vivit Deo. Insuper, quæ necessitas vinculorum, Christo non mortuo? Quæ necessitas tolerantiæ, aut quæ necessitas flagellorum? Quid quòd Petrus crucifixus est, Paulus & Act. xii. 2.
Jacobus gladiis obtruncati sunt; Johannes in Patmos re- Apoc. i. 9.
legatus est; sed & Stephanus à Domini interfectoribus Act. vii. 59.
Judæis lapidibus exstinctus est? Sed nec in hoc quidem est victoria. Verè enim crucifixus est Dominus ab impiis.

IV. Et quia iste natus est ex muliere, filius est Dei; & qui crucifixus est, primogenitus est omnis creaturæ, & Deus Verbum; & ipse fecit omnia jussione Patris; Apostolus corroborat, dicens; *Unus Deus Pater, ex quo* 1 Cor. viii. 6.
omnia; & unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia. Et iterum; *Unus enim Deus, unus & mediator Dei & ho-* 1 Tim. ii. 5.
minum, homo Jesus Christus: Qui est imago Dei invisibi- Col. i. 15, 16,
lis, primogenitus universæ creaturæ: quoniam in ipso cre- 17.
ata sunt omnia quæ sunt in cœlo & quæ sunt in terra, visibilia & invisibilia: & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant.

V. Et quia non est ipse, ille qui est super omnia Deus, sed filius ipsius, qui & ascendere se ad eum profitetur, dicens; *Ascendo ad Patrem meum & ad Patrem vestrum,* Joh. xx. 17.
ad Deum meum & ad Deum vestrum. Et; *Quando ei* 1 Cor. xv. 28

 fuerint

fuerint omnia ſubjecta, tunc & ipſe ſubjectus erit illi qui ei ſubdidit omnia; ut ſit Deus omnia in omnibus. Ergo alius eſt, ille qui ſubjecit Filio omnia, & qui eſt omnia in omnibus; & alius, Filius cui ſubjecta ſunt omnia, qui & poſt hæc omnia ſubjectus erit illi qui ei ſubdidit omnia.

VI. Et non eſt homo purus ille, per quem, & in quo
Joh. i. 3. facta ſunt omnia. *Omnia* enim, inquit, *per ipſum facta*
ſunt. Sicut & in libro Sapientiæ ipſe de ſeipſo refert,
Prov. viii. 27, dicens; *Cùm faceret cœlum, aderam illi.* Et iterum:
——— 30. *Ego eram apud eum componens; & congaudebat mihi quo-*
Heb. i. 13. *tidie.* Quo modo autem homo purus audiret; *Sede ad*
Joh. viii. 58. *dexteram meam?* Aut quo modo diceret; *Antequam A-*
—— xvii. 5. *braham fieret, ego ſum?* Vel illud quod ait; *Glorifica*
me illâ gloriâ, quam habui apud te priùs quàm mundus fie-
—— vi. 38. *ret?* Quis autem homo poſſet dicere; *Deſcendi de cœlo,*
non ut facerem voluntatem meam, ſed voluntatem ejus qui
—— i. 9, 10, *miſit me?* Vel de quo homine diceretur; *Erat lumen ve-*
11. *rum, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc*
mundum: in hoc mundo erat, & mundus per ipſum factus
eſt; & mundus eum non cognovit: in ſua venit, & ſui eum
non receperunt? Quo modo ergo hujuſmodi, homo eſt
purus, ex Maria demum habens initium ut eſſet; & non
potiùs Deus Verbum, & Filius unigenitus? de quo di-
Joh. i. 1. ctum eſt; *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud*
——— 3. *Deum, & Deus erat Verbum. Omnia per ipſum facta*
——— 14. *ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil.* Et paulò pòſt: *Vidi-*
mus gloriam ejus, gloriam tanquam unigeniti à Patre, ple-
——— 18. *num gratiâ & veritate.* Et iterum; *Unigenitus qui eſt*
in ſinu Patris, ipſe enarravit. Qui & per Salomonem
Prov. viii. 22, refert, dicens; *Dominus creavit me principium viarum*
23, 25. *ſuarum in opera ſua: ante ſecula fundavit me: ante om-*
nes autem colles genuit me.

VII. Et quoniam reſuſcitaturus eſt corpora noſtra,
Joh. v. 25. dicit; *Amen dico vobis, quoniam venit hora, in qua omnes*
28. *qui in monumentis ſunt, audient vocem Filii Dei; & qui*
audierint, vivent. Quod etiam Apoſtolus confirmat,
1 Cor. xv. 53. dicens; *Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, &*
mortale hoc induere immortalitatem. Et quia oportet ca-
* *Deeſt in Th.* ſtè ac juſtè vivere, * ſecundùm quod iterum dicit; *No-*
1 Cor. vi. 9, 10. *lite errare; neque fornicarii, neque molles, neque maſculo-*
rum

rum concubitores, neque maledici, neque ebriosi, neque fu-
res, neque rapaces, regnum Dei possidebunt. Et: *Si mor-* 1 Cor. xv. 13.
tui non resurgunt; neque Christus resurrexit. Vacuà est ——14, 17.
ergo prædicatio nostra, vacua & fides * *nostra: & adhuc* * Al. *vestra:*
estis in peccatis vestris. Ergo & qui dormierunt in Chri- 1 Cor. xv. 18,
sto, perierunt. Si in hac vita tantùm, sperantes sumus in 19.
Christo; miserabiliores sumus omnibus hominibus. Si mor- ——32.
tui non resurgunt; manducemus & bibamus, crastinâ enim
die moriemur. Si autem sic * confidimus: quæ est diffe- * *f.* confidi-
rentia hominum & canum vel asinorum, qui nihil de mus:
futuro cogitant; qui comestionis tantummodo appetito-
res sunt, & post * comestionem inscii sunt quid interiùs * *f. commestionem?*
moveatur?

VIII. Acquisivi vos in Domino. Elaborate unusquisque omnem malitiam deponere, & ferocem animum, & maliloquium, & calumniam, & turpiloquium, malam conversationem, susurrationem, inflationem malignam, avaritiam, inanem gloriam, invidiam, & omnia quæ his
similia sunt. *Induite* autem *Dominum* * nostrum *Jesum* Rom. xiii. 14.
Christum; & carnis curam ne feceritis in concupiscentiis. * *Al.* vestrum
Presbyteri, subditi estote Episcopo, Diaconi Presbyteris, populus Diaconis. Pro animabus, hanc ordinationem custodientibus, ego efficiar: & Dominus sit cum eis indesinenter.

IX. Commendo vobis, ô viri, diligite conjuges vestras: & vos mulieres, diligite compares vestros. Filii,
honorate parentes: & vos parentes, filios *nutrite in eru-* Eph. vi. 4.
ditione & disciplina Domini. Eas quæ in virginitate sunt honorate, sicut sacras Christi: viduas pudicas, ut sacrarium Dei, veneramini. Domini, cum parcitate estote. Servi, cum timore dominis deservite. Nemo otiosus in vobis sit. Mater enim egestatis est vacuitas. Hæc autem dicens, non impero quantum oportet: & si quidem
vinctus sum, tanquam fratres * commemoro: & si Do- * *Al* commo-
minus est vobiscum, acquisivi vos. neo:

X. Orationibus vestris incumbite, ut Jesum merear adipisci. Commendo vobis Ecclesiam, quæ est in Antiochia.
Salutant vos * electæ Ecclesiæ Philippensium; * *Al* dilectæ
unde & scribo vobis. Salutat vos Philon Diaconus vester; cui & ego gratias ago, bene mihi servienti in omnibus.

nibus. Salutat vos Agathopus Diaconus, de Syria; qui
2 Cor. xiii. 12. me ſequitur in Chriſto. *Salutate invicem in oſculo ſancto.* Saluto univerſos & univerſas, qui ſunt in Chriſto. Incolumes eſtote corpore & animo & ſpiritu: & mei ne obliviſcamini. Et ſit Deus vobiſcum.

EJUSDEM EPISTOLA AD ANTIOCHENSES.

Scripta ex Philippis.

Ignatius, qui & Theophorus, Eccleſiæ Antiochenſi miſericordiam à Chriſto conſecutæ, habitanti in Syria, quæ
Act. xi. 26. ** prima Chriſti cognomen accepit; quæ eſt in Antiochia; in Deo Patre, & Domino Jeſu Chriſto, ſalutem.*

I. LEvia mihi & inoneroſa vincula fecit Dominus, cùm didiciſſem vos pacificos eſſe, & in omni
Eph. iv. 1. concordia carnali & ſpirituali vos tranſigere. *Rogo igitur vos ego vinctus in Domino, dignè ambulare vocatione quâ vocati eſtis:* cuſtodientes vos ab introeuntibus Hære-
* *ſ.* Maligni. ſibus * malignis, ad ſeductionem & perditionem conſen-
† *ſ.* ei: tientium † eis: intendere autem Apoſtolorum doctrinæ, & Legi atque Prophetis credere: omnem Judaicum atque Paganicum errorem abjicere: & neque multitudinem Deorum admittere, neque Chriſtum ad excuſationem unius Dei negare.

II. Moyſe fideli famulo Dei, ad populum dicen-
Deut. vi. 4. te; *Dominus Deus tuus Deus unus eſt.* Et unum
Marc. xii 29. atque ſolum prædicans Deum, confeſſus eſt ſtatim etiam
Gen. xix. 24. Dominum noſtrum, dicens; *Pluit Dominus ſuper Sodomam & Gomorrham ignem & ſulphur à Domino de cœlo.*
—i. 26. Et iterum: *Et dixit Deus; faciamus hominem ad imagi-*
—27. *nem & ſimilitudinem noſtram.* Et rurſum: *Et fecit Deus hominem; ad imaginem Dei fecit illum.* Et paulò pòſt:
—ix. 6. *Ad imaginem Dei fecit hominem.* Et quia naſciturus erat
Deut. xviii. 15. homo, ſic ait: *Prophetam ſuſcitabit vobis Dominus Deus*
Act. iii. 22. *veſter de fratribus veſtris, ſicut me.*
—vii. 37.

III. Nam

III. Nam & Prophetæ ex perſona Dei dixerunt; *Ego Deus primus, & ego poſt hæc, & præter me non eſt Deus.* Hoc autem de Patre omnium dixerunt. De Domino verò noſtro Jeſu Chriſto rurſum Prophetæ proclamaverunt, dicentes; *Ecce puer natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, cujus initium eſt deſuper. Et vocabitur*, inquiunt, *nomen ejus Magni conſilii Angelus, admirabilis, conſiliarius, Deus fortis, poteſtatem habens, Princeps pacis.* Nam & de incarnatione ejus ex Virgine dicunt; *Ecce Virgo in utero concipiet, & pariet filium; & vocabitur nomen ejus Emmanuel.* Et de paſſione ejus nihilominus adjecerunt, dicentes; *Sicut ovis ad occiſionem ductus eſt; & ſicut agnus coram tondente ſe, ſine voce.* Et iterum, ipſe de ſeipſo referens, dicit; *Ego autem ſicut agnus innocens ductus ſum ad immolandum.*

Iſa. xliv. 6. —ix. 6. —vii. 14. Matt. i. 23. Iſa. liii. 7. Act. viii. 32. Jer. xi. 19.

IV. Nam & Evangeliſtæ, dicentes, *unum ſolum verum Deum eſſe* Patrem; etiam quæ ad Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum pertinent non prætermiſerunt, ſed potiùs perſcripſerunt, dicentes; *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil.* Sed & de incarnatione ejus ſubjunxerunt, dicentes; *Et Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis.* Et iterum; *Liber*, inquiunt, *generationis Jeſu Chriſti, filii David, filii Abraham.* Apoſtoli quoque Chriſti, aſſerentes, quia *Deus unus eſt*, adjecerunt, dicentes; *Unus Deus, unus & Mediator Dei & hominum:* & de incarnatione ejus ac paſſione non erubuerunt; ſed potiùs fiducialiter ſubjunxerunt, dicentes; *Homo Chriſtus Jeſus; qui dedit ſemetipſum* pro ſeculi vita.

Joh. xvii. 3. Joh. i. 1, 2, 3. Joh. i. 14. Matt. i. 1. 1 Cor. viii. 4, 6. Gal. iii. 20. Eph. iv. 5, 6. 1 Tim. ii 5, 6.

V. Omnis ergo qui unum Deum annunciat, intercipit autem Chriſti divinitatem; filius eſt Diaboli, & inimicus omnis juſtitiæ. Qui autem non confitetur Chriſtum filium eſſe ejus qui fecit mundum, ſed alterius cujuſdam incogniti, præter eum quem prædicat Lex & Prophetæ; hic organum eſt ipſius Diaboli. Quicunque autem incarnationem Chriſti recuſat, & crucem ejus erubeſcit, propter quam ego vinctus ſum; *hic eſt Antichriſtus.* Quicunque verò purum hominem dicit eſſe Chriſtum;

1 Joh ii. 22. 1 Joh. iv. 3.

2 Joh. 7. ſtum; *maledictus* eſt ſecundùm dictum Prophetæ, *non*
Jer. xvii. 5, 6. *in Deum fidens*, ſed *in hominem* tantùm: propterea &
* Al. *tamaritium & tamaricum quod* infructuoſus eſt, *quemadmodum * tamariſcus quæ eſt in deſerto.*

VI. Hæc ſcribo vobis, cùm ſim Chriſti novellum olivæ; non ignorans vos taliter ſapere: ſed præcuſtodio vos, ſicut pater filios ſuos. Videte ergo malignos opera-
Phil. iii. 18, 19. rios, *inimicos crucis Chriſti*; *quorum finis interitus, quorum Deus venter eſt, quorum gloria autem in confuſione eorum.* Videte canes rabidos, ſerpentes ſuper pectus repentes, dracones ſquamoſos, aſpides, baſiliſcos, ſcorpios. Hi enim ſunt thoes vulpes; ſed & ſimiæ humana imitantes.

Laudantur hæc ab Adone, Lib. de Feſtivitatibus. VII. Pauli & Petri facti eſtis diſcipuli: nolite perdere depoſitum quod vobis commendaverunt. Mementote dignè beatiſſimi Evodii Paſtoris veſtri; qui primus vobis ab Apoſtolis Antiſtes ordinatus eſt. Non confundamus patrem: ſed efficiamur certi filii, & non adulterini. Scitis qualiter converſatus ſum inter vos. Quæ ergo præſens dicebam vobis, hæc nunc & abſens ſcribo.
1 Cor. xvi. 22. *Si quis non diligit Dominum Jeſum, ſit anathema. Imi-*
—— iv. 16. *tatores mei eſtote.* Pro animabus veſtris ego efficiar,
—— xi. 1. quando Chriſtum meruero adipiſci. *Mementote vinculo-*
Col. iv. 18. *rum meorum.*

1 Pet. v. 2. VIII. Preſbyteri, *paſcite gregem qui in vobis eſt*; donec oſtendat Deus eum qui futurus eſt in vobis rector.
2 Tim. iv. 6. *Ego autem nunc* feſtino; *ut Chriſtum lucrifaciam.* Dia-
Phil. iii. 8. coni agnoſcant cujus ſint dignitatis; & ſtudeant eſſe inculpabiles, ut ſint Chriſti imitatores. Populus ſubditus ſit Preſbyteris, & Diaconis. Virgines cognoſcant cui ſe conſecraverunt.

Eph. v. 25. IX. Viri diligant conjuges ſuas; memores quia una
Col. iii. 19. uni, & non multæ uni, in principio creaturæ datæ ſunt
Mal. ii. 15. poſſeſſionem. Mulieres honorificent viros ſuos, ut car-
Matt. xix. 4, 5. nem ſuam; & non audeant proprio nomine eos vocare: ſciant autem ſolos viros ſuos compares eſſe; quibus & conjunctæ ſunt, ſecundùm ordinationem Dei. Paren-
Eph. vi. 1, 3. tes, erudite filios eruditione ſanctâ. Filii, *honorate parentes*; *ut bene ſit vobis, & ſitis longævi ſuper terram.*

X. Do-

X. Domini, nolite ſuperbè ſervis uti; imitantes patientiſſimum Job, dicentem; *Si pravè judicavi ſervum meum, aut ancillam meam; judicer ego ab eis: quid enim faciam, ſi interrogationem Dominus fecerit de me?* & cætera, quæ ſequuntur, bene nôſtis. Servi, nolite ad iracundiam in aliquo provocare dominos; ne fortè aliquid mali fiat vobis; & vos ipſi vobis eritis rei. Job. xxxi. 13, 14.

XI. Nemo otioſus manducet; ne vagus & fornicarius efficiatur. Ebrietas, iracundia, invidia, maliloquium, clamor, blaſphemia, *non nominetur in vobis*. Viduæ non in deliciis agant; ne per luxuriam abjiciant verbum. Cæſari ſubditi eſtote in his, in quibus ſine periculo eſt ipſa ſubjectio. Principes nolite exaſperare; ne detis occaſiones adversùm vos quærentibus eas. De maleficiis autem & veneficiis, vel homicidio, ex abundanti eſt ſcribere vobis; quando hæc etiam in Gentibus abominabile ſit agere. Hæc autem non ſicut Apoſtolus præcipio; ſed ſicut conſervus veſter, commemorans vos. 2 Theſſ. iii. 10. Epheſ. v. 3. 1 Tim. v. 6. 11.

XII. Saluto ſanctum Preſbyterium. Saluto ſacroſanctos Diaconos; & deſiderabile mihi nomen ejus quem * reſervavi pro me in Spiritu Sancto, cùm Chriſtum meruero adipiſci: pro cujus anima ego efficiar. Saluto Subdiaconos, Lectores, Cantores, Oſtiarios, Laborantes, Exorciſtas, atque Confeſſores. Saluto cuſtodes ſanctarum portarum, Diaconiſſas, quæ ſunt in Chriſto. Saluto ſuſceptrices Chriſti virgines; quas ego nutrivi in Domino Jeſu. Saluto pudiciſſimas viduas. Saluto plebem Domini, à minimo uſque ad maximum; & omnes ſorores meas in Domino.

* *Al.* reſervari. *f.* reſervârim.

XIII. Saluto Caſſianum hoſpitem meum; & conjugem ejus, & amabiles natos ejus. Salutat vos Polycarpus dignè decentiſſimus Epiſcopus; qui & curam veſtri gerit: cui & commendavi vos in Domino. Et omnis Eccleſia Smyrnenſium memor eſt veſtri in orationibus apud Deum. Salutat vos Oneſimus, Epheſiorum Paſtor. Salutat vos Damas, Magneſiæ Epiſcopus. Salutat vos Polybius, Trallianorum Antiſtes. * Salutant vos Philon & Agathopus, Diaconi; qui me ſequuntur. *Salutate invicem in oſculo ſancto.* 2 Cor. xiii. 12.

* *Al.* Salutat

XIV. Hæc autem à Philippis ſcribo vobis. Incolumes vos, ille qui eſt ſolus ingenitus, per illum qui eſt

ante ſecula natus, ſpiritu & carne cuſtodiat : & videam
* pro *Th.* vos in regno Chriſti. Saluto eum qui * poſt me futurus eſt princeps veſter : quem & acquiſivi in Chriſto. Incolumes eſtote Deo & Chriſto, illuminati Spiritu Sancto.

EJUSDEM EPISTOLA

AD HERONEM,

Eccleſiæ Antiochenæ Diaconum :

Quem ei Dominus oſtendit ſeſſurum in ſede ipſius.

Ex Philippis.

Ignatius, qui & Theophorus, à Deo honorabili, deſiderabili, pudico, Chriſtifero, Spiritifero, in fide & dilectione, Heroni Diacono Chriſti, miniſtro Dei, gratia & miſericordia & pax ab omnipotente Deo, & Chriſto Jeſu
Gal. i. 4. *Domino noſtro, unigenito Filio ejus* ; qui dedit ſemetipſum pro peccatis noſtris, ut redimeret nos de hoc præſenti ſeculo maligno, *& ſalvos faceret in regnum ſuum cœleſte.*

I. ROgo te in Domino adjicere ad curſum tuum, & defendere dignitatem tuam : conſonantiæ quæ
* *f.* gere. eſt ad Sanctos curam * gerere. Infirmiores ſuffer ; ut *ad-*
Gal. vi. 2. *impleas legem Chriſti.* Jejuniis & orationibus vaca ; ſed non ultra menſuram, ne teipſum dejicias. Vino & carnibus non ex toto abſtineas : non enim ſunt abominabi-
Iſa. i 19. les : *Bona*, inquit, *terræ comedetis.* & ; *Carnes ut olera*
Gen. ix. 3. *manducabitis.* ſed & ; *Vinum lætificat cor hominis, & ole-*
Pſ. ciii. 15. *um exhilarat, & panis confirmat.* ſed & menſuratè, &
Eccl. ii. 25. in LXX. ordinatè, tanquam Deo concedente. *Quis enim manducat, aut quis bibit, præter eum ?* quoniam, *quicquid bonum*
Zach. ix. 17. *eſt, ejus ; & quicquid optimum, ipſius.* Lectioni intende ; ut non ſolùm ipſe ſcias leges, ſed etiam aliis eas ex-
2 Tim. ii. 4, 5. ponas, ut Dei athleta. *Nemo militans * Chriſto, implicat ſe negotiis ſecularibus ; ut placeat ei, cui ſe probavit. Sed*
* Al. *Deo*, † Al. *vi & ut & quis* *nec † vir athleta coronabitur, niſi legitimè certaverit.* Pro anima tua ego vinctus ſum.

II. Omnis

II. Omnis igitur qui dixerit præter illa quæ tradita sunt; tametsi fide dignus sit, tametsi jejunet, tametsi virginitatem servet, tametsi signa faciat, tametsi prophetet; *Lupus* tibi pareat, in grege ovium, corruptionem operans. Si quis crucem negaverit, & passionem erubuerit; sit tibi tanquam Adversarius: *tametsi substantiam suam pauperibus * tribuat, tametsi montes transferat, tametsi corpus suum combustioni tradat*; sit tibi execrabilis & abominabilis. Si quis infalsaverit Legem, & Prophetas, quos Christus præsens adimplevit; sit tibi tanquam Antichristus. Si quis hominem tantùm dixerit Dominum; Judæus est Christi interfector.

Matt. vii. 15.
* *distribuat*, Th.

III. *Viduas honora, quæ verè viduæ sunt.* Pupillos tuere. Deus enim *pater est pupillorum, & judex viduarum.* Nihil sine Episcopis agas. Sacerdotes enim sunt: tu verò minister sacerdotum. Illi enim baptizant, sacerdotium agunt, ordinant, manus imponunt: tu verò eis ministras, sicut sanctus Stephanus Jacobo & Presbyteris in Hierosolymis. Congregationem noli negligere. Nominatim omnes require. *Nemo adolescentiam tuam contemnat; sed forma esto fidelium in verbo & conversatione.*

1 Tim. v. 3.
Psal. LXVII. 5.
1 Tim. iv. 12.

IV. Domesticos ne confundas. Communis est enim nobis & ipsis natura. Mulieres noli execrari. Ipsæ enim pariunt & nutriunt. Diligi ergo oportet eas generationis causâ: tantùm in Domino. Quia sine muliere vir omnino generare non potest. Honorare ergo oportet eas, ut cooperarias generationis. Quia *neque vir sine muliere, neque mulier sine viro*, aliquando originem sortiri potuit, nisi in solis illis protoplastis. quia corpus Adæ ex quatuor elementis factum est: * Eva verò de latere Adæ. Gloriosum verò habitaculum Domini, ex sola Virgine. Execrabilis quidem non videtur legitima commixtio: sed Deo condecens est, ipsius generationis ordinatio. Decebat enim Opificem, non secundùm humanam consuetudinem nativitate uti; sed gloriosè & novè, ut decebat nasci Factorem.

1 Cor. xi. 11.
* *f.* Evæ

V. Superbiam fuge. *Superbis enim Deus resistit.* Falsiloquium execrare. *Perdes*, enim, ait, *omnes qui loquuntur mendacium.* Invidiam cave. Auctor enim ejus, Diabolus; & successor ipsius, Cain, fratri invidens, & de

Jac. iv. 6.
1 Petr. v. 5.
Psal. v. 6.
Gen. iv.

de invidia homicidium perpetrans. Sorores meas mone Deum diligere, & solis viris suis sufficere debere. Similiter & fratres meos mone, suis conjugibus debere sufficere.
Prov. xiv. 29. re. Virgines custodi, tanquam Christi sacramenta. *Longanimis* esto, ut sis *multus prudentiâ*. Pauperibus, secun-
Prov. xv. 27. dùm quod habueris, benefacere ne neglexeris. *Eleemosynâ* enim *& fide purgantur peccata*.

VI. Teipsum castum custodi, tanquam Dei habitaculum: templum Christi constitutus, & organum Spiritûs Sancti existens. Scito quo modo te enutrierim. Et si minimus quidem sum, æmulator meus esto; & imitare conversationem meam. Non enim glorior in mundo, sed in Domino. Heronem filium meum moneo;
1 Cor i. 31. ut *qui gloriatur, in Domino glorietur:* cujus & memini
2 Cor. x. 17. *filii desiderabilis: cui custos fiat ille solus ingenitus Deus,
* fili *Tb.* & Dominus Jesus Christus. Noli omnibus credere, neque de omnibus præsumere: ne quis te subintret. Multi
Eccl. xix. 4. enim sunt ministri Satanæ: & *qui citò credit, levis est corde.*

VII. Memento Dei, & nunquam peccabis. Noli
Jac. i. 6,8. esse *duplex animo* in oratione tua. Beatus est enim qui non dubitaverit. Credo ergo in Patrem Domini nostri
* *Al.* ostendit Jesu Christi, & in unigenitum ejus Filium; quia *ostendet mihi Deus Heronem in sede mea. Ergo adde ad cursum tuum. Præcipio tibi coram Deo qui est super omnia, & coram Christo, præsente & Sancto Spiritu,
1 Tim. vi. 20. & coram ministrantibus legionibus: *custodi depositum* meum, quod ego, & Dominus Christus commendavimus tibi; & ne indignum te judicaveris eorum quæ ostensa sunt mihi de te à Domino. Commendo ergo tibi Ecclesiam Antiochensium. Commendavi vos Polycarpo in Domino Jesu Christo.

VIII. Salutant te Episcopi, Onesimus, Vitus, Damas, Polybius, & omnes à Philippis in Christo, unde scripsi tibi. Saluta Deo decens Presbyterium. Saluta sanctos Condiaconos tuos; quos ego nutrivi in Domino,
* *Al.* pusillo in carne & spiritu. Saluta populum Domini, à *minimo
u.a. magnum, usque ad maximum, secundùm nomina; † quæ tibi com-
† *l.* quem mendo; sicut Moyses, Jesu ducis exercitûs. Et non tibi videatur onerosum, quod dictum est de te. Et si tales non sumus, quales illi fuerunt: sed tamen oramus ut

ut tales efficiamur; quia & Abrahæ filii ſumus. *Confortare* ergo, Hero, potenter, & viriliter age. Tu enim *introduces, & educes* ex hoc nunc populum Domini, qui eſt in Antiochia: *& non erit Synagoga Domini, ſicut oves non habentes paſtorem.* Deut. xxxi. 7. 23. Num. xxvii. 17.

IX. Saluta Caſſianum hoſpitem meum, & illam pudiciſſimam ejus conjugem, & dilectiſſimos filios eorum: quibus *det Deus invenire miſericordiam apud Dominum in illa die,* miniſtrationis quæ eſt ad nos: quos & commendo tibi in Chriſto. Saluta eos qui ſunt in Laodicea fideles omnes, ſecundùm nomina, in Chriſto. Eos qui ſunt in Tarſo noli negligere: ſed aſſiduè eis intende, confirmans eos in Evangelio. * Marium Epiſcopum, qui eſt in Neapoli ſecus Zarbo, ſaluto in Domino. Intende etiam pudiciſſimæ Mariæ, filiæ meæ, quæ eſt multùm doctiſſima; *& ei quæ in domo ejus, Eccleſiæ*; quæ facta eſt mihi pro anima mea; exemplum piiſſimarum mulierum. Sanum te & in omnibus probabilem, Pater Chriſti ævo longiore, per ipſum Unigenitum ſuum cuſtodiat, ad utilitatem Eccleſiæ *. Incolumis in Domino, ora pro me, ut conſummer. 2 Tim. i. 18. * *f.* Marim Col. iv. 15. * *Al.* ſuæ

ALIÆ ADULTERINÆ EPISTOLÆ.

AD S. JOHANNEM, Apoſtolum & Evangeliſtam, Epiſtola.

JOHANNI Sancto Seniori [1] *Ignatius, &* [2] *qui cum eo ſunt Fratres* [‖].

[3] DE tua mora dolemus graviter, allocutionibus & conſolationibus tuis roborandi. Si tua abſentia

1 *ſuus* in quibuſdam editis. 2 *Ita MSS. & Edit. Pariſ. primæva* 1495. 3 Frater, *in quibuſdam.*

De Latinis hiſce Epiſtolis, in poſtremo Prolegomenon capitulo, dictum eſt: variantes lectiones, ex impreſſis & manuſcriptis codicibus inter ſe collatis, nunc tantùm reſtant adjiciendæ. USSER.———Sequuntur alia adulterina: ad pro-

protendatur; multos de noſtris deſtituet. Properes igitur venire; quia credimus expedire. Sunt & hic multæ de noſtris mulieribus Mariam Jeſu videre cupientes, & quotidie à nobis 4 ad vos [#] diſcurrere volentes; ut eam contingant, & ubera ejus tractent, quæ Dominum Jeſum aluerunt, & quædam ſecretiora ejus percunctentur ipſam. Sed & Salome quam diligis, [5] filia Annæ, Hieroſolymis [6] quinque menſibus apud eam [7] commorans, &

4 *Ita ibid.* 5 *Edit. Pariſ.* 1425. filiam. 6 *Al.* anno & 7 *Edit. Pariſ.* 1495. commorantes, *Colon.* 1557. commorata.

quæ abundè diligentiam adhibuit doctiſſimus Uſſerius. Ego in Catalogo Manuſcriptorum Eccleſiæ S. Petri Bellovacenſis ita legi; *Epiſtolæ duæ aut tres B. Ignatii Martyris ad B. Mariam Virginem, & ad S. Johannem Evangeliſtam, quæ inventæ fuerunt Lugduni, tempore Conſilii Innocentii Papæ* iv. *& de Græco in Latinum converſæ.* Quòd autem vulgò exiſtimatur S. Bernardum Sermone 7. in Pſalm. xc. meminiſſe Epiſtolæ ad Mariam matrem Domini, hoc refellitur cùm per orationis contextum, tum per vocabulum *quamdam,* quod ex MSS. addidit Joh. Mabillonius, pietate juxta & doctrinâ ſpectabilis Monachus Benedictinus. *Magnus ille Ignatius,* verba ſunt Bernardi, *Diſcipuli quem diligebat Jeſus auditor, Martyr noſter; cujus precioſis reliquiis noſtra ditata eſt paupertas; Mariam quamdam in pluribus, quas ad eam ſcripſit Epiſtolis, Chriſtiferam conſalutat. Egregius planè titulus dignitatis, & commendatio honoris immenſi. Nempe cui ſervire, regnare eſt; geſtare hunc, non onerari eſt, ſed honorari.* Per *Mariam quamdam,* Mariam Proſelytam deſignat, non Mariam Dei-genitricem. Cot.

Percunctentur ipſam, &c.] Ita Edit. Pariſ. 1495. in quibuſdam editis, *ipſam Mariam Jeſu. Eſt & Salome.* In MS. Cantab. & D. Montacutii, poſt *percunctentur,* ſequitur, *In Maria Jeſu, humanæ naturæ natura ſanctitatis Angelicæ ſociatur.* omiſſis reliquis omnibus, uſque ad finem. Usser.

Annæ, Hieroſolymis, &c.] Ita Ed. Par. 1495. cum 2 MSS. Collegii Magd. & Linc. apud Oxonienſes. Chriſtophorus de Caſtro, in Hiſtoria Deiparæ, Cap. 23. *In priori ſcripta ad Johannem meminit Salomæ filiæ Annæ; quam probavimus cap 3. n. 16. non fuiſſe Annæ filiam, Deiparæque ſororem. quamvis hæc verba aliter ſic rectiùs legantur:* Eſt & Salome quam diligis filia, anno Jeroſol. & quinque menſibus apud eam commorata. *Idem.*

quidam

[8] quidam alii noti referunt, [9] eam omnium gratiarum [10] abundam, & omnium * virtutum, more virginis, virtutis & gratiæ fœcundam. Et, ut dicunt, in perſecutionibus & afflictionibus eſt hilaris; in penuriis & indigentiis non quærula: injuriantibus [11] grata, ad moleſta lætatur: miſeris & afflictis [12] coafflicta condolet, & ſubvenire non pigreſcit. Contra vitiorum autem peſtiferos [13] conflictus [14] in pugna fidei [15] diſceptans eniteſcit. Noſtræ [16] novæ religionis, [17] & pœnitentiæ [II] eſt magiſtra; & apud fideles omnium operum pietatis miniſtra. Humilibus quidem eſt devota, & devotis devotiùs humiliatur: & [18] mirùm ab omnibus magnificatur; [19] cùm à Scribis & Phariſæis ei detrahatur. Præterea multi [20] multa alia referunt de eadem: tamen omnibus per omnia non audemus fidem concedere, nec tibi referre. Sed, ſicut nobis à fide dignis narratur, in Maria [21] matre Jeſu, humanæ naturæ natura ſanctitatis Angelicæ ſociatur. Et hæc talia excitaverunt [22] viſcera noſtra: & cogunt valde

* *Al.* virtutum fœcundam.

8 *Ed. Pariſ.* quidem. 9 *Eadem*, eam Mariam. *aliæ*, eandem matrem Dei. 10 *Eadem cum* 2 *MSS. Oxon.* habundam, *Colon.* 1557. eſſe abundantem. 11 *MS. Magd.* læta. 12 *Bivar.* afflicta. 13 *Edit. Pariſ.* inſultus. 14 *Eadem*, impugna fide. *MS. Linc.* impugnat, fide. 15 *Edit. Pariſ.* diſcooperta tum. 16 *MS. Magd.* verò. 17 *Deſunt in MSS. Linc. & Ed. Pariſ.* 18 *MS. Linc.* mirum in modum. 19 *Idem*, cùm tamen. 20 *Ita MS. Magd. MS. Linc. & Ed. Pariſ.* multa nobis. 21 *Ita in MS Linc. & Edit. Halloix. Deeſt in aliis.* 22 *MS. Linc.* corda.

Alii noti referunt.] Ita Edit. Par. & MS. Magd. ubi Linc. *alii vociferant.* Edit. Colon. 1536 & Fr. Bivarius, *fortè notificavere.* Edit. Colon. 1557. & P. Halloix. ſimpliciter, *notificavere.* Idem.

More virginis, virtutis & gratiæ.] *Virtutis* à Bivarii edit. abeſt: in 2 MSS. Oxon. & Edit. Par. nihil horum habetur. *Idem.*

Et, ut dicunt.] Ita 2 MSS. Oxon. & Editio prima. aliæ, *Quæ ut dicunt.* Idem.

Ad moleſta lætatur.] Ita Magd. Edit. Par. *& moleſta* (vel *moleſtata*, ut eſt in MS. Linc.) Edit. Colon. 1536. & Bivar. *& moleſta re*, 1557. & P. Halloix. *& modeſta in re lætâ.* Idem.

deſiderare

desiderare aspectum hujus (si fas [23] sit fari) [24] cœlestis prodigii, & [25] sacratissimi [26] monstri. Tu autem diligenti modo disponas, [27] cum desiderio [28] nostro, & valeas. [29] Amen.

23 *Idem*, est ita fari. 24 *Deest in MS. Linc. & Edit. Par.* 25 *Ibid.* sanctissimi. 26 *Edit. Colon.* 1557. *& Halloix.* spectaculi. 27 *Ibid.* super. 28 *MS. Linc.* meo. 29 *Deest ibid.*

Ad EUNDEM.

JOHANNI Sancto Seniori, [1] *suus Ignatius.*

SI licitum est mihi apud te, ad Hierosolymæ partes volo ascendere, & videre [2] fideles Sanctos, qui ibi sunt: præcipuè Mariam [3] matrem Jesu; quam dicunt universis admirandam, & cunctis desiderabilem. Quem [4] enim non delectet videre eam & alloqui, quæ verum Deum [5] de se peperit, si nostræ sit fidei & religionis amicus? Similiter & illum venerabilem Jacobum, qui cognominatur Justus? quem referunt [6] Christo Jesu simillimum [7] facie, vitâ & modo conversationis, ac si ejusdem uteri frater esset gemellus. Quem dicunt si videro, video [8] & ipsum Jesum secundùm omnia corporis ejus lineamenta. Præterea cæteros sanctos, & sanctas. Heu, quid moror? [9] quid detineor? Bone præceptor, properare me jubeas, & valeas [10]. Amen.

1 *Deest in Colon.* 1557. *& P. Halloix.* 2 *Deest in MS. Linc. Cantab. & Montac.* 3 *Ita MS. Linc. Deest in reliquis.* 4 *Edit. Paris.* verò 5 *MS. Cantab. & Montacut. cum Edit. Paris.* Deorum. 6 *MS. Cantab. & Montacut.* Domino Christo. 7 *Deest in Edit. Paris.* 8 *Deest ibid. in Colon. MS. Cantab. & Montacut.* 9 *Ita MS. Magd. & P. Halloix. Reliqui*, cur. 10 In Christo *additur in MS. Linc.* Amen *deest in Colon.* 1557.

B. IGNA-

B. IGNATII ad S. MARIAM Virginem, Matrem Domini nostri Jesu Christi, Epistola.

Christiferæ Mariæ, suus Ignatius.

ME neophytum, Johannisque tui discipulum, confortare & consolari debueras. De Jesu enim tuo percepi [1] mira dictu, & stupefactus sum ex auditu. A te autem, quæ semper ei fuisti [2] familiaris & conjuncta, & secretorum ejus conscia, desidero [3] ex animo fieri certior de auditis. Scripsi tibi [4] etiam [5] aliàs, & rogavi de eisdem. Valeas: & [6] neophyti qui mecum sunt, ex te, & per te, & in te, confortentur. [7] Amen.

1 *Edit. Colon.* 1557. *& Bivarii,* innumera. 2 Et *deest in Colon.* 1536. *&* 1557. *In MSS. Linc. Cantab. & Montacut. cum Edit. Par.* 1495. familiariùs conjuncta. 3 *MS. Cantab. & Montacut.* ex nunc. *Bivarius,* omnino. 4 *Edit. Paris.* & etiam 5 *MS. Magd. Cantab. & Montacut.* aliis. 6 *Edit Paris.* tui neophyti. 7 *Deest in MS. Magd. & Cantab.*

BEATISSIMÆ VIRGINIS Ad hanc Epistolam RESPONSIO.

Ignatio dilecto [1] *condiscipulo, humilis ancilla Christi Jesu.*

DE JESU quæ à Johanne audisti & didicisti, vera sunt. Illa credas, illis inhæreas; & Christianitatis [2] susceptæ votum [3] firmiter teneas, & mores & vi-

1 *MSS. & Ed. Par.* 1495. at *Vulgati* discipulo. *MS. Magd.* & condiscipulo 2 *Ita Edit. Parif. Sed MS. Linc. Cantab. & Montacut. malè,* ejus ceptæ. 3 *MS. Magd.* firmum.

An Beata Virgo aliquid scripserit, non constat. Nam Epistola quædam ad Ignatium, quæ ejus nomine circumfertur, incertæ auctoritatis est. Si constaret eam à B. Virgine scriptam; nemo, ut existimo, dubitaret, quin inter Canonicas Scripturas esset

tam voto ⁴ conformes. Veniam autem unà cum Johan-
1 Cor. xvi. 13 ne, te & qui tecum sunt visere. *Sta in fide, & viriliter age:* nec te commoveat persecutionis austeritas; sed va-
Luc. i. 47. leat & *exultet spiritus tuus in Deo salutari tuo.* Amen.

4 *Edit. Par. & Colon.* 1557. confirmes.

numeranda: inquit Franciscus Suarez, in 3. part. 1 hom. qu. 37. art. 4 disput. 20 Quanquam ego neminem prudentem dubitaturum existimaverim, privatas beatissimæ Virginis literulas longè alio habendas fuisse loco, quàm divinum ipsius Hymnum in sacrum Canonem relatum, Luc. i. 46. ex quo Impostor postremam Epistolæ hujus clausulam emendicavit; sicut & ex Paulina Epistola, post obitum Virginis scripta, parænesim illam, *Sta* &c. Ut stupidum omnino esse oporteat, qui non in plumbea potiùs Legenda (cui eam Jacobus Genuensis curavit inserendam) quàm in aureo Divinarum Scripturarum Canone, Epistolium illud collocandum esse dubitaverit. USSER.

Sta in fide, &c.] ita legit P. Halloixius. In Antonino quidem (parte. 1. Chronic. tit. 7. cap. 1. § 11.) & Edit. Par. 1495. cum MSS. Magd. Linc. Cantab. & Montacut. *Sta & viriliter age in fide.* In Colon. verò 1536. & 1557. & aliis, *Sta, & in fide viriliter age.* Idem.

S. IGNATII ELOGIUM,

Ipsius in sede Antiochena successori HERONI falsò attributum.

Laus ¹ Yronis, in B. Ignatium, discipuli ejus & successoris; qui ei per revelationem fuerat ostensus, quòd esset sessurus in Cathedram ipsius.

SAcerdos, & ² assertor sapientissimi Dei, Ignati, immaculatâ stolâ indute, perenni fonte saturate, cum Angelis laudem canens, Primogeniti certè amice, à pec-

1 *Al.* Hironis. 2 *MS. Petav.* assessor.

Ad calcem veteris vulgatæ Ignatii Epistolarum Versionis adjectum habebatur hoc illius Elogium: indeque ex Vaticano primùm codice à Cæsare Baronio (ad A. C. 110. § 9) & cum aliis tribus MSS. collatum, Baliolensi, Magdalenensi & Petaviano, nunc denuo à nobis editum. Ut & hujus

catis

catis liberate, à Diabolo ſeparate, agoniſta conſtitutus in ſtadio veritatis: acquisîſti preciosam ſalutem: confudiſti Trajanum, & Senatum Romæ prudentiam nunc non habentem: domeſticus 3 factus es Chriſto, in dilectione & fide & vita. Memor eſto mei, filii tui Heronis: unde & ego de hac vita exiens 4 ſanctè, ſanctis connumerer; 5 & dignum nomen merear adipiſci; & de injuſta ſtatione 6 atque à Deo 7 aliena extraneus " inveniar. Ter quaterque beate, qui ad talia perveniſti, Pater Ignati; *currus Iſrael, & 8 auriga ejus.* Evaſiſti mortem fugiendo, & de 9 terris ad cœleſtia evolâſti. Coronam Deificam & magnam meruiſti; & in amabili Dei agone viciſti. Memento ejus quem nutrîſti, beate Martyr; & præſta mihi colloquium, 10 ſicuti priùs faciebas. 4Reg.xiii.14.

3 nunc factus, *apud Baronium.* 4 *Deeſt ibid.* 5 ut dignum, *ibid.* 6 *MS. Bal.* non inveniar alienus à Deo. 7 *MS. Petav.* alienus. 8 *MS. Magd.* equeſter. 9 *Baron.* terrenis. 40 *MS. Magd.* ſicut &.

Elogii, & literarum Mariæ Caſtabalitæ, & ſex Græcarum Epiſtolarum Ignatio affictarum, idem omnino artifex fuiſſe videatur: idemque interpres, qui ſecundæ interpolatæ Ignatianarum Epiſtolarum Sylloges, ex tribus illis MSS. multo quàm antea integrior & correctior à nobis eſt editus. In Petaviano quidem codice poſt Epiſtolam ad Romanos, majuſculis literis appoſita ſunt iſta. *Expliciunt Epiſtolæ S. Ignatii Martyris Antiochenſis. Incipit Laus, Hironis diſcipuli ſui atque ſucceſſoris, in eum.* In Baliolenſi verò, titulus hic, miniatis literis deſcriptus, legebatur: *Laus Yronis,* &c. Cujus Heronis dies natalitius, ſive martyrii memoria, in Bedæ Martyrologio ad 17. in Romano, Uſuardi, Adonis, & Notkeri, ad 16. Kal Nov. celebratur. *Idem.*

Confudiſti Trajanum, &c.] Improbata illa Acta ſecutus fuiſſe videtur Auctor, in quibus (contra hiſtoriæ fidem) Ignatius Romæ ante martyrium prolixâ diſputatione cum Trajano & Senatu concertaviſſe fingitur. Quæ fabula inde non in alia ſolùm Latinorum Martyrologia eſt traducta, ſed etiam in noviſſimum Romanum: in quo (ad Kal. Febr.) Ignatius *Romæ, præſente Trajano, circumſedente Senatu, immaniſſimis pœnarum ſuppliciis primò affectus, leonibus dehinc objectus* fuiſſe legitur. *Idem.*

Fugiendo.] Ita Vaticanus, & tres noſtri MSS. pro quo, ex conjectura, *cupiendo* ſubſtituit P. Halloixius, in Vita Ignatii, Cap. 16. *Idem.*

ADDENDA

ADDENDA

Ad Partis III. *pag.* 221. *lin.* 17. *Episcopo sive eximio* &c.] Dixi ita ex plurium recentiorum Interpretum, nec non antiquorum quorumdam sententia. Ast fateor potiorem mihi esse auctoritatem antiquioris Clementis Alexandrini, qui hìc conjugem Apostoli intelligendam tradidit sequentibus verbis, ab Eusebio quoque Hist. Eccles. Lib. iii. Cap. 30. hanc in rem citatis: καὶ ὅγε Παῦλος οὐκ ὀκνεῖ ἔν τινι ἐπιστολῇ τὴν αὐτοῦ προσαγορεῦσαι σύζυγον· ἣν οὐ περιεκόμιζε, διὰ τὸ τῆς ὑπηρεσίας εὐσταλές. *Paulus quoque in quadam Epistola suam ipsius conjugem compellare non veretur: quam tamen ideò secum minimè circumduxit, ut expeditiùs ministerium suum obiret.* Vide Erasmum in hunc locum, & citatis ab ipso Auctoribus. adde Isidorum Lib. iv. Ep. 112. Sed hæc citra præjudicium virginitatis dicta sunto. Grabius *Spicileg. Pat. Tom.* ii. *p.* 230.

Ad Martyrii S. Ignatii Cap. vi. *p.* 303. *post* Usserii *Notam.* Et suspicor quidem causam hujus fraudis fuisse varias, quæ hinc inde ostenduntur S. Martyris Ignatii reliquias, sicut & hodienum Romæ in domo professa Societatis Jesu asservatur, ac quotannis Kalendis Februarii publico cultui exponitur, Ignatii caput in herma argentea sive statua, quæ superiorem corporis partem pectore tenus exhibet. Sed opportunè accidit, quòd asservata prostent fide digniora monumenta, quibus omnia ista, & integri capitis, & illæsi corporis, & cordis aureis literis insigniti, figmenta retundi possunt. *Idem. p.* 3.

FINIS.

56 Calvin on Ignatius 151 Bellarmine

71 slaves
43 Bishops
07 [illegible]

50 Bishops

52
94
74
90 * 92 [illegible] Bishops
170
+ 128 Bishop
+ 172
178 – Bishops
+ 122 –
+ 180
+ 140 — Bishop
198 –

202
204 208 114

98 [illegible]

* 104 peace

* 106

* 108 agt false [illegible] faith

* 146
* 150
154
156
* 162

